

VITÆ
SANCTORUM.
MSCPT.

P·A·N
BIBLIOTEKA GDAŃSKA
2153


iam sol verus illuxit qui misere
affluxit
permittebat
que genuisti
nato nunc
melodia



nobis
post
splendor
gloria
Salve
est
potu
tus
Et exultavit
per alia

Ms. 2153

I

1900. M. 1125.

Jacobi de Voragine

Historia Longobardica
sive
Vitae Sanctorum.

Altes Mscpt auf Papier.
mit Zusätzen vieler besonders in Preussen und
Polen verehrter Heiligen.
(NB. Einige wenige Blätter fehlen.)

Vermächtniss
des Pfarrers
Adolf Mundt,
† in Danzig d. 22. Juni 1900.

Ms. 2153.

Papier II + 293 Bl. 15. Jahrh. 2 Spalten, rot rubriziert, rote Überschriften, rote und schwarz-rote Initialen Blattweiser mit gestempeltem brauem Leder bezogener Holzband, einst mit Buckeln und Schließen.

Jacobi de Voragine Historia Lombardica, zu Anfang und Ende infolge Blattverlustes ein wenig defekt; auch innerhalb des Textes, so nach Bl. 88, 111, 128, 175, 218, 286 sind einzelne Blätter ausgefallen.

Auf den Innendeckeln aufgeklebt lateinische liturgische Gesänge mit Noten (15. Jahrh.).

Bl. 1 Besitznotiz „Monasterii Olivensis Ordinis Cist. in Prussia". Bl. I und II Titel und Bemerkungen von der Hand des Pfarrers Ad. Mundt († 1900), aus dessen Nachlasse die Hs. stammt.

BIBLIOTEKA PAN GDAŃSK

Nr inw. 1561

Im Anfang fehlen 2 Blatt. *Index.*

II

de adventu domini.
de St. Andrea.
" " Barbara + später
" " Nicolao.
" " Lucia.
" " Thoma.

De nativitate domini
" Sta Anastasia.
" Sto Stephano.
" " Johanne ap.
" Innocentibus.
" St. Thoma.
" " Sylvestro.
" Circumcisione domini.
" Epiphania.
" S. Paulo
" " Hilario.
" " Machario.
" " Felice.
" " Marcello.
" " Anthonio.
" Sta. Prisca. +
" Sto Fabiano
" " Sebastiano.
" Sta Agnete.
" Sto Vincentio.
" " Basilio.
" " Joh. Elemosynario.
" Conversione St. Pauli
" Sta Paula
" St. Joh. Chrysostomo. + später im gedruckten (?) Exaltatio crucis.
" " Juliano.

De Septuagesima
" Sexagesima
" Quinquagesima.
" Quadragesima.
" Jejunio quatuor tempor.
" Sto Ignatio (ein Blatt fehlt)
" Purificatione Mariae
" Sto Blasio.
" Sta Agatha.
" " Dorothea + später
" Sto Vedasto et Amando.
" Sta Apollonia +
" " Scholastica + später
" Sto Valentino.
" Sta Juliana.
" " Simeone. + später
" [Cathe]dra Petri.
" " Matthia
" " Gregorio.
" " Longino
" " Benedicto.
" " Patricio.
" Annunciatione
" Passione.
" Resurrectione (2 Blatt fehlen)
" Maria Egyptiaca
" Sto Ambrosio.
" " Valeriano +
" " Adalberto +.
" " Georgio. (fehlt 1 Blatt)
" " Marco.
" " Marcellino
" " Vitalis.

De virgine Antiochena.
" Sto Philippo.
" " Jacobo.
" inventione crucis.
" Johanne apostolo.
" Sto Stanislao +
In diebus rogationum. (Litanie)
De ascensione.
De Sto Spiritu. fehlt 1 Blatt?
" " Gordiano
" " Nereo
" " Pancratio
" " Urbanus.
" Sta Petronilla.
" Sto Petro exorcista
" ~~Petrus~~ Primus et Felician
" " Barnabas
" " Nazarius +
" " Vitus.
" " Quiricus
" " Marcellianus +.
" " Gervasius et Protasius #
" Sta Marina
" 12 mille Martyres +
" St. Paulinus +
" St. Joh. Baptista
" ~~Nativitate Mariae~~ Johannes et Paulus
" Leo papa.
" Petrus apost. (fehlt 1 Blatt)
" Paulo (Im gedruckten Exemplar steht noch mehr als im original [illegible].)
" Sta Felicitas. +
" " Theodora.
" " Margaretha. bedeutend länger als das Gedruckte.
" Sto Alexio.
" Sta Praxedis. länger als d. Gedruckte
" " Maria Magdalena.
" Sto Apollinaris
" Sta Christina.
" St. Jacobus. major.
" Christophorus.
" 7 Schläfer.
" Sta Anna. +
" Nazarius
" Felix.
" Simplicius et Faustinus.
" Abdon et Sennen.
" Germanus.
" Eusebius.
" Machabäi.
" Petrus ad vincula.
" Stephanus.
" Stephani corporis inventio.
" St. Dominicus.
" Sixtus.
" Donatus.
" Cyriacus.
" Laurentius (defect)
" Hypolitus.
" De assumptione Mariae
" Sto Bernardo.
" Timotheus
" Symphorianus.
" Bartholomäus.
" Augustinus.
" Decollatio Johannis
" Felix et Adauctus.
" Savinianus.
" Lupus.
" Mamertinus.
" Egidius
" De nativitate Mariae.

De Sto Adriano.
" " Gorgonio.
" " Protho et Hiacyntho.
" Exaltatione crucis.
" Cornelius et Cyprianus.
" Sta Eufemia
" Lampertus
" Matthaeus.
" Mauricius (1 Blatt fehlt)
" Justina.
" Cosmas et Damianus.
" Wenceslaus +
" Forseus.
" Michael.
" Jeronimus.
" Remigius #
" Leodegar #
" Franciscus.
" Marcus +
" Dionysius #
" Margaretha
" Calixtus
" Hedwig +
" Columbanus +
" Martha. + steht früher
" Lucas. (Schluss des Gedruckten fehlt.)
" Crisanthus
" 11000 Jungfrauen
" Simon et Juda.
" Quintinus
" Eustachius
" Omnibus sanctis.
" Commemoratio fidelium defunctorum
" quatuor coronati
" Theodorus.
" Martinus.
" Briccius.
" Elisabeth.
" Cecilia
" Clemens
" Chrysogonus.
" Sta Katherina.
" Saturninus.
" Leonardus +
" Pelagia.
" Thaisis NB.
" Jacobus martyr.
" de dedicatione templi (1 Bl. fehlt)

" Pastor
" St. Joannes abbas.
" St. Moyses abbas
" St. Arsenius.
" Agathon
" Barlaam.

am Schluss fehlt 1 oder 2 Blatt.

Die mit 1 Kreuz bezeichneten fehlen in der gedruckten Legende des Jacob. de Voragine.

Auch der in der Editio Argent. 1502 folio angehängten vitis stehen wenige in dem Mscpt. an [illegible] Stellen eingeschaltet.

Es fehlen: St. Petrus novus martyr.
De 7 fratribus
Leonardus in dem [illegible] Texte.

ZUR DANZIGER STADT-BIBLIOTHEK

et in quatuor ptes ſcindentur et unaqueque ps ut dr collidz alia. necſacteꝫ h° ſonu illu ſ̄ tm̄ deus. Octaua die fiet gnalis t̄re motus q̄ adeo erit magn9 ut dr̄ q̄ null9 homo nllm anal ſtare potit ſ̄ ad ſolum oia pſtnent. Nona die equabr̄ terra et oms montes et colles i puluem redigent. Decia die exibunt homines de cauuis et ibunt uel amentes nc mutuo ē loqui poterunt. Undecia die ſurget oſſa mortuoꝝ et ſtabunt ſup ſepulcra. om cm ſepulcra ab ortu ſolis uſq ad occaſu apient ut inde mortui exire ualeant. Duodecia die cadent ſtelle oia cm ſydera erratica et ſtacionaria ſpget ex ſe igneas comas. et itm tunc ualde gnabunt aſub. In hac eciā duodecia die dr q̄ oia aīalia ueniet ad campos mugiencia nō guſtacia non bibencia. Tredecia die morient viuētes ut cū mortuis reſurgant. Quartadecia die ardebunt celū et t̄ra. Quintadecima die fiet celū nouū et t̄ra noua et reſurget omēs. Ꝫ q̄ p̄cedz iudiciū erit antixpi fallacia. Ipe cm omēs decipe conabr̄ quatuor modis. Pmo p callidam ſuaſioꝫ. nitet cm pſuade et exceptiua affirmac ſe eſſe meſſiaz i lege pmiſſu ... et lege xpi deſtruet et ſua

ſtatuet. Ide Conſtituet do° legiſlatoꝝ ſr̄ c. ttt. Glo id eſt antixpm legis praue latoꝝ. Dan. xj. Et dabunt abhominacoꝫ et deſolacoꝫ templi. Glo antixp° in templo dei ſedeb°. q̄ ſe ut lege dei an... Sedo p miraculoꝝ opacōm. ij. theſ. ij. Cuius aduentus erit ſcdm opacoꝫ ſa. i oi. ū. et ſignis et pdigijs mendacibus. Apoc. xiij. Fecit ſigna ut ignē faceret de celo i t̄ra deſcende. Glo ut aplis datus ē ſpus ſcus i ſpe ignis illi dabunt ſpm malignu i ſpe ignis. Tercio p donoꝝ largicoꝫ. Dan. xj. Dabunt eis ptate i mltis et t̄ra diuidz gratuito. Glo antixp° deceptis mlta donab°. et t̄raꝫ ſuo exercitui diuidz. q̄s cm ſuo terrore ſubiugare nō poterit auaricia ſubiugab°. Quarto p tormentoꝝ illacom. Dan. viij. Sup q̄ credi pt oia uaſtab°. Ite Greg° loquēs de antixpo. Robuſtos eos ipe i exſtit cū eos qui mente uicti ſt corpaliter uinct°. ¶ Concomitancia ante iudicium erunt plia. Pmo ediſ... ſepoſco iuditis. Judex cm in ualle yoſaphat deſcendz et bonos a dextris et malos a ſiniſtris ſtatuet et credendu e i loco eminenti cū futuꝝ ut ecia ... poterunt uide. Ut intelligedu e ... illa ualliculꝫ ... ... ut dr. ...o q̄ ... ubi et i locis circumadiacentibus ... dut t̄ra i mirabilia hom eſſe

ZUR DANZIGER STADT-BIBLIOTHEK

pnt maiore qui gstinguit et si
mite fuit cla erunt i aere corpo
rum agilitate. dampnati etiam esse
poterunt diuina suspendente uirtute
et tunc iudex cum malis disceptm
bit et eos de operibus mie que non ha
buerint obiurgabit et tunc omis
superbi plangent secundum quod dicit Crisostomus
Plangent se iudei uidentes et vi
uificantem quem ipsi mortuum existima
bant et pungentes se corpore vul
nerato scelus suum denegare non
poterunt. Plangent et gentiles
qui vanis disputationibus philosophorum
decepti irracionabilem stulticiam
putauerunt deum colere crucifixum
Plangent se xani peccatores qui
magis dilexerunt mundum quam xpm
Plangent se heretici qui purum ho
minem crucifixum dixerunt cum vide
ant xpm iudicem quem iudei conpunxe
runt iudei. Plangent omnes tribus
terre. quia non resistendi est uirtus
contra eum. non fugiendi facultas
an faciem eius. non penitencie locus
non satisfactionis tempus. exangus
tia est omnium rerum michilominus eis re
manet nisi luctus. Quartum est
dira ordinis. Nam sicud dicit glosa
in iudicio erunt ordines. duorum
reprobatorum. et duorum electorum. alij enim iudicantur et
pereunt sicut hij de quibus dicitur.
Esuriui et non dedistis mihi ma
ducare etc. Alij non iudicantur et
pereunt sicut hij de quibus dicitur Qui
non credit iam iudicatus est. quia non
iudicis uerba percipiunt qui eius fidem
nec uerbotenus seruare voluerunt
Alij iudicant et regnant sicut viri
perfecti qui alios iudicabunt non quod sen
tenciam ferant quia hoc solus iudicis

est. Sed dicuntur iudicare id est iu
dicanti assistere et illa assistencia
est primo ad sanctorum honorem. magnus
enim honor est cum iudice sessionem
habere iuxta quod promisit dicens Sede
bitis super sedes etc. Secundo ad co
firmacionem. quia sentenciam iudicis ap
probant sicut illi qui aliquem iudici
assistunt eius sentenciam approbant et
ad ipsam approbandam ascribunt
uel subscribunt unde presens. Ut sic fia
mus in eius iudicium conscripti etc.
Tercio ad malorum condempnacionem
quos ipse condempnabit exvita sue
comparacione. Quartum est insignia
passionis scilicet crux claui et cica
trices in corpore. Hec enim erunt
primo in ostensione sue gloriose victorie
et ideo in excellencia glorie ap
parebunt unde dicit Crisostomus super
math. quod crux et cicatrices radi
js solis erunt lucidiores Item
considera quanta sit virtus crucis
Sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum ut discas quod
tunc crux et luna lucidior et so
le preclarior est. Tercio monstro
ne sue iusticie ut ostendatur
quam iustissime reprobi sunt dap
nati. quia scilicet tantum precium sui sang
uinis contempserunt unde in hijs uerba
eis reprobabit ut dicit Crisostomus
super math. Ego propter vos homo
factus sum. propter vos alligatus
et delusus et cesus et crucifixus
ubi est tantarum iniuriarum mearum
fructus Ecce precium sanguinis
mei quod dedi redempcionem animarum
vestrarum Ubi est seruitus vestra quam
in precio sanguinis mei dedis
tis Ego super gloriam meam vos
habui. cum essem deus apparens homo

Nr inw.
1561

et vilorem me omnibus rebus
vris fecistis. Ita omnem rem vilissi-
mam esse magis dilexistis quam
iusticiam meam et fidem sed e contra
Certum est severitas iudicantis nec
enim flectitur timore quia omnipotens est
Ex quo non resistendi locus est tot
cum tenet nec munere quia iustissimus est
Unde veniet dies illa in qua plus
valebunt pura corda quam astu-
ta verba. et consciencia bona quam
marsubia plena. Ille est enim qui
non fallitur verbis nec flectitur do-
nis. Iste Augustinus. Expectatur dies
iudicii et aderit ille equissimus
iudex qui nullius potentis per-
sonam accipit. Cuius palacium
auro argento quod nullus episcopus
vel abbas vel comes corrum-
pere poterit. Leo papa. Ista est
sententia summi iudicis. Iste tre-
mendus aspectus cui omnium cor
solidum et apertum est omne secretum.
Cui obscura claret. muta
respondent. mentem confitetur et
sine voce mens loquitur. et ideo cum
cuius sapientia sit talis et tanta contra
eius sapientiam nichil valent
allegaciones advocatorum nec so-
phismata philosophorum nec perclarissi-
ma eloquencia oratorum nec astucie
versificatorum. De hiis quomodo
sit dictum Jeronimus. Quanti illic obmutesc-
ent et muti felicitores loqua-
cibus erunt quo ad eum. quanti
rectores philosophorum quo ad stultos. quanti
clericos argutibus prefendi sunt
ciceronis oratoribus quo ad
eum. quanti clericos argutibus
prefendi sunt ciceronis quo ad quantum

Quartum est accusator horribilis. Tres
enim sunt accusatores qui tunc contra
peccatorem stabunt. Primus est dyabolus
Augustinus. Presto tunc erit dyabolus recitans
verba professionis nostre et obiciens
nobis quecumque fecimus et in quo loco
et in qua hora peccavimus et quid
boni tunc temporis facere debuimus. Dicet
tunc enim ille adversarius.
Equissime iudex iudica illum
meum esse ob culpam qui noluit
tuus esse per graciam. tuus per naturam
meus per miseriam. tuus ob passi-
onem meus ob persuasionem. tibi in-
obediens mihi obediens. Ille ab
te percepit hanc perpetuam qua indutus
est tunicam. tua veste dimissa cum
mea huc venit. Equissime iu-
dex iudica illum meum esse et me-
cum dampnandum esse. Heu heu po-
terit ne talis aperire os qui talis
invenietur ut iuste cum dyabolo
deputetur. Secundus Augustinus accusator erit
proprium scelus quando enim unicuique
accusabunt. Sapiencie iiii. venient
in cogitacione peccatorum suorum et tra-
ducent illos ex adverso in iniquitates
eorum. Unde tunc loquentur singula
eius opera dicent Tu nos egisti opera
tua sumus non te deseremus
sed tecum erimus et tecum ad iudicium
pergemus. multiplex et multiplicabimus
cum omnibus accusabunt. Tercius accusa-
tor erit totus mundus. Gregorius
Si queris quis te accusabit dico totus
mundus. offenso enim creatore offen-
dit totus mundus. Ex quo Jn illo
die non est quod videamus nisi celum
et terra et aqua sol et luna dies
et noctes et totus mundus sta-
bunt adversum nos in testimonium
peccatorum nostrorum. Et si omnia tacent

ipse tamen cogitatos nrē ꝛ opa
spalit̃ scribunt ad usu̅ nos cm̄ dm̄
nos forcit̃ accinctes · Sextu e
testis infallibilis Tres enī testes
cont̃ se hebit peccor tuo vnū sup̄
se sꝫ deū q̄ erit index ꝛ testis a
liū intra se sꝫ ꝯsciam ꝯ aug̃.
Quisqs futuꝰ iudice tunes
prius ꝯsciam corrigis pmo em̄
cauſetuc testionm̄ ꝯsāc tue
Aliu iuxta se sꝫ ꝓpu angl̃m ad
sui custodia deputatu · qui tāq̄
consciꝰ om̄ q̄ fecit ꝯtra eu̅
testiom̄ ꝓhibebit Job xx Re
uelabt celi id ē angli iniqtatē
eiꝰ Septim̄ ē articlo pccoris de
h̃ dr̃ gregꝰ Quia anguste e
runt tuc vie repbos sup̄ius
erit index iratus Infimo horre
du chaos A dextris pcc̃a accu
sancia A sinistꝭ ī finita demo
nia Intus ꝯsc̄ia vrens · foris
mundus ardens · miser pccor
sic dephensus quo fugiet latē
erit ī posse Apparere ī tollerāe
Octauu ē snīa irreuocabilis
Illa enī snīa nunq̄a poterit re
uocari n̄ ab illa poterit appellari
Triplici enī de causa appellacio
ī causis iudicialibꝰ no̅ recipit
Pm̄ a rege sente snīaꝫ appellari
ī regno suo no̅ pt q̄a nullu̅ sup̄
se ht̃ Vnde n̄ ab imperatore uel
ppa pt appellari · Scdo ꝓpter
criminis euidenciaꝫ · q̄a q̄n crimen
notoriū ē appellari no̅ pt Tercio
ꝓpt̃ rem no̅ differenda · q̄a si res
no̅ recipit dilacoꝫ q̄a forsan ꝯdi
lacoe pateret · detrimētu si l̃ no̅
appellat̃ ꝓpt̃ hāc triplicē racionē
ab illa snīa no̅ poterit appellari
Pmo ꝓpt̃ iudicis excellenciam
q̄a index ille nullū sup̄ se habꝫ
sꝫ ipse deus excedit eternitate dig
nitate ꝛ ptate Vn ab imperatore
ul ppa posset aliquo mō appel
lari ad dm̄ · adeo aūt admittitur
q̄a sup̄ se nullm̄ ht̃ Scdo ꝓpter
crimis euidenciaꝫ Om̄ia enī scē
lera ꝛ om̄ia repbos ibidē no
ta erunt ꝛ manifesta Ico 7 Idem
dies illa ī qua sc̄ia nr̄a q̄i in
quadā tabula picta demonstrabu
tur Tercio ꝓpt̃ rem no̅ differen
dam nichil enī ꝓ ibi agitur
dilacoꝫ patit̃ sꝫ om̄ia ī mo
mento ī ictu oculi peraguntur

IIIx de sco Andrea aplo

Andreas interptat̃ decorus
ul̃ rndens ul̃ vilis · ab
andor q̄ ē vir ul̃ dna · Vnde
ab ꝗ̃ antropos id ē ho · ab
ana q̄ ē sursu̅ ꝛ tropos q̄ ē
ꝯuso q̄i sursu adcelestia con
uersus et ad suu̅ creatorē erectꝰ
Fuit ꝗ̃ decorus in vita rndēs
in sapienti doctrina · vilis ī pe
na et antropos ī gloria eiꝰ
passione scribiti a sic ꝯscripserit
Andreas et quidā alij disci
puli tribus vicibꝰ a dn̄o sūt
vocati · Pmo enī vocauit eos
ad sui noticiaꝫ sicut q̄n sanctꝰ
andrea die quidā cū iohāne
mgro suo et alio discipulo suo
audiuit a iohe Ecce agnꝰ dei
ꝛc̄ et statim cū alio venit et
venit vbi manebat ihc̄ ꝛ ma
serunt apud illū die illo Inuc
niensꝗ̃ ꝗ̃ andreas ꝗ̃ reꝫ suu̅
symoneꝫ duxit eū ad ihesū
sequenti aūt die ad piscacois of
ficiu rediernt · Postmodu̅ scdo
uocauit eos ad sui familiari
tatē sicut cū die quadā turbis

tirnentabus ad ihm iuxta
stagnum genezareth quod dicitur
mare galilee nam intrante
symonis et andree et capta mul-
titudine piscium magna vocavit
quod iacobo et iohe qui erant in ali-
a navi secuti sunt eum et iterum
ad propria redierunt. Et postea
tercio et ultimo vocavit eos ad
sui discipulatum sicut quando ambu-
lante ihesu iuxta littus voca-
vit eos de piscatione dicens Ve-
nite post me etc. Qui relictis
omnibus secuti sunt eum eique
semper postmodum adheserunt nec
ultra ad propria redierunt. Post
ascensionem domini divisis discipulis
andreas apud syriam mathe-
us vero apud mirmidoniam predi-
cavit. Cives autem illi predicacionem
mathei penitus respuentes
ei oculos eruerunt et vinctum
in carcerem posuerunt post paucos dies
eum occidere disponentes. Interea
angelus domini sancto andree appa-
ruit et in mirmidoniam ad sanctum
matheum ire precepit. Quo respondente
se viam nescire iussit ad ripam
maris cum discipulis et primam na-
vim quam inveniret intrare. Qui
velocius iussa complens ad ur-
bem predictam pervenit angelo
duce et prospero vento flante
et invento carcere sancti mathei ap-
to coram viso flevit plurimum
et oravit. Tunc dominus reddidit
matheo beneficium duorum lumi-
num quibus eum privaverat nequicia
paganorum. Matheus igitur abinde re-
cessit et anthiochiam pervenit.
Andrea vero in mirmidonie re-
manente irati illi de evasione

mathei andream apprehende-
runt et per plateas ligatis ma-
nibus traxerunt. Tuncque eius sanguis
effluerit pro eis oravit et ad
sua oratione eos convertit. Inde an-
tiochiam proficiscens. Quod hic hystor-
bat de mathei et restitucione du-
orum luminum per andream non puto fi-
de dignum ut mutato civitatis
minoratio infirma denotetur quod
si non potuit obtinere quod andre-
as ei tam facile impetravit.
Quidam iuvenis nobilis dum
invitis parentibus apostolo adhesisset
parentes domum eius in qua morabatur
cum apostolo succenderunt. Tuncque in
altum flamma surgeret puer ac-
cepta ampulla super ignem sparsit
et statim ignis extinctus est. Illis autem
te dicentibus Filius noster magus
effectus est dum per scalas vellent
ascendere adeo sunt excecati ut
prorsus scalas penitus non viderent.
Tunc quidam exclamavit dicens ut
quid vos stulto labore consumitis
deus pugnat pro eis et vos non
videtis cessate ne in vos ira de-
scendat. Multi ergo hec videntes
domino crediderunt. Parentes vero
post .l.ta dies mortui sunt et in
uno monumento positi sunt.
Quedam mulier cuidam homicide
iuncta cum parere non posset sorori
sue dixit Vade et pro me dyanam
dominam nostram invoca cui invocati
ait dyabolus Cur me invocas cum
te prodesse non possim sed vade ad
andream apostolum qui sororem tuam po-
terit adiuvare. Illa ergo cum venisset
et apostolum ad sororem suam perduc-
tum duxisset dixit ei apostolus Iuste

hec patitur quia male nupsisti do-
lose concepisti et demones con-
suluisti. Sed tamen penitere et in christum cre-
de et pueros pariet. Qua credente
abortivum expulit et dolor cessavit
Senex quidam nomine nicolaus
adiit apostolum dicens Domine ecce lxx
anni vite mee in quibus semper luxu-
rie deservivi. Accepi aliquando evangelium
rogans dominum ut in continentiam
largiretur. Sed in isto peccato inveteratus
et a mala concupiscentia illectus
statim ad opus solitum revertebar
Quadam igitur die item vite mee
concupiscentia inflammatus oblitus evangelium
quod super me posueram ad lupa-
nar ivi statimque meretrix dixit
michi Egredere senex egredere quia
angelus dei es tu ne me tangas neque
huc accedere presumas. Stupefactus
ad verbum meretricis recolui quod mecum
evangelium detulissem. Nunc igitur sancte
dei pro salute mea tua oratio in-
tercedat. Audiens autem hec beatus an-
dreas flere cepit et a tertia usque
ad nonam oravit et surgens
noluit comedere sed ait Non come-
dam donec sciam si dominus misere-
bitur huius senis. Cumque diebus
quinque ieiunasset venit vox ad
andream obtines andrea pro
sene sed sicut ieiuniis macerasti
te sic et ipse affligat ieiuniis
ut salvetur. Quod et fecit et sex
mensibus in pane et aqua ie-
iunavit et postmodum plenus
bonis operibus in pace quievit
Venit igitur vox ad andream
dicens per orationem tuam nicolaum quem
perdideram acquisivi. C Quidam
iuvenis christianus secretius beato

Andree dixit Mater mea pul-
chrum me videns decore me illi-
cito attemptavit cui dum nulla-
tenus assentire iudicem adiit vo-
lens in me crimen tanti nefarii
retorquere. Sed ora pro me ne
moriar tam iniuste. Nam et accu-
satus penitus reticebo mallens
vitam perdere quam matrem meam tam
turpiter infamare. Iuvenis igitur ad
iudicium vocatur et illum cum an-
dreas prosequitur. Accusat mater fi-
lium constanter quod eam voluit vi-
olare. Interrogatus pluries iuve-
nis an res sic se haberet nichil
penitus respondebat. Tunc andreas
matri dixit Crudelissima feminarum
que pro tua libidine unicum filium
tuum vis perdere. Que tunc hoc proposito
dixit Domine huius hominis filius
meus adhesit postquam hoc agere
voluit sed nequivit. Iratus itaque
iudex iussit puerum in saccum
linitum pice et bitumine mitti
et in flumine proici. Andream vero
in carcere reservari donec excogi-
taret supplicium cum quo periret.
Sed orante andrea tonitruum
horribile omnes terruit. ingens
quoque terremotus omnes prostravit
et mulier a fulmine percussa et
arefacta corruit. Orantibus
autem ceteris apostolum ne perirent o-
ravit pro eis et omnia cessaverunt
Tunc prefectus credidit et domus
eius tota. C Cum autem esset apostolus
in nicea civitate dixerunt ci-
ves quod extra civitatem secus
viam septem demones erant qui
pretereuntes homines perimebant
Quibus ad iussum apostoli venien-
tibus ante ipsum precepit ut illuc
irent ubi nulli homini nocere

poſſent qui ſtatim euanue-
runt. Illi autem hoc viſo fidem xpi
receperunt. et cum veniſſet ad por-
tam altam ciuitatis ecce quendam
iuuenem mortuum ferebatur
querente autem quid accidiſſet ei.
Et dictum eſt quod vij. canes venerunt
et eum in cubiculo necauerunt. Et
lacrimans apoſtolus ait. Scio domine quod
fuerunt demones quos a niccea ciui-
tate repuli. Dixit quod patri quid
dabis michi ſi ſuſcitauero filium
tuum. Cui ille. Nichil carius eo poſ-
ſideo ipſum igitur tibi dabo. Et facta oratio-
ne ſurrexit et apoſtolo adheſit. ¶
Cum quidem viri numero xl^ta ad apoſtolum
nauigio venirent ut ab eo fidei
reciperent doctrinam ecce dyabolo
mare concitante et omnes periculo ſub-
merguntur. Cum autem eorum corpora ad
littus eſſent delata ante apoſtolum ap-
portantur et ab eo continuo ſuſci-
tantur. qui omnia que ſibi acciderant
enarrauerunt. Vnde in quodam ympno
ipſius legitur. Quaterdenos viuos
ſubmerſos maris fluctibus vite
reddit vſibus. Beatus igitur andre-
as in achaya conſiſtens totam ec-
cleſiis impleuit. et plures ad
fidem xpi conuertit. Vxorem quoque
egee proconſulis fidem xpi docu-
it. et ſacro baptiſmi fonte re-
genuit. Audiens autem hoc egeas
patrenſis ciuitatem ingreditur. compel-
lens xrianos ad ſacrificia ydolorum.
Cui occurrens andreas dixit. Op-
portebat ut tu qui iudex hominum
eſſe meruiſti iudicem tuum qui in
celis eſt cognoſceres et agnitum coleres
et colendo animum tuum a falſis diis
penitus reuocares. Cui egeas
Tu es andreas qui ſuperſticioſam predi-
cas ſectam quam romani principes
nondum cognouerunt ipſum filium dei
venientem docuit ydola eſſe demonia

que docent homines vt offendatur deus
ut offenſus ab eis auertatur. et a-
uerſus non exaudiat. et non exaudi-
endo ipſi a dyabolo captiuentur et cap-
tiuati tam diu deludantur donec
nudi de corpore exeant nichil ſecum preter
peccata portantes. Cui egeas Iſta
vana ieſus veſter predicans crucis pa-
tibulo eſt affixus. Cui andreas
pro reſtauracione noſtra non pro culpa
ſua crucis patibulum ſponte ſuſ-
cepit. Ad quod egeas dixit. Cum a ſuo
diſcipulo fuit traditus et a iudeis
detentus et a militibus crucifixus
quomodo tu dicis eum ſponte crucis ſub-
iiſſe ſupplicium. Tunc andreas quinque
racionibus cepit oſtendere xpm volun-
tarie fuiſſe paſſum. Ergo ex eo quod
paſſionem ſuam preuidit diſcipuliſque
futuram predixit. Ecce aſcendi-
mus ieroſolimam et filius hominis tradetur
Et ex eo quod petro eum ab hoc auertere
cupienti dure indignatus ſibi
dicens Vade poſt me ſathanas etc.
Et ex eo quod utriuſque paciendi et re-
ſurgendi poteſtatem habere manifeſtauit
dicens Poteſtatem habeo ponendi animam
meam et iterum ſumendi eam. Et ex eo
quod proditorem congnouit cum panem
intinctum ei dedit nec tamen vitauit
Et ex eo quod locum in quo proditorem
ſciebat eſſe venturum elegit. et
hiis omnibus ſe interfuiſſe aſſeru-
it. Addidit quod andreas quod miſterium
crucis magnum eſſet. Cui egeas
miſterium dici non poteſt ſed ſupplicium. Ve-
rumptamen niſi dictis meis obtemperaueris
ipſum miſterium in te faciam experiri
Cui andreas Si crucis patibu-
lum expaueſcerem crucis gloriam
non predicarem. Audire te volo miſ-
terium crucis ut ſi forte agnitum

exterminari iuſſerunt Adque andreas
Romani principes nondum

credas ut salueris. Tunc tempore ei
misterium redemptionis pandere et quam
congruum et necessarium fuerit rationibus per-
suadere. Prima ratio est quia cum primus homo
per lignum mortem intulisset, iudicandum
congruum fuit ut sacerdos homo scilicet christus
mortem ueterem patiendo [destrueret]. Secunda ratio
quia quia de immaculata terra factus
fuerat preuaricator, congruum fuit
ut de immaculata uirgine nasceretur
reconciliator. Tercia ratio quia quia
adam manus ad cibum uetitum
concupiscentie extenderat, congruum fu-
it ut secundus adam in cruce immacula-
tas manus extenderet. Quarta ratio
quia quia adam cibum suauem uetitum
gustauerat, congruum fuit ad hoc
quod contrarium pelleretur contrario ut christus
esca fellis cibaretur. Quinta ratio
quia ad hoc quod christus nobis immortalitatem
conferret, congruum fuit quod ad hoc sibi
nostram mortalitatem assumeret. Nisi
enim deus factus fuisset mortalis, homo
non fieret immortalis. Tunc egeas
dixit: Hec uana tuis narra
et in obtempera dictis omnipotentibus
sacrificia. Cui andreas: Omnipotenti
deo agnum immaculatum omni die of-
fero qui postquam a toto populo
comestus fuit uiuus et uere
integer perseuerat. Egea quo-
modo hoc fieret requirente dixit ut for-
mam discipuli indueret. Cui ege-
as: Ego cum tormentis exigam a te
huius rei noticiam. Iratusque iussit
eum in carcere recludi. Mane autem
pro tribunali assistens et ad sacrificium
ydolorum egeas eum iterum inuitauit
dicens: Nisi in obtemperaueris, in ipsam
quam laudasti crucem faciam te sus-
pendi. Cumque ei multa supplicia
minaretur, Andreas ait: Quicquid

in suppliciis maius uideris exco-
gita. Tanto enim regi meo ero ac-
ceptior quanto fuero pro nomine eius in tor-
mentis constancior. Tunc iussit
eum cedi a xxi hominibus. Cesum ma-
nibus et pedibus alligari ut sic lon-
giorem acciperet cruciatum. Cumque
duceretur ad crucem factus est concursus
populorum dicentium: Innocens huius san-
guis sine causa dampnatur. Apostolus tamen
rogauit ne suum martirium
impedirent. Videns autem a lon-
ge crucem salutauit eam dicens:
Salue crux que in corpore christi dedi-
cata es et ex membris eius tamquam
margaritis ornata. Antequam dominus
dominus te ascenderet timorem terrenum
modo uero amorem celestem obtines.
pro uoto susciperis. Securus ergo et
gaudens uenio ad te ita ut et
tu exultans suscipias me dis-
cipulum eius qui pependit in te.
Quia amator tuus semper fui et te
desideraui amplecti. O bona
crux que decorem et pulcritudinem
de membris domini suscepisti diu de-
siderata et sollicite amata, si-
ne intermissione quesita et a-
liquando concupiscenti animo preparata
accipe me ab hominibus et red-
de me magistro meo ut per te me
recipiat qui per te me redemit.
Et hoc dicens se exuit et uesti-
menta carnificibus tradidit.
Sicque eum ut iussum fuerat suspen-
derunt. In qua biduo uiuens xx
milibus hominum astancium predicauit.
Tunc minatur turba egee mor-
tem dicentes uirum sanctum mansuetum
et pium ista non debere pati. Venit
egeas ut ipsum deponeret. Quem
uidens andreas dixit: Quid
tu ad nos uenisti egea? Si p-

primam ipsam consequeris. Si autem ut me deponas scias quia ego de cruce vivus non descendam. Jam enim video regem meum qui me expectat. Et cum vellent eum solvere nullo modo eum potuerunt pertingere quia eorum brachia stupida statim reddebantur. Videns Andreas quod plebs vellet eum deponere hanc orationem in cruce fecit ut dicit Augustinus in libro de penitentia: Ne me permittas domine descendere vivum sed tempus est ut commendes terre corpus meum. Tam diu enim portavi tam diu super commendatum vigilavi laboravi quod vellem iam ab ista obedientia liberari. Recordor quantum in portando onerosum in domitando superbum in fovendo infirmum in cohibendo pronum laboravi. Tu scis domine quociens a puritate contemplationis retrahere me tendebat quociens a dulcedine quietis sompno me excitare ostendebat quantum et quociens dolorem ingerebat. Cui tu igitur tam diu pater benignissime resistenti pugnanti et tua ope superavi. A te iusto remuneratore et pio posco ne id ultra commendes sed depositum reddo. Commenda alii qui illud ultra non impediat et resurrecturus servet et reddat ut et ipsum fructum sui laboris recipiat. Terre illud commenda ne me amplius vigilare oporteat et libere ad te fontem indeficientis gaudii tendere anhelantem id non retrahat vel impediat. Hiis dictis splendor nimius de celo veniens dimidia hora eum circumdedit ita ut nullus eum videre posset. Et recedente lumine simul cum ipso lumine spiritum tradidit. Maximilla autem uxor Egee tulit corpus apostoli et honorifice sepelivit. Egeas ab ea antequam domum redisset arreptus a demone in via coram omnibus expiravit. Fertur etiam quod de sepulchro sancti Andree manna in modum farine et oleum cum odore suavi emanare. A quo que sit anni fertilitas incolis illius regionis ostenditur. Nam si exiguum profluit exiguum terra exhibet si copiose copiosum. Episcopus quidam religiosam vitam ducens sanctum Andream inter ceteros in veneratione habebat ita quod in cunctis suis operibus hunc super titulum habebat et imponebat: ad honorem dei et beati Andree. Invidens igitur viro sancto hostis antiquus ad eum decipiendum totam calliditatem se contulit seque in formam mulieris pulcherrime transformavit. Venit ergo ad palatium episcopi asserens se confiteri ei desiderare. Mandat episcopus ut suo penitentiali confiteatur cui plenitudinem tradiderat potestatis. Remittit illa quod nulli hec secreta consciencie sue revelabit nisi ei. Commotus episcopus eam ad se ire precepit. Cui illa: Obsecro domine miserere mei. Ego enim in annis puellaribus ut cernitis constituta et a pueritia delicate nutrita necnon et regia stirpe progenita huc in peregrino habitu sola veni. Nam pater meus rex utique valde potens cuidam magno principi me voluit in coniugium copulare. Cui respondi quod omnem thorum abhominarer maritalem quia virginitatem meam Christo in perpetuum dedicavi et ideo numquam

possem in maritalem copulam
consentire. Denique sic artata quod
oportebat me aut eius volun-
tati obedire aut diversa subire
supplicia. latenter fugam iniens ma-
gis eligens exulare quam spon-
so meo fidem infringere. Audiens
autem vestre sanctitatis preconium sub alas
vestre protectionis confugi sperans
me apud vos locum reperire
quietis ut possim contemplatio-
nis carpere secreta silencia. pre-
sentisque vite vitare naufragia et
perturbationes mundi fugere perstre-
pentis. Admiratus in eam episcopus
nobilitatem generis et pulchritudinem
corporis tam in mensum fulgorem
et tante eloquencie venustatem
placida et benigna voce respondit.
Esto secura filia nec formidas
quia ille ob cuius amorem te et
tuos et tua ita viliter contempsisti
tibi ob hoc et in presenti cumulum
gracie et in futuro plenitudinem glorie
largietur. Sed et ego servus eius mea
tibi offero eligamusque ut tibi placuit
mansionem. Volo autem ut hodie
mecum prandere debeas. Cui illa
Noli inquit pater noli de hac re me
rogare ne forte ex hoc aliqua (dixit illa)
mala suspicio proveniret et ni-
tor fame vestre denigratum aliquatenus
pateret. Ad quam episcopus dixit. Plu-
res erimus et non soli et ideo nul-
lum male suspicionis scrupulum
poterit generari. Venientesque ad
mensam episcopus et illa ex opposi-
to consederunt ceteris residentibus
hinc et inde. Intendebat in eam
crebro episcopus eiusque faciem non
desinit intueri et pulchritudinem
admirari. Cumque dum oculos figeret
animus sauciatur et dum eius faciem

non desinit intueri cor gravi
iaculo vulneravit. Perdidit de
hoc dyabolus ipse et pulchritudinem
suam cepit magis ac magis au-
gere. Iamque episcopus proximus erat con-
sensui ut eam de illicito opere
attemptaret cum possibilitas se of-
ferret. Tunc subito quidam peregri-
nus venit ad hostium crebris
ictibus et magnis clamoribus
sibi postulans aperiri. Cumque sibi
aperire nollent et ille clamori-
bus et ictibus nimis fieret im-
portunus. Interrogavit episcopus mu-
lierem si ingressum illius peregrini ho-
minis attemptaret. Cui illa dixit.
Proponatur aliqua questio satis gravis
quam si enodare sciverit admit-
tatur. si autem nescierit nescius
et indignus episcopi presencia repellatur.
Placuit omnibus eius sermo et quis suffi-
ciens haberetur hanc questionem propone-
re sciscitantur. Cum nullus sufficiens in-
veniretur episcopus dixit. Quis enim
nostrum ad hoc tam sufficiens est quam
vos domina que eloquencia ceteros
nos precellitis. Vos igitur hanc propo-
nite questionem. Interrogetur quid est
maius miraculum quod unquam deus in par-
va re fecit. Interrogatus de hoc
peregrinus per nuncium dixit. Diversitas
et excellencia faciei. Inter tot
enim homines qui fuerunt ab inicio
mundi et usque in finem futuri sunt
duo reperiri non possunt quorum faci-
es per omnia similes essent. In ipsa
quoque tam minima facie deus omnes
sensus corporales collocavit. Au-
dientes omnes eius visionem ad-
mirantes dixerunt vera et op-
tima solucio questionis. Tunc

mulier ait: Quaeratur ab eo secunda quaestio gravior in qua possimus melius eius sapientiam comprobare. Quaeratur ab eo ubi sit terra altior omni caelo. Percunctatus de hoc peregrinus respondit: in caelo empyreo ubi corpus est Christi. Corpus enim Christi quod est altius omni caelo est de nostra carne formatum, porro caro nostra quaedam terre substantia est. Cum igitur corpus Christi super omnes caelos sit et de nostra carne originem duxit, caro autem nostra de terra sit condita, constat quod ubi corpus Christi residet ibi procul dubio terra altior caelo manet. Refert nuntius quae audierat peregrino. Et ecce omnes responsionem eius mirabiliter approbant et magnifice sapientiam eius laudant. Tunc iterum illa dixit: Fiat ei tertia quaestio gravissima et occulta et ad solvendum difficilis et obscura, ut sic eius sapientia tertio comprobetur et dignus sit qui ad mensam episcopi merito admittatur. Quaeratur igitur ab eo quantum spatium sit a terra usque ad caelum. Requisitus de hoc peregrinus nuntio dixit: Vade ad eum qui te misit ad me et de hoc diligentius percontare. Ipse enim hoc melius me novit et ideo tibi de hoc melius respondebit. Nam ipse istud spatium mensuravit quando de caelo in abyssum cecidit. Non enim mulier est sed dyabolus qui se posuit in similitudinem mulieris. Audiens haec nuntius vehementer expavit et ea quae audierat coram omnibus recitavit. Mirantibus itaque omnibus et stupentibus antiquus hostis de medio eorum evanuit. Episcopus autem rediens ad se acriter redarguit semetipsum et de perpetrata culpa veniam lacrimabiliter et lamentabiliter postulabat. Misitque nuntium ut peregrinum introduceret sed nequaquam amplius invenit. Tunc episcopus populum convocavit et omnibus evidenter exposuit ordinem rei praecepitque ut omnes ieiuniis et orationibus insisterent si forte dominus revelare dignaretur alicui quisnam ille peregrinus fuit qui eum a tanto periculo liberavit. Revelatum est episcopo illa nocte quod beatus Andreas fuit qui pro liberatione episcopi se posuit in habitu peregrini. Coepit igitur praedictus episcopus in devotione beati Andreae magis crescere et eum exinde in reverentia plus habere.

¶ Cum praepositus cuiusdam civitatis agrum sancti Andreae abstulisset et ob hoc orante episcopo gravissimis febribus fuisset correptus, ille episcopum rogavit ut pro eo oraret et agrum sibi redderet. Sed cum orante episcopo sanitatem recepisset agrum iterum usurpavit. Tunc episcopus orationi se dedit et omnes lampades ecclesiae fregit dicens: Hoc lumen non accendatur donec dominus se de inimico suo vindicet et ecclesia quod amisit recuperet. Et ecce praepositus gravissimis febribus laboravit misitque ad episcopum ut pro eo oraret et agrum suum et alium similem redderet. Cui cum episcopus responderet: iam oravi et exaudivit me deus, ipse ad ipsum se portari fecit et ut ecclesiam intraret ad orandum coegit. Episcopus dum ecclesiam ingreditur ille subito moritur et ecclesiae ager restituitur etc.

De sancta Barbara

Beata barbara nobilis quidem sed fide ac religione nobilior quae refulgens

lucifer ī medio nebule exēptib9
gentilibus ꝓceſſit. Habuit enī
prēm dyoſcoꝝ noīe q̄ ipaꝫ du-
eſſꝫ nubilis ꝓpt̄ nimiam eius
pulc pulcritudieꝫ ī turri forti
et emūcti īpxia uelud thezau-
rū quēdam p̄cioſum collocauit
Huiꝰ fama et decore q̄daꝫ de
optimatib9 nobiles audientes
ipam ꝯ diuſis lrīs ꝛ nūctijs ī
matrimoniū poſtulauerūt Cū
ēi dyoſcorus rem huiuſcemo-
di indicaſſꝫ. barbara rn̄dit.
Pr nouis q̄ gloriaꝫ caſtitatis
ſemp optaui ꝛ ī aīo meo ſtmie
ꝓpoſui nūquā ī hc̄ mortali vi-
ta contingere viri thoꝝ. Quod
audiens dyoſcorus t̄ſtis abi-
it ad ꝯſulendū deos aliaſ poi-
im ſcire volens derisione fi-
lie et q̄ de ea futurus eſſꝫ p̄cipiēs
ſtructorib9 turris ut ī cacumie
arcuatas duas feneſtras ꝯt
ſeptētrone ordinet Interim
virgo dn̄i deſtituta ſolacio q̄daꝫ
die ꝑ feneſtras turris ſolis
ortū ꝛ occubitū ac aliaſ pla-
netas curſū ſollert̄ ꝯſiderās
Et cū ſup hijs intra ſe ī ſcret
varias opiniones concluſio-
ꝫ veritatis nullo9 poterat ī ve-
nire Et ecce angelus dn̄i ap-
paruit ei dicēs. Dn̄s ihūs
xpūs dei omnipotētis unige-
nitus q ꝓ ſalute totius hūani
generis de celo deſcendit carnem
ſumēs ex matre virgīe factus eſt
hō ut homīem pditū ꝑ mortē
quā ī crucis patibulo voluntarie
ſuſtinuit ad regna celeſtia re-
vocaret Ipe ē fons ꝛ origo

omī creaturaꝝ ꝑ quē cuncta ex
nichilo ī eſſe pdierunt Ipe in
qua motus ſolis ꝛ lune diſ-
poſitōꝫ ordinauit īnnarrabili
noīa ſtellis ī ponēs ꝛ numeraſ
Sūt igi° barbara crede fir-
miter que dixi de xpō et ſorti
tuo eſto q̄a oportꝫ te ꝓ nomie
ipius mlta. Deīceps confor-
tat°. ex v̄bis angeli a quodā
ſcō p̄ſbitō noīe valencio ē
baptizata. Poſt hec beata
barbara de pdicacōe angli aſ-
cendit ī ſupiora turris ꝛ ve-
pit ydola que cole ſolebat p̄-
eius que diſcerpens ꝛ ꝯculcans
pedibus dixit Siles vri fiat
qui faciut et oms qui ꝯfidut
ī vos. Deſcendens aūt beata
barbara de turri et volebat
vide opus q̄ factū ē et vidit
contra ſeptētrone duas ſoli-
mo feneſtras ſtantes et dixit
artificibus Quare duas tm̄
feneſtras inſtituiſtis. Dicūt
ei pr tuus ſic nobis p̄cep. Di-
cit eis barbara Facite ī iſti-
tute in alia vnā feneſtram
Ipi vō dicūt ei Timem9 dn̄a
ne qn̄ venit pr tuus ī dignā-
bit° aduſū nos ꝛ nō poſſim9
ſupportare eū. Dic° eis bar-
barba famula dei Quod
vob facite ego delī° acquieſce-
re faciā prēꝫ meū Ipi vō acq-
euerūt ei ut alia feneſtram
faceret ſicut ꝯſtituit eis ꝑam-
bulans vō inquerulosa et im-
maculata barbara ꝛ abiens
ī ſtitiue marmoribus digito
ſuo ſcīſſam crucē ꝯtra orientē
que ī ſigurā eius pmanet vſqꝫ

in hodiernam diem. Tandem Dy-
ascorus ad propria reuertitur accessit
ad filiam et inuenit tres fenes-
tras eminentes in turri et sua
ydola totaliter comminuta. Qui cum
nimio furore filie improperasset
Barbara respondit. Fateor pater
meo iussu tercia facta est fenestra
quia duo non sunt sed tres illuminan-
tes totius orbis climata scilicet
pater et filius et spiritus sanctus. Et sci-
as me confregisse deos tuos
quia comperi quod surdi fuerunt
et muti ac cuiuslibet virtutis im-
potentes. Dyascorus hec au-
diens obstupuit et repletus
ira eduxit gladium ut filiam
perderet. Sed quia deus amantes in se
non deserit confestim eminentie turris
se inclinans deorsum ipsam absque
omni lesione dimisit in terram et
fugiens ad quendam montem
prope ciuitatem se abscondit. Tunc
Dyascorus per omnes vicos ciui-
tatis filiam querendo insequitur
qua non inuenta et exiens ciuitate
cepit iter suum. Et cum scopu-
lis montis appropinquaret inuenit
duos pastores oues pascentes.
Quibus accersitis interrogauit
eos si uspiam vidissent preterire
filiam suam. Et quidam vnus ex eis
negauit quod ipsam non vidisset.
Alter vero indice suo ostendendo
prodidit eam dicens filia tua
nunc preterit et ex supposito tuo la-
tet in cauerna montis. Dyas-
corus ergo ad locum quem ei pastor
indicauerat properans inuenit eam
quam per capillos arripiens

adeo enormiter flagellatur ut
riui sanguinis decurrentes in terram
corpus eius cruciatu grauis-
sime demacerent. De ciuitate
autem reducens filiam et in obscuro
carcere reclusit usque dum Marci-
ano presidi prouincie misso a Maxi-
miano imperatore nunciaret. In-
terim virgo vero dum maneret
in carcere angelus apparuit ei
dicens Ne paueas virgo deo
dilecta dominus tecum est. Sequenti ergo
die de carcere eduxit ipsam tra-
dens presidi obsecrans et adiu-
rans per deorum potentiam ut eam
pro contemptu quem diis et sibi irro-
gauerat diuersis tormentis fa-
ceret consummari. Dum preses sus-
cipiens et sedens pro tribunali in
ipsam visum proiecit tantosius
pulchritudinis eius formam cum
quadam admiratione considerans
eam alloquitur. Inquit vero Bar-
bara sacrificabis diis omnipote-
tibus. Que respondit. Non credo
quia dii tui sunt surdi et muti
deceptores omnis gratie. Consta-
ter hiis pluribus que aliis sus-
tensa zelo fidei fortitudinis erectis
oculis et manibus extensis
in celum orauit dicens Domine Ihesu
Christe fili dei viui qui es principium
totius cause bonitatis vitam
gratiam et gloriam conferens propter ex-
uberantem tue pietatis immensam
respice propicius super me indig-
nam famulam tuam et ne me
separes a consortio omnium electo-
rum tuorum tue enim prouidencie me

gmitto. Preses h' audiens seui-
endo mandauit tortoribus et mi-
nistris ut expoliaretur vestibus
tradens ipsam carnificibus pre-
cepit ut vnguis ferreis laniari
carnes eius usque ad neruos
et pannis ciliciniis diutius confri-
cari. Deinde iussit eam iterum
reponi in carcerem quousque de-
liberaret quibus suppliciis ipsam
mortificare posset. Virgo
igitur mitis et humilis corpore con-
cussa non fuit sed paciens et
gaudens omnia sustinuit. Tunc
Christus cum magna luce apparuit
ei dicens Filia respice in me.
At illa pre dolore nimio in potens
conuertit oculos ad eum dicens Domine
ut quid tradidisti me in hanc carne-
ficine. Cristus respondit Colum-
ba mea formosa mea extende
ad me caput tuum. Et cum
tetigisset eam restituta est omnis
tio eius eleuans quoque manus
dixit Gracias tibi ago domine qui
dignatus es ad me venire
ad famulam tuam. Barbara cum
propter te nullus est auxiliator
alius. Et h' xpc. Confide et
confortare barbara quia copi-
osum gaudium erit in celo et in
terra de tuo martirio. Ne ti-
meas minas tiranni et ne
formides pro nomine meo pa-
ti ego tecum sum. In crastina
enim die incedet laboris ac-
cipies et perhennitatis coronam.
Die autem sequenti aparere vic-
ta presidi putatur et cum sana-
tam eam vidisset dixit Quiad
vite barbara compatite vulneris

sunt dij nostri. Rei enim cum toto
fere corpore lesa fuisses hodie
per omnia sanata es. Barbara
respondit Non dij sed dominus meus Ihesus
Christus me curauit. Tunc preses pre-
cepit ut carnifices scorpioni-
bus cederent latera eius et ut
lampades ardentes ei applica-
rent. Nouissime vero caput eius
malleo contundi ut ad effusione
cerebri per os et per nares. Deinde
noua vilia iubet addi precipiens
collibus et mamillas eius am-
putari fludez quoque per totam ciuita-
tem trahi. at in plateis singulis
flagellari. Et cum traheretur excla-
mauit Ihesu Christe qui operis celum
nubibus operi me pudicicie
nuditate ne videar abortus
impiorum. Statimque deus sua est subi-
to fuit cum manus domini Ita ut per
amictus pulchritudinem quam ange-
lus attulerat per tres horas
non videretur. Preses vero
videns quod nichil proficeret tradi-
dit eam Dyascoro ut capite
plecteretur. Que dicens In ma-
nus tuas domine commendo spiritum
meum apprehendens autem eam
fune in collo eius trahens eam
extra ciuitatem. Quem cum ad
locum martirii peruenisset cum
lacrimis ad deum orauit.
Domine spes et salus credentium
Ihesu rex bone obsecro te ut
quicumque passionis mee me-
moriam egerit in extremis vere
contricionis et confessionis va-
leat beneficium pape. Et tui
sancti corporis sacramentum ac-

in hora decessionis sue nullis horroribus demonum terreatur vel inquietur aliaque necessitate nomen tuum pro me invocaverit tue propitiationis consequatur effectum. Statimque factum est vox ad eam dicens: Veni dilecta mea sponsa mea, ecce tibi celi ianua aperta est, omnia enim que postulasti concessa sunt. Tunc scelestissimus Dyascorus pater eius in memorialis fedus conversus gladio uno ictu percutiens filiam amputavit caput eius. Sed cum a loco passionis recederet, ignis vehemens de celo corruit et ipsum adeo consumpsit ut nec vestigium pulveris remaneret. Quod intelligens Valentinus presbiter de licentia presidis tulit corpus martiris et illud in loco sepulchri cum timore et fidelium sepelivit.

De sancto Nicolao

Nicolaus dicitur a nicos quod est victoria et laos populus, inde Nicolaus quasi victoria populi, quia multos populos vita et doctrina docuit vitia et peccata vincere. Vel dicitur Nicolaus a nicos quod est victoria et laus, quasi victoriosa laus. Eius legendam doctores argolici conscripserunt. Est autem Argos secundum Ysidorum civitas Grecie, unde et Argolici Greci vocantur. Alibi vero legitur quod Methodius patriarcha eam grece scripsit, quam Johannes dyaconus in latinum transtulit et quam plura addidit. Nicolaus civis Patere urbis ex divitibus et sanctis parentibus originem duxit. Pater eius Epiphanius, mater vero Johanna dicta est. Quem cum in principio iuventutis sue flore parentes genuissent, deinceps continentes vixerunt, celibem vitam duxerunt. Hic primo die dum balnearetur erectus stetit in pelvi. Insuper feria IIII^ta et sexta tantum semel ubera sugebat. Factus autem iuvenis aliorum iuvenum devitabat lascivias. Ecclesiarum limina potius frequentabat et quicquid ibi de sacra scriptura intelligere poterat memorie retinebat. Defunctis parentibus suis cogitare cepit qualiter tantarum divitiarum copiam non ad laudem humanam sed dei gloriam dispensaret. Tunc quidam vicinus suus satis nobilis tres filias suas virgines prostitutione cogitur ut infamia earum aleretur. Quod vir sanctus comperit abhorruit scelus et massam auream panno involutam in domum eius per fenestram clam nocte iecit clamque recessit. Mane surgens homo massam auri reperit et deo gratias agens primogenite nuptias celebravit. Non multo post dei famulus simile peregit opus. Quod homo ille reperiens deo gratias et laudes inmensas prorumpens decreto vigilare proposuit ut sciret quis esset qui sue inopie subvenisset. Post paucos vero dies duplicatam auri massam in domum proiecit, ad cuius sonitum ille excitatur et Nicolaum fugientem insequitur, talique voce alloquitur: Siste gradum teque aspectui meo ne subtrahas. Sicque accurrens velocius Nicolaum hunc esse cognovit.

uxorque humi prostratus osculari vo-
luit pedes eius, quod ille refugiens
ab illo exegit ne cuiquam dum vi-
veret publicaret. Post hec Mir-
ree civitatis episcopo mortuo, quem
convenerunt episcopi illi de episcopo provisuri. Aderat
inter eos quidam magne auctoritatis
episcopus, ad cuius clarorum omnium summa de-
pendebat. Cum igitur cunctos ieiu-
niis et orationibus concitasset monuisset,
nocte illa audivit vocem dicentem
sibi ut hora matutinali fores ecclesie
observaret et quem primum ad ecclesiam cui-
us nomen est Nicolaus venire
conspiceret ipsum in episcopum consecraret.
Hoc igitur aliis revelans episcopus
admonuit ut omnes in oratione exci-
tarent, et ipse foribus excuba-
ret. Mirum in modum in hora matu-
tinali, quasi a deo missus, ante omnes
se agebat Nicolaus. Quem appre-
hendens episcopus dixit ei: Quod
tibi nomen est? Ille ut erat columbi-
na simpliciter plenus: Nicolaus,
inquid, vestre sanctitatis servus. Quem
in ecclesiam ducens, licet plurimum re-
nitentem in kathedra collocave-
runt. Ipse autem eandem quam prius
habuit humilitatem et morum gravi-
tatem in omnibus sectabatur. In
oratione pervigilabat, corpus ma-
cerabat, mulierum consortia fugi-
ebat. Humilis erat in omnibus susci-
piendo, efficax in loquendo, alacer
in exhortando, severus in corripi-
endo. Quadam die dum qui-
dam naute periclitarentur, ita cum
lacrimis oraverunt: Nicolae fa-
mule dei, si vera sunt que de te audi-
vimus, nunc experiamur. Mox quidam

in eius similitudine apparuit appa-
ruit dicens: Ecce assum, vocastis
enim me. Et cepit eos iuvare
in velis et rudentibus aliisque in navi-
bus armamentis. Statim que
cessavit tempestas. Cum autem
ad eius ecclesiam venissent, quem
nunquam viderant cognoverunt.
Tunc deo et sibi de sua liberatione
gratias egerunt. Ille divine mi-
sericordie et sue fidei, non suis meritis attri-
buere docuit. Quodam tempore
tota provinciam sancti Nicolai fames
valida pertulit, ita ut omnibus
deficerent alimenta. Audiens autem
vir dei naves honustas tritico
portui applicuisse, illuc statim
perrexit, rogans nautas ut
saltim quinquaginta tanos per
singulas naves periclitantibus sub-
veniret. Cui illi: Non audemus
pater, quia mensuratum alexandrie
oportet in horrea imperatoris
nos reddere. Quibus sanctus ait:
Facite que dico et vobis in dei
virtute promitto quod nullam mino-
rationem habebitis apud regni exac-
tores. Quod cum fecissent et eandem
mensuram quam alexandrie acceperant
reddidissent, ministris imperatoris
miraculum retulerunt et deum
in suo famulo magnifica laude at-
tollunt. Frumentum autem sicut vir
dei unicuique indigentia distribuit,
ita ut miraculose duabus
annis non tantum ad victum suffi-
ceret sed ad usum seminis habundaret.
Cum autem regio illa ydolis deser-
viret, precipue nephande Dyane
simulacrum plus colueat, adeo
usque ad tempus viri dei, non nulli

rustici pre ceteris religioni execrabili deservirent et sub quadam arbore consecrata Dyane quosdam ritus gentilium exercerent, ad vir dei prorsus ritum de omnibus finibus expulit ipsamque arborem precidi mandavit. Iratus ex hoc contra eum hostis antiquus oleum mydyano contra naturam in aqua vel lapidibus ardens confecit. Seque in formam cuiusdam religiose femine transfigurans quibusdam ad virum dei navigantibus in quadam sagenula obviavit. Sicque affata est eos: Vellem nobiscum ad virum dei venire sed nequeo. Rogo ergo ut hoc oleum ad ecclesiam eius deferatis et ob mei memoriam exinde aule eius parietes liniatis. Et statim evanuit. Et ecce aliam cernunt naviculam cum honestis personis inter quos unus erat simillimus beato Nicolao qui sic ait illis: Heu quid mulier illa vobis inducta est vel quid vobis attulit. At illi cuncta per ordinem narraverunt. Quibus ille: Hec est inpudica Dyana. Et ut verum me dicere comprobetis oleum illud in mare proicite. Quibus proicientibus ingens ignis in mari succenditur et contra naturam diucius in mari ardere conspiciunt. Venientes igitur ad servum dei aiebant: Vere tu es ille qui nobis in mari apparuisti et a dyaboli insidiis liberasti. Quodam tempore cum quedam gens romano imperio rebellasset contra eas imperator tres principes scilicet Nepocianum, Ursum et Apilonem misit. Quos portu adriatico ob ventum contrarium applicatos beatus Nicolaus ut secum comederet invitavit volens ut gentem suam a rapinis compesceret quas in nundinis exercebat. Interim cum sanctus abesset consul corruptus pecunia tres innocentes milites iusserat decollari. Quod ut vir sanctus audivit rogavit principes illos ut secum illuc usque gradu concito properaret. Veniensque ad locum ubi decollandi erant invenit eos poplite flexo et facie velata et spiculatorem ensem super eorum capita iam vibrasse. At Nicolaus accensus zelo in lictorem se audacter ingessit et gladium de manu eius eminus propulit, innocentesque solvens eos incolumes secum duxit. Illico ad pretorium consulis et fores clausas vi reseravit. Mox illi consul occurrens salutavit. Quem spernens sanctus dixit: Inimice dei legis prevaricator qua temeritate presumpsisti tanti conscius sceleris vultum conspicere nostrum. Quem per eum plurimum obiurgavit ad preces primodum illorum ductum benigne recepit. Recepta igitur benedictione imperiales nuncii iter peragunt et in imperio sine sanguine hostes subdunt. Redeuntesque ab imperatore magnifice sunt recepti. Quidam autem eorum felicitatibus invidentes prefecto imperatoris prece et precio suggesserunt ut eos de lese maiestatis crimine accusaret. Quod cum imperatori suggessissent nimio furore repletus eos in carcerari precepit ac sine aliqua interrogatione eos illa nocte occidi mandavit. Quod cum a custode didicissent scidere vestimenta sua et gemere amare ceperunt. Tunc unus eorum scilicet Nepocianus recolens qualiter sanctus Nicolaus tres innocentes liberaverat exortatus est alios ut eius patro-

tinia flagitarent. Quibus oran-
tibus nocte illa sanctus nicolaus
constantino imperatori apparuit dicens.
Cur illos principes tam iniuste
comprehendisti morti sine crimine
adiudicasti. surge velox eosque
quam citius dimitti iubeto. Sin autem
oro deum ut tibi suscitet bellum in quo
tu corruas et bestiis cibus fias.
Cui imperator. Quis es tu qui hac
nocte pallacium meum ingressus
tanta audes loqui. Cui ille. Ego
sum nicolaus mirree civitatis
episcopus. Sic et prefectum similiter terruit
dicens. Amente et sensu perdite cur
in necem innocencium consensisti. perge
cito et eos liberare stude. Sin
autem corpus tuum vermibus scatu-
riet et domus tua citius destruetur.
Cui ille. Quis es tu qui nobis tanta
minaris. Scito inquit me esse
nicolaum mirree civitatis episcopum.
Utrisque ergo evigilantibus statim
mutuo sompnia pandunt et
vinctis incarceratis cum timore mit-
tunt. Quibus ait imperator. Quas
magicas nostis artes ut tan-
tis nos illudatis sompniis.
Cui dixerunt se magos non es-
se nec mortis sententiam meruisse. Qui-
bus imperator. Nostis inquid
hominem cui nomen est nicolaus.
At illi audito hoc nomine manus
extenderunt ad celum rogantes
dominum ut eos sancti nicolai meritis
a presenti periculo liberaret. Et cum
imperator totam vitam eius et mi-
racula eius ab eis didicisset
dixit eis. Ite et deo gracias agite
qui nos de tantis periculis eius
precibus liberavit. Sed et de nostris
eidem auferte gaudiolum roga-
tes eum ut ulterius minas non
inferat sed pro me et regno meo
ad dominum preces fundat. Post

paucos dies predicti viri ad dei famulum
venerunt. Moxque ad eius pedes
humiliter prostraverunt dicentes. Vere
dei famulus es. vere cultor christi es.
Cumque ei per ordinem omnia retulissent
Ille elevatis manibus in celum
immensas deo laudes retulit
et bene instructos principes ad
propria remisit. Cum autem
dominus vellet eum assumere angelos
ad se venientes vidit. et dicto
psalmo In te domine speravi. usque ad illud
In manus tuas tradidit spiritum.
Anno domini ccc°. xliij°. Qui cum
sepultus fuisset in tumba marmo-
rea a capite fons olei. et a pe-
dibus fons aque profluxit. et usque
hodie redundat oleum eius
membris sacrum. valens in salute
multorum. Successit autem ei quidam
vir bonus qui tamen de sede sua ab
invidis est depulsus. Quo eiec-
to oleum desiit fluere sed revo-
cato protinus emanavit. Multo
post tempore turchi mirream
destruentes tumbam sancti nicolai
aperuerunt ossaque eius in oleo
natantia in urbem barensem detule-
runt reverenter. Anno domini m°. lxxxvij°.
Vir quidam a iudeo summa
quadam pecunie mutuo accepit
iurans super altare sancti nicolai cum
alium fideiussorem habere nequiret quam
citius posset ei redderet. Tenente
illo diu pecuniam iudeus expos-
tulat sed eam ei reddidisse af-
firmat. Trahit eum ad iudicium
et iuramentum indicit debitori.
Ille baculum cavatum quem auro
minuto impleverat secum de-
tulerat ac si eius adminiculo
indigeret. Volens igitur sacramen-
tum facere iudeo tradidit baculum
reservandum. Iuravit ille quod

plus reddiderit quam deberet. Facto
autem iuramento baculum suum red-
didit. Recedens autem qui fraudem
fecerat in quodam bivio oppressus
corruit sompno currusque ve-
niens cum impetu eum necavit
et plenum baculum fregit et aurum
effudit. Audiens hoc iudeus
excitus illuc venit. Cumque dolum
vidisset et a multis suggereretur ut
aurum reciperet omnino renuit
nisi qui defunctus fuerat ad vitam
beati nicolai meritis rediret, asse-
rens se si hoc fieret baptisma
suscepturum et christianum futurum.
Continuo igitur qui defunctus fuerat
resuscitatur et iudeus in christi no-
mine baptizatur. Quidam
iudeus videns beati nicolai vir-
tuosam potenciam in miraculis
faciendis ymaginem eius fieri
fecit eamque in domo sua collocavit.
Cui res suas cum aliquando longius
iret cum minis committebat.
Hec vel similia verba dicens: Ecce
nicolae omnia bona mea vobis
committo custodienda et nisi bene
custodieritis ultionem expetam de vo-
bis verberibus et flagellis. Qua-
dam vice dum ille abesset fures
adveniunt cuncta rapiunt solam
ymaginem relinquunt. Iudeus autem
rediens et se expoliatum videns
ymaginem alloquitur talibus ver-
bis: Domine nico-
lae nonne in domum meam vos po-
sueram ut res meas a latronibus
custodiretis. Cur hoc facere noluistis
et latrones quare non prohibuistis?
Igitur dura tormenta recipies
et pro latronibus lues penas.
Meque dampnum meum recompensabo
tormentis et furorem meum in tuis
refrigerabo verberibus et flagel-
lis. Accipiens igitur iudeus yma-
ginem dire eam verberat direque
flagellat. Mira res et
~~[illegible]~~ stupenda. Dividentibus
furibus que rapuerant sanctus
dei tamquam in se ipse verbera ac-
cepisset apparuit. Hec vel similia ver-
ba dicens: Cur tam dire pro
vobis flagellatus sum? Cur tam
crudeliter verberatus? Cur tormen-
ta tot passus? Ecce quomodo corpus
meum livet! Ecce qualiter effu-
sione sanguinis rubet! Pergite
citius et cuncta reddite que tu-
listis, alioquin omnipotentis ira in
vos seviet ita ut scelus vestrum
in medium publicetur et quilibet vestrum
suspendium patiatur. Ad quem illi:
Quis enim es tu qui nobis talia
loqueris? Et ille: Ego sum nico-
laus famulus christi quem iudeus
pro rebus suis quas tulistis
tam crudeliter flagellavit. Ter-
riti illi ad iudeum veniunt mi-
raculum referunt, ab eo quod yma-
gini fecerat audiunt et cuncta red-
dunt. Sicque latrones ad viam
rectitudinis et iudeus fi-
dem amplectitur salvatoris. Vir
quidam pro amore filii sui litteras ad-
discentis festum sancti nicolai solleni-
ter celebrabat. Quadam igitur
vice pater pueri prandium preparavit et
multos clericos invitavit. Venit
dyabolus ad ianuam in habitu peregri-
ni petens elemosinam. Sed cum qua-
cumque pater filium ut det elemosinam
peregrino preceperat puer sed peregrinum
non inveniens insequitur abe-
untem. Cumque ad quoddam compitum per-
venisset apprehendens dyabolus

puerum strangulauit. Quod audiens pater uehementer ingemuit
corpus tulit et in thalamo collocauit. Cepitque pre dolore clamare
ac dicere. Fili dulcissime quomodo est nobis
hoc? Nicolae hec tu mihi mercedes honoris
que nobis tam diu exhibui? Et cum hec et similia diceret statim
puer quasi de sompno euigilans
oculos aperuit ac surrexit.
Vir quidam nobilis rogauit beatum
nicolaum ut sibi filium a domino impetraret. Emittens se filium eius
ducere. Ductum ad ecclesiam ciphum ei
pulchrum argenteum oblaturus. Filius
igitur nascitur. et ad etatem perducitur
et ciphus fieri iubetur. Qui dum
ei ualde placeret suis eum usibus acceptauit
et alium equalem
tem fieri precepit. Nauigantibus
itaque ad ecclesiam beati nicolai iubet pater filio ut in illo cypho
quem primo fecerat sibi aquam afferret. Puer autem cum uellet
haurire cum cypho in mare cecidit
et statim disparuit. Pater eum
amare flens nichilominus uotum
suum perfecit. Veniens igitur ad altare sancti nicolai cum obtulisset secundum
ciphum tamquam proiectus cecidit de
altari. Cum autem eum leuasset et super
altare iterum posuisset rursus de
altari longius est proiectus. Iterum
autem cum altari tercio superposuit et
adhuc tercio longius est proiectus.
Admirantibus autem omnibus adtam
grande spectaculum. Ecce puer
sanus et incolumis uenit primum cyphum
in suis gestans manibus.
Narrauitque coram omnibus quod cum
in mare cecidit statim beatus nicolaus
affuit et eum illesum seruauit.
Sicque pater eius letus effectus
vtrumque cyphum beato nicolao obtulit.
Quidam vir diues
meritis sancti nicolai filium habuit quem
adeodatum uocauit. Fecit igitur sancto
dei capellam in domo sua construens. omni anno festum eius sollempniter
celebrauit. Erat autem locus
ille situs iuxta terram agarenorum. Adeodatus igitur quadam vice
ab agarenis capitur. et in seruitutem
regis eorum deputatur. Sequenti
anno cum festum sancti nicolai pater eius
deuote celebraret. et puer quoddam
ciphum preciosum manu tenens regi assisteret. recoluit suam captionem. parentum dolorem. et gaudium
quod ea die in domo sua fieri consueuit
et alcius suspirare. Quam suspirioris causam dum rex nimis
ex torsisset ait. Quidquid tuus nicolaus agat tu nobiscum manebis. Et subito uento uehementi domum eius concuciente puer cum cypho rapitur. et ante fores
ecclesie vbi parentes sollempnia agebat collocatur. et magnum gaudium omnibus celebratur.

De sancta lucia virgine

Lucia dicitur a luce
lux enim habet pulcritudinem
in aspectione. Quia ut dicit ambrosius
lucis natura hec est ut omnis eius
in aspectu gracia sit. Diffusionem sine
coinquinatione quecumque immunda non
coinquinat. rectum incessum sine curuitate. longissimam lineam pertransit
sine morosa dilatione. Per hoc ostenditur quod beata lucia habuit decorem
virginitatis sine aliqua corruptione.
Diffusionem caritatis sine aliquo immundo amore. Rectum incessum
intentionis sine aliqua obliquitate.
longissimam lineam diutine operacionis

ſine negligentie tarditate. Lu-
cia dicitur lucia quaſi lucis via. Lucia
virgo ſiracuſana nobilis genere
audiens famam beate agathe per
totam ſiciliam divulgari ad ſepul-
crum eius adiit cum matre ſua eu-
thicia que annis quatuor incurabiliter
fluxum ſanguinis patiebatur. Cum
igitur ipſa miſſarum ſollempnia con-
tigit quod illud evangelium legeretur in quo
dominus mulierem ab hac paſſione ſa-
naſſe narratur. Tunc lucia matri
dixit: Si credideris hiis que leguntur
crede agathe cum illum eſſe preſentem
ſemper pro cuius nomine ſuſtinuit paſ-
ſionem. Si eius ſepulcrum credens
tetigeris perfectam continuo ſanitatem
gaudebis. Igitur recedentibus cunctis
et matre et filia iuxta ſepul-
crum in oratione exiſtentibus luciam
ſompnus arripuit. Viditque aga-
them in medio angelorum gemmis
ornatam ſtantem et dicentem ſibi: So-
ror mea virgo devota quid a me
petis quod ipſa poteris preſtare conti-
nuo matri tue. Nam ecce per fidem
ſanata eſt. Evigilans lucia ma-
tri dixit: Mater mea ecce ſana-
ta es. Per ipſam ergo te deprecor que
ſuis orationibus te ſanavit ne mihi
de cetero nomines ſponſum ſed quicquid
mihi daturus es pro dote pauperibus
elargire. Cui mater: Tege prius
oculos meos et quicquid de facul-
tatibus volueris facito. Ad quam
lucia: Quod moriens das ideo das
quia tecum ferre non potes. Da igitur
dum vivis et mercedem habebis. Cum
ergo reſideret fit cottidie diſtrac-
tio rerum et dantur in neceſſitatibus
pauperum. Interea dum patrimonium
diſtrahitur ad ſponſi noticiam

pervenit. Requirit ſponſus a nutrice
de hiis. Audit illa timens quod uti-
liorem ſua poſſeſſionem ſponſa in-
veniſſet quam ſuo volebat nomine
comparare. Et ideo videbatur ali-
quanta diſtrahere. Credidit carna-
lis commercium et cooperator autor eſſe ven-
ditionum. Venditis omnibus et pau-
peribus erogatis ſponſus traxit
eam paſcaſio conſulari dicens
chriſtianam eſſe et contra legem agere
auguſtorum. Invitante eam paſcaſi-
o ad ſacrificia ydolorum. Reſpondit: Sa-
crificium placens eſt deo viſitare
pauperes et in neceſſitatibus miniſtra-
re. Et quia amplius non habeo
quid offeram me ipſam domino
offerendam. Cui paſcaſius: Iſta verba
tibi ſimili ſtulto vano narrare potes
mihi autem qui principis decreta cuſ-
todio iſta fruſtra proſequeris. Ad
quem lucia: Tu principum decreta
cuſtodis et ego dei mei legem cuſ-
todiam. Cui paſcaſius: Primo-
nium tuum cum corruptoribus expo-
ſuiſti et ideo ſicut meretrix loqueris.
Cui lucia: Patrimonium meum in tu-
to loco conſtitui. corruptores
autem mentis et corporis nunquam ſcivi.
Audit paſcaſius: Qui ſunt cor-
ruptores mentis et corporis. Cui
illa: Corruptores mentis vos eſ-
tis qui ſuadetis animas ut de-
ſerant creatorem. Corruptores ſunt
corporis qui carnalem delectationem
preponunt epulis ſempiternis. Paſ-
caſius dixit: Ceſſabunt verba tua cum
perventum fuerit ad verbera. Cui dixit
lucia: Verba dei ceſſare non poterunt. Cui
paſcaſius: Tu ergo deus es. Cui
lucia reſpondit: Ancilla dei ſum qui
dixit: Dum ſteteritis ante reges et
preſides nolite cogitare quomodo aut quid lo-

templum et flores eius uos estis te=
Paschasius dixit. Ante hoc spiritus sanctus
est. Cui lucia. Qui caste uiuunt tem=
plum sunt spiritus sancti. Cui paschasius
Ego te faciam duci ad lupanar
ut ibi uiolationem accipias et spiritum
sanctum perdas. Cui lucia. Non coinqui=
natur corpus nisi de consensu men=
tis. Nam si me inuitam uiolari fe=
ceris duplicabitur mihi castitas
ad coronam. Nunquam autem uoluntatem
meam ad tuum consensum poteris pro=
uocare. Ecce corpus meum ad omne
supplicium est paratum. Quid moraris
Incipe fili diaboli desideria pe=
narum exercere. Tunc paschasius leno=
nes uenire precepit dicens eis. In=
uitate ad eam omnem populum et tam=
diu illudatur donec mortua nunc=
cietur. Volentes autem eam trahere
tanto pondere spiritus sanctus eam fixit
ut ipsam mouere nequirent. Fecitque
paschasius mille uiros aduenire
et manus et pedes ligare sed eam
nullatenus potuerunt mouere. Tunc
et cum uiris mille paria boum ad=
hibuit sed tamen uirgo immobilis per=
mansit. Vocatis autem magis
ut incantationibus suis moueretur omni=
no moueri non potuit. Tunc pas=
chasius dixit. Que sunt ista male=
ficia quod ista puella a mille ho=
minibus non mouetur. Lucia dixit.
Non sunt ista maleficia sed beneficia
christi. Porro si adhuc decem
milia adhibueris eque me ut prius
immobilem uidebis. Putans
uero paschasius secundum quorundam
figmenta quod lotio fugaretur ma=
leficia iussit eam lotio perfun=
di. Cumque nec sic moueri posset
angustiatus nimis iussit circa
eam ignem accendi picemque resinam

et feruens oleum super eam fundi.
Dixit autem lucia. Inducias impetraui
martirij mei ut credentibus
auferam timorem passionis et non
credentibus uocem insultationis.
Videntes autem paschasij amici
eum angustiari et gutture eius gla=
dium immiserunt. Que nequaquam
loquelam amittens dixit. Annuncio
uobis pacem ecclesie redditam. Maxi=
miano hodie mortuo et de regno
suo dyocleciano expulso. et sicut
ciuitati cathanensi ciuitati soror
mea agatha est data protectrix
sic et ego ciuitati syracusane
commissa sum intercetrix. Dum hec ergo
uirgo loquitur ecce ministri roma=
norum ueniunt paschasium apprehen=
dunt uinctum ad cesarem secum
ducunt. Audierat autem cesar quod
uniuersam prouinciam fuit depredatus
Veniens igitur roma et senatui
accusatus est et conuictus capita=
li sententia est punitus. Virgo uero
lucia de loco illo in quo percussa
est non est mota nec spiritum tradidit
quoadusque sacerdotes uenirent
et corpus domini ei traderent. Et
omnibus astantibus amen deo spiritum
reddidit. In eodem autem loco est sepul=
ta et ecclesia fabricata.

De sancto thoma

Thomas interpretatur
abyssus geminus quod grece
dicitur didimus uel dicitur thomas a
thomos quod est diuisio siue sectio.
Dicitur autem abyssus eo quod profundita=
tem diuinitatis penetrare meru=
it cum ad sui questionem christus ei respondit
Ego sum uia ueritas et uita. Di=
citur geminus eo quod resurrectionem christi
quasi geminate et dupliciter qua=
si alij cognouerunt. Illi alij cognouerunt
uidendo. Iste uidendo et palpan=
do. Diuisio autem siue sectio dicitur
quia ab alijs in fide resurrectionis
diuisus uel sectus fuit. Vel tho=
mas quasi totus means in dei scientiam

[illegible]

amore et contemplatione. Vel dicitur a thos
atheos quod est deus et meus. Inde
thomas quasi deus meus et dominus
meus. Thomas apostolus cum esset
apud cesaream apparuit ei dominus
dicens. Rex indie gundoforus mi-
sit prepositum abbanem querere hominem
architectoria arte eruditum.
Veni igitur mittam te ad eum. Cui
thomas. Domine quo vis mitte
me preter ad indos. Cui dominus. Vade
securus quia ego ero custos
tuus. Cumque indos converteris ad me
cum palma martirii venies. Cui
thomas. Dominus meus es et ego ser-
vus tuus fiat voluntas tua.
Cumque prepositus forum perambularet
ait ei dominus. Quid comparare vis
iuvenis. Cui ille. Dominus meus
misit me ut conducam servos
in arte architectoria eruditos
ut romano opere sibi pallacium con-
struant. Tunc dominus tradidit ei tho-
mam asserens eum plurimum in ta-
li arte esse peritum. Navigantes
autem ad quandam civitatem vene-
runt in qua rex nuptias sue
filie celebrabat. Hic enim preconi-
zari fecerat ut omnes nuptiis in-
teressent alias regem offende-
rent. Contigit illuc abbanem et
apostolum introire. Puella autem
hebrea fistulam manu gerens
unumquemque laude aliqua commendabat.
Videnque apostolum dei intellexit hunc
esse hebreum eo quod non manduca-
ret sed oculos fixos in celum haberet.
Cumque puella hebraice caneret
dicens. Unus est deus hebreorum qui fecit
celum et terram. Apostolus ipsa verba ea-
dem verba repetere satagebat.

Et hec sciens pincerna in civitate mundro-
polim videns personam quod non
manducaret neque biberet sed tantum
oculos ad celum fixos haberet apostolum
dei in maxilla percussit. Tunc dixit
apostolus. Non hinc surgam donec ma-
nus que me percussit hinc a canibus
deferatur. Hic igitur ad hauriendam
aquam abiit et leo ipsum occidens
lacerantibus autem canibus corpus
eius unus niger canis manum
eius dexteram in medium apportavit.
Quo viso omnis turba obstupu-
it et puella eius verba referens pro-
iecta fistula ad pedes apostoli se
proiecit. Cuius autem ultorem factum re-
probat augustinus in libro contra faustum
et asseruit apocrifum hoc fuisse in-
certum. Unde et legenda hec quo
ad plura suspecta habetur. Tunc apostolus
ad petitionem regis sponsum et spon-
sam benedixit. Da inquiens domine
adolescentulis his benedictionem tue
dextere et in cordibus eorum semina
semine vite. Abeunte autem apostolo in-
ventus est in manu sponsi plenus
dactilis palme ramus. Co-
medentibus sponso et sponse
de fructu ambo obdormiunt
et sompnium simile ambo omnino
videbant. Etenim eis quod rex gemmis or-
natus eos amplexaretur et di-
ceret. Apostolus meus benedixit vos
ut eterne vite participes sitis. E-
vigilantibus autem et mutuo sua sompnia
revelantibus apostolus ad eos
ingreditur dicens. Rex meus
modo vobis apparuit et me clausis
ianuis huc adduxit ut benedictio
mea super vos fructificet. Ha-
betis carnis integritatem que est
omnium regina virtutum et fructus
salutis perpetue. Virginitas

soror est angelorum, victoria libidinum, possessio omnium bonorum, fidei tropheum, expugnatio demonum et gaudium eternorum, securitas premiorum. De libidine autem corruptio gignitur, de corruptione pollutio nascitur, de pollutione reatus oritur, de reatu confusio generatur. Hec illo referente duo angeli apparuerunt dicentes eis: Nos sumus angeli vobis ad custodiam deputati, qui si apostoli monita suauiter custodieritis, offerimus deo omnia vota vestra. Eos igitur apostolus baptizauit et de fide diligenter edocuit. Post multum vero temporis sponsa nomine pelagia sacro velamine consecrata martirium passa est. Et sponsus nomine dyonisius illi ciuitati in episcopum ordinatur. Post hec apostolus et abanes ad regem peruenerunt indie. Designato vero ab apostolo mirabili pallatio et copioso ei thezauro accepto rex in aliam prouinciam perrexit, et apostolus omnem illum thezaurum pauperibus elargitur. Per totum biennium quo absuit rex apostolus predicacioni insistit et innumerabilem populum ad fidem christi conuertit. Rediens rex et que thomas fecerat discens ipsum cum abane in ymam retrusit carceris, ut postmodum viuos excoriatos ultimis daret flammis. Interea gad frater regis moritur et ei sepulcrum cum ambicione nimia preparatur. Quarta autem die qui mortuus fuerit resurrexit. Et stupefactis omnibus cunctisque fugientibus dixit fratri suo: Hic est homo frater quem excoriare et incendere disponebas

amicus dei est et omnes ei angeli famulantur. Qui me in paradysum ducentes quoddam mihi ostenderunt pallacium ex auro et argento et lapidibus preciosis mirabiliter fabricatum. Et cum eius pulcritudinem admirarer dixerunt mihi: Hoc est palacium quod frater tuo thomas extruxerat. Cumque dicerem utinam ianitor eius essem dixerunt mihi: Frater tuus ille se fecit indignum. Si vis in illo manere rogabimus dominum ut te suscitare dignetur ut illud a fratre tuo possis emere, reddens ei pecuniam quam se existimat perdidisse. Et hec dicens cucurrit ad carcerem fratri suo petens indulgenciam. Abrupctis quoque vinculis rogauit corpus apostoli ut veste acciperet preciosam. Cui apostolus: Ignoras quod nichil carnale vel terrenum gestiunt qui cupiunt habere in celestibus potestatem. Egredienti autem apostolo rex occurrit et aduolutus pedibus veniam postulabat. Tunc apostolus ait: Multum prestitit vobis deus ut secreta sua vobis ostenderet. Credite in christum et baptizamini ut eterni regis principes sitis. Dixit ei frater regis: Vidi palacium quod fratri meo fecisti et illud comparari merui. Cui apostolus: Hoc in potestate fratris tui est. Cui rex: Illud est enim meum et apostolus fabricet tibi alterum quod si forte nequiuerit iam et tibi unum commune erit. Respondit apostolus: Innumerabilia palacia sunt in celo ab inicio seculi preparata que fidei precio et elemosinis comparantur. Diuicie autem vestre ad illa vos antecedere possunt, sequi vero omnino non possunt. Post unum mensem fecit

aplus oes illius puincie ggrega-
ri Quibus congregatis debiles et
infirmos seorsum stare iussit et
sup eos orauit Cumque qui docti fu-
erant indixisset amen corus-
catio de celo veniens tam apostolum
quam ceteros fere per horam mediam
sic prostrauit ut omnes se puta-
rent ictu fulguris interisse Eri-
gens autem apostolus se dixit Surgite
quia dominus sicut fulgur venit
uosque sanauit Exurgentes au-
tem omnes sani deum et apostolum glo-
rificauerunt Tunc apostolus cepit eos
docere et duodecim gradus uirtutum
assignare Primus est ut in deum cre-
deret qui est in personis trinus et unus
in essencia Dedit que eis triplex ex-
emplum sensibile quo sint unius
in essencia tres persone Primum est quia
una est in homine sapientia et de illa v-
na procedit intellectus memoria in-
genium Nam ingenium est unde ut
que non didicisti ad inuenias.
Memoria ut non obliuiscaris que
didicis Intellectus ut intelligas
que ostendi possunt uel doceri Secundum est
quia in una vinea sunt tria scilicet lignum
folium et fructus Et hec tria sunt et
una vinea sunt Tercium est quod
unum caput quatuor sensibus constat
In uno enim capite sunt visus
auditus odoratus et gustus Et hec
plurima sunt et unum caput sunt.
Secundus gradus est ut baptismum
susciperent. Tercius ut se a for-
nicatione contineret Quartus ut
se ab auaricia temperaret Quintus
ut gulam restringeret Sextus
ut penitentiam teneret Septimus ut
in hiis perseueraret Octauus ut hos-
pitalitatem amaret Nonus ut vo-
luntatem dei in faciendis quereret
et eam opere compleret Decimus
est ut ea in faciendis quereret et
contraria vitaret Undecimus est ut
caritatem amicis et inimicis impen-
deret Duodecimus est ut in custodien-
dis vigilem curam impenderet Predicantibus
predicatorum nouem baptizati sunt nouem
milia virorum exceptis paruulis
et mulieribus Post hec autem in su-
periorem indiam abiit ibique in multis
miraculorum et signis coruscauit
Sinticen eciam amicam migdonie
illuminauit Dixit que migdonia
ad sinticen putas si potero eum
videre Tunc migdonia de consilio eius
habitum mutauit et inter pauperes mu-
lieres ubi apostolus predicauit ad-
uenit Apostolus autem cepit de vite
huius miseria predicare Dicens inter
cetera quia vita hec est misera et ca-
sibus subiecta et adeo fugitiua
ut cum tenere creditur effugiat
labescitur Deinde cepit quatuor
racionibus exhortari ut verbum dei
libenter audirent. Primum verbum dei
quatuor rebus comparando scilicet
collirio quia oculum nostrum affectum ab
omni carnali amore purgat et
mundat. Emplastro quia
nos celestium amore delectat Et
sicut medicina hec egroto non ualet
nisi ea ipse recepit Sic dicebat
auienti verbum dei non prodest nisi illud
deuote audierit. Predicante
apostolo migdonia credidit et deinde
viri thorum abhorruit Tunc cari-
sius a rege impetrauit et apostolum
in carcere posuit Ad quem veniens
migdonia rogauit ut ignosceret
quod propter eam in carcerem missus esset
Qua ille benigne consolans hec
omnia se libenter pati asseruit Ca-
risius autem rogauit ut regina

sororem uxoris sue ad ipsam mitte-
ret si forte eam revocare posset
Missa regina convertitur ab ea quam
volebat pervertere. Visis quam tot mira-
culis que apostolus faciebat dixit
maledicti sunt qui non credunt hijs
verbis et signis et operibus. Tunc apostolus
omnes qui aderant verbis instrue-
bat scilicet ut ecclesiam diligerent sa-
cerdotes honorarent et assidue ad ver-
bum dei ad audiendum convenirent.
Recedente autem regina dixit ei
rex quod tam diu morata esset. Et
inquit Migdomia putabam stul-
tam esse sed sapientissima est. Et me
ad apostolum dei ducens viam veritatis
cognoscere me fecit et multum stulti
sunt qui in deum ihesum non credunt. Po-
luitque regina regi deinceps
copulari. Stupefactus rex dixit cog-
nato suo. Dum tuam uxorem recu-
perare vellem meam perdidi et peior
mea michi effecta est quam tua est. Tunc
rex iussit apostolum ligatis mani-
bus ad duci ad se precipiens ei
ut ad suos viros coniuges revo-
caret. Apostolus autem dixit ei tribus
exemplis quod quamdiu in errore persi-
stunt hoc facere debent, videlicet exemplo
regis, exemplo turris, exemplo fontis.
Unde dixit. Tu cum rex sis et non
vis inquinata servicia sed mundos
petis servos et ancillas quanto
magis debes credere deum amare
castissima et munda servicia. Quid
ergo culpor si deum amare predico in
servis suis quod diligis et in tuis.
Fabricaui turrim excelsam et dicis
michi ut ego qui fabricaui eam de-
struam. Fodi terram profunda et
eduxi fontem de abisso et dicis
michi ut obturem illum. Tunc iratus
rex iussit afferri laminas

ardentes ferreas et apostolum sta-
re nudis pedibus super ipsas.
Nutu dei fons ibi erupit et eas
extinxit. Tunc rex consilio cogna-
ti sui eum in fornacem ardentem mi-
sit. Que tamen sic refrigerata est
ut die altera sanus exiret et
illesus. Dixitque regi cognatus
Fac illum offerre deo soli ut sic
dei sui iram incurrat qui ab hijs eum
liberat. Cumque ad hoc urgeretur dixit
regi. Prestancior esses tu quam fac-
tura tua et tu quo vero deum
negligis et picturam colis. Tu
putas quod sicut dixit cognatus tuus
deus meus michi irascetur propterquam adorauero
deum tuum. Magis enim irasce-
tur deo tuo cumque comminuet. Si-
gitur me orante deum tuum et deus
meus non euertet illum sacrificabo
illi. Si vero deum autem deorum cuius illum
sic tu credas deo meo. Cui
rex adhuc meum de pari loqueris.
Precepit igitur apostolus hebraice de-
moni qui in eo erat ut quam cito
coram ydolo genua flecteret statim
ydolum comminueret. Flectens igitur
apostolus genua dixit. Ecce adoro
sed non ydolum. Ecce adoro sed non me-
tallum. Ecce adoro sed non simulacrum
adoro autem deum meum ihesum christum
in cuius nomine precipio tibi demoni qui
in eo latitas ut simulacrum ipsum
comminuas. Statimque cera liquefacta
est. Tunc omnes sacerdotes mu-
gitum dederunt. Pontifex autem
templi elevans gladium transver-
beravit apostolum dicens. Ego vin-
dicabo iniurias dei mei. Rex autem
et cognatus aufugerunt videntes
quod populus volebat apostolum vindicare
et pontificem vivum incendere. Christiani
autem corpus apostoli tulerunt
et honorifice sepelierunt. Post
longum tempus circa annos domini
ducentos et xxx corpus apostoli

8

in edissam civitate translatum est
alexandro imperatore ad syro
rum preces hoc faciente. In illa an
te civitate nullus hereticus
nullus iudeus nullus paganus sup
vivere vel tirannus aliquis ibi no
cere. Et preterea abagarus rex
illius civitatis epistolam manu
salvatoris conscriptam accipere me
ruit. Illa si quando gens aliqua contra
civitatem illam insurrexit infans
baptizatus super portam stans
epistolam illam legit. Et ea die tam
salvatoris scriptis quam apostoli meri
tis hostes aut fugiunt aut pa
cantur. Ysydorus in libro de vita
et obitu sanctorum sic de isto apostolo
dicit. Thomas discipulus christi
ac similis salvatori audiendo
incredulus videndo fidelis fuit.
Hic ewangelium predicavit parthis
medis et persis hircanis et bra
chimanis et interius orienta
lem plagam et interna gentium
penetrans ibi predicationem suam usque
ad titulum sue passionis perduxit.
Hic lanceis transfixus occubu
it. Hec ysydorus. De nativitate

De festo de festivitatibus que occur
runt infra tempus renova
tionis quod incepit a moyse et
prophetis et duravit usque ad ypi
adventum in carne quod tempus represen
tat ecclesia ab adventu usque ad
nativitatem. De festo vide de festi
vitatibus que eveniunt infra
tempus quod partim continetur sub tempore
reconciliationis partim sub tempore pe
regrinationis quod tempus reputat ecclesia
a nativitate usque ad septuagesimam
sicut in prologo dictum est. Nativi
tas domini nostri ihesu christi secundum car
nem ut quidam aiunt completis
ab adam quinque milibus cc. xxviij
annis vel secundum alios sex milibus
vel secundum eusebium cesariensem in cro
nicis suis v. milibus cic tempore oc
taviani imperatoris facta est com
putatio vero vj milium annorum inventa
fuit a methodio potius mistice quam cro
nice. Veniente autem ipso fili
o dei in carne tanta pace uni
versus mundus gaudebat ut to
to orbi unicus romanorum impera
tor presideret pacifice. Talem sicut
sicut nasci voluit ut nobis
pacem temporis et pacem eternitatis con
tribueret. sic voluit ut nichilominus
ortum suum pax temporis illustraret.
Cesar igitur augustus universo presidens
orbi scire voluit quot provincie quot cas
tra quot ville quot homines in to
to orbe essent. Iussit ergo ut dicitur
in historiis scolasticis ut omnes
homines ad urbem unde trahebant
originem pergerent et quilibet denarium
argenteum qui valebat decem nu
mos usuales unde et denarius
dicebatur. presidi provincie traderet
se subiectum romano imperio pro
fitens. Illa et nummus ymaginem
preferebat cesaris et superscriptionem
nominis. Dicebatur autem professio et
descriptio secundum diversam considerationem. Pro
fessio autem dicebatur quia quilibet
cum redderet provincie censum capitis
id est denarium illum qui sic vocabatur
ponebat super caput suum et ipso ore
confitebatur se esse subiectum roma
no imperio. Unde dicebatur professio
id est proprio ipso ore confessio. De
scriptio autem dicebatur quia numerus eorum
qui censum apportabant certo determinabatur.

Chrysost: quem(?) ait: Cum autem Thomas
ad regionem Magorum, qui ad Christum
adorandum venerant, devenisset, eos bap
tizavit, et facti sunt adiutores fidei Christi
anae.

nuo et redigebatur in scripturis.
Hec descriptio prima facta est a pre-
side syrie cyrino. Prima dicitur
ut in eisdem scolasticis hystoriis
habetur quantum ad cirinum. Quia
cum iudea in umbilico terre
terre habitabilis esse dicatur provisum
est ut in ea inchoaretur. et deinde
per circumstantes regiones et
alii presides prosequerentur. Vel prima
dicitur et universalis. quia precesse-
runt particulares. Vel forte prima
capitum. quia in civitate fiebat
a preside. Secunda civitatum in regio-
ne a legato cesaris. Tertia re-
gionum in urbe coram cesare. Jo-
seph autem cum esset de genere david
a nazareth in bethleem profectus
est. Cum autem beate marie tempus
pariendi instaret et ipse de suo
redditu nesciret eam secum assump-
sit et in bethleem duxit. nolens
thezaurum suum sibi a deo commis-
sum in aliena manu dimittere
sed ipse per se volens illum cura
vigili custodire. Cum igitur beth-
leem appropinquassent ut fr. b.
in sua compilatione testatur. Virgo
vidit partem [struck: populi] gaudentem (pp'li)
et partem gementem. Quod sic ange-
lus exponens ait. Pars [struck: populi] (pp'li)
gaudens est populus gentilis
qui in semine abrahe eternam
benedictionem accipit. Pars autem ge-
mens est plebs iudaica a deo
suis meritis reprobata. Cum igitur
ambo bethleem pervenissent
et quia pauperes erant et quia
omnia ex hospitia alii qui prius huc

ipsum venerunt occupaverant
nullum hospitium habere potuerunt.
Diverterunt igitur ut dicitur in hystoriis
scolasticis. erat inter duas domos
operimentum habens quod diversorium dicitur
sub quo cives ad colloquendum
vel ad consulendum sive ad con-
vescendum in diebus ocii vel pacis
intpie diutebat. Ibi forte Jo-
seph bovi presepe et asino fecit.
Vel secundum quosdam rustici cum
ad forum veniebant animalia sua
ibi ligabant. et ideo presepe i-
bidem constructum erat. Ipsa igitur
nocte medie dici dominico beata
virgo filium suum peperit et in
presepio super fenum reclinavit.
Quod fenum ut habetur in hystoriis
scolasticis beata helena postmo-
dum roma contulit. Notan-
dum autem quod nativitas christi fuit
mirabiliter facta multipliciter os-
tensa et utiliter exhibita. Et
fuit mirabiliter facta tum ex parte
generantis tum ex parte geniti tum
ex parte modi generandi. Ex parte ge-
neratis. quia ipsa virgo fuit ante
partum et virgo post partum. Et hoc scilicet
quod virgo mater peperit quibus-
modis ostensum est. Primo per prophetiam
ysaie .vij. Ecce virgo concipiet. Se-
cundo per figuram. Hoc enim figuratum
fuit per virgam aaron que sine ali-
quo humano studio floruit et per
portam ezechielis que clausa per-
mansit. Tercio per custodiam. Jo-
seph enim extitit quasi ipsam custo-
divit testis sue virginitatis
extitit. Quarto per experientiam
cum enim ut in compilatione

Bartholomei hec̃ ł de libͦ ĩfan
cie ſaluatoris ſūptū fuiſſe videt̃
Cū piendi tpus inſtarꝫ Joſeph
liꝫ deū naſciturꝰ de ũgīe nō
dubitarꝫ more tn̄ gētis
prie obſtetrices uocauit. quaꝝ
vnū vocabat̃ zebel. alta ſa
lome. zebel ũgo cōſiderās
et inq̃rens et ipaꝫ ũgīeꝫ in
ueniens exclamauit ũgīnē
pepiſſe. Salome aūt dū noꝫ
crederꝫ ſꝫ ſcit̃ hͦ ꝓbāre velꝫ
aruit manꝰ eius. Juſſu tame
angeli ſ' apparētis tetigit
et ꝯtinuo ſanitate recepit
Quarto pruiacli euidenciaꝫ
Rome enī ut teſtat̃ ĩ noctē
iiij̇ xij. ānis pax fuit. Igit̃
romani teplū pacis pulchr
rimū conſtruxerunt et ibi ſta
tuā romuli poſuerunt. Conſu
lentes aūt appollinē q̄ntū
duraret. Accepert rn̄ſū. q̄uſqꝫ
ũgo pareret. Hͦ audientes dix
erūt. ergͦ ĩ eternū erit ĩ ipa nocte
q̄ ũgo pepit templū fundit
corruit et ideo modo ē ecclia
ſce marie noue. ¶ Quadͦ fuit
mirabilit̃ fca ex pte geniti ſtā
ſic̃. dt̃. Vnū ĩ eadē pſoā. et
nū. antiqꝰ ꝫ nouit mira bi
lit̃ ꝯueniunt. Eternū diuina nā
Antiqꝰ id ē caro ab adā tra
ducta. Nouū id ē aīa de no
uo creata. Jtm̄ ſic̃. dt̃. Idem.
Hodie tres mixturas id ē tria opa
fec̃ deꝰ ita mirabilit̃ ſinglaria
ut talia nͦ fca ſīt n̄ ap̄lius
facienda ſīt. Coniuncta q̄dē ſīt ad
adinuicē deꝰ ꝫ hō. mr̄ ꝫ ũgo.
fides ꝫ cor hūanū. Pͣ ualde
mirabilis. q̄a ꝯiuncta ſūt limꝰ et
deꝰ. maieſtas et ĩfirmitas. n̄
enī deo ſīlimius et n̄ limo vi
lius. Scd̄a michilo ꝫ uald' mi
rabilis. A ſclo enī nō ē auditū
q̄ ũgo eēt que pepit. q ũgo eēt
q̄ mr̄ ꝑmanſit. Tercia ē pria
ꝫ ſcd̄a infior ſꝫ ũ minꝰ fortis
mirū ē q̄uō cor hūanū fidem
hijs duobꝫ accomodauit. quo
credi potuit q deꝰ hō eēt q
ũgo manſit que pepiſſ. h' Vnū
Tercio fuit mirabilit̃ fca ex pte
mōi ꝯuandi. Eius aūt ptus
fuit ꝯtᵃ nām. ex eo q ũgo ꝯce
pit. ꝯtᵃ rōnē. ex eo q deū ꝯe
nuit. ꝯtᵃ hūanā ꝯdicōꝫ. ex eo
q ſine dolore pepit. ꝯtᵃ ꝯſuctu
dinē. ex eo q de ſpū ſco ꝯcepit
Nō enī genuit ũgo ex hūano
ſemīe ſꝫ miſtico ſpiramie. Naꝫ
ſpūs ſcūs ex caſtiſſimo et pu
riſſio ſāgne accep̃. ꝫ inde cor
pus illud formauit. ꝫ ſic iiijͦʳ
modis mirabilē faciēdi hoīeꝫ
deꝰ ondt̃. Naꝫ ſic̃. dt̃. anſhel
mꝰ quaͦʳ mōis deꝰ hoīeꝫ pt
face. ſꝫ ſine hoīe ꝫ femina
ſic̃. fecit adā. De hoīe ſn̄ fēia
ſic̃. fec̃. eua. De hoīe et femīa
ſic̃. ꝯiuis ꝓbat uſus. De femia
ſine ſn̄ fēia hoīe ſic̃. hodie mi
rabilit̃ fcm̄ ē. ¶ Scdͦ ꝯmi
tas ſic̃. hodie fuit mltiplicat̃
vniſa. Vniſa ē enī p omīs gradꝰ
creaturaꝝ. Eſt enī q̄daꝫ c̄ntua

que tantum habent esse sicut pure cor-
porea. Quedam que habent esse et vi-
vere sicut vegetabilia. Quedam
habent esse vivere et sentire sicut
animalia. Quedam habent esse vi-
vere et sentire et discernere sicut homo.
Quedam habent esse et vivere et sen-
tire et discernere et intelligere
sicut angelus. Monstravit enim omnes
creaturas hodie Christi nativitatem
est ostensa. Prima autem creatura
pure corporea est triplex scilicet opa-
ca. transparens sive pervia et lu-
cida. Primo igitur ostensa est per pure
corpoream opacam sicut per destruc-
tionem templi Romanorum ut supra
dictum est et per ruinam statue Romu-
li dei Romanorum que tunc cecidit
et comminuta est. Et etiam pluri-
mas aliorum statuas que tunc
in aliis locis plurimis ceciderunt.
Legitur enim quod Ieremias propheta in
Egyptum descendens post mortem
Godolie regibus Egypti signum
dedit quod eorum ydola corruerunt
quando virgo filium peperisset. Qua-
propter sacerdotes ydolorum ymaginem
virginis puerum in gremiis baiulan-
tis in secreto loco templi statue-
runt et eam ibi adorabant. Quod
a Ptolomeo rege postea interroga-
ti quid hoc esse vellet dixerunt pa-
terne traditionis hoc esse misterium quod
a sancto propheta eorum maiores accepe-
rant et in rebus nec tum credebant.
Secundo per pure corpoream transpa-
rentem et perviam nam in ipsa noc-
te obscuritas noctis in claritatem
versa est. Rome etiam ut testatur
Innocentius papa iii fons aque
in liquorem olei versus est et erupit
perens usque in Tyberim profluxit.

Prophetaverat enim sibilla quod cum erum-
peret fons olei nasceretur salvator.
Tertio per pure corpoream lucidam
sicut per corpora supercelestia. Nam
in ipsa die nativitatis secundum aliorum
relationem ut dicit Crisostomus magis
super quendam montem orantibus
stella quedam iuxta eos apparuit que
formam pueri pulcherrimi habebat
et in cuius capite crux splende-
bat que magos alloquens dixit
ut in Iudeam pergerent et ibi puerum
natum invenirent. Item in oriente
tres soles apparuisse legitur
qui paulatim in unum corpus soli-
re fuerunt reducti. Per quod significabatur
quod trini et unius dei noticia toti
orbi immineret vel quod natus
erat ille in quo tria sunt scilicet caro anima
et deitas in una persona convene-
runt. In hystoria scolastica legitur
tamen quod non ipsa die nativitatis tres
soles apparuerunt sed prius post mortem
Iulii Cesaris quod etiam Eusebius
in cronica asserit. Octavianus
imperator insuper ut ait Innocentius
papa iii universo orbi dicioni
romane subiugato in tantum placuit
senatui ut eum pro deo colere vellet.
Prudens autem imperator morta-
lem se esse intelligens immorta-
litatis sibi nomen noluit usur-
pare. Ad illorum vero importunam
instantiam sibillam prophetissam ad-
vocat scire volens per eius ora-
cula si in mundo maior eo aliquis
nasceretur. Cum ergo in die nativitatis
domini consilium super hac re convocas-
set et sibilla in camera impera-
toris oraculis insisteret in die
media circulus aureus apparuit
circa solem et in medio circuli

virgo pulcherrima puerum gestans in
gremio. Tunc sibilla cesari hoc
dixit. Cum autem imperator ad predic-
tam visionem plurimum admira-
retur. Audivit vocem dicentem: Hec
est ara celi. Dixitque ei sibilla:
Hic puer maior te est et ideo
ipsum adora. Eadem igitur camera
in honorem sancte marie dedicata est.
Unde usque hodie sancta maria dicitur
ara celi. Intelligens igitur imperator
quod hic puer maior se erat ei
thura obtulit et deus deinde vo-
cari recusavit. Secundo ostensa et
manifestata est per creaturam que habet
esse et vivere sicut sunt plante et
arbores. In hac igitur nocte ut
bartholomeus in sua compilatione
testatur. Vinee engadi que pro-fe-
runt balsamum floruerunt et li-
quorem dederunt. Tercio per cre-
aturam que habet esse vivere et sentire
sicut sunt animalia. Proficiscens enim
joseph in bethleem cum maria
pregnante duxit secum bovem ut
ipsum venderet et censum pro se et
virgine solveret et de residuo vi-
veret et unum asinum forte ut
virgo super eum veheretur. Bos igitur
et asinus miraculose dominum cognos-
centes flexis genibus ipsum ado-
raverunt. Ante etiam nativitatem
per aliquos dies ut ait eusebius
in cronica. Cum quidam araret
boves aratoribus dixerunt:
Homines deficient segetes pro-
ficient. Quarto per creaturam
que habet esse vivere sentire
et discernere ut homo scilicet per pasto-
res. Nam in ipsa hora pastores

super gregem suum vigilabant sicut
bis in anno in longioribus et in bre-
vioribus noctibus consueverant ani-
cos. Mos enim fuit antiquis gentilibus
in utroque solstitio scilicet estivali circa
festum sancti Johannis baptiste et hyema-
li circa nativitatem domini vigilias noc-
tis custodire ob solis venerationem.
Qui forte mos ex usu cohabitan-
tium et apud iudeos inoleverat.
Ipsis igitur angelus domini apparens
et salvatorem natum annunciavit et
quo inveniret signum dedit. Facta
est cum eo multitudo angelorum dicen-
tium: Gloria in altissimis deo et in terra pax ho-
minibus bone voluntatis. Pastores igitur veni-
entes totum sicut dixerat angelus inve-
nerunt. Hic item manifestata est
per cesarem augustum qui tunc preceptum
dedit ne aliquis eum deum aut
dominum audeat. Forte enim cum visi-
one circa solem vidisset recolens sibil-
le de ruina templi de fonte olei in-
telligens quod in mundo natus esset
qui se maior erat nec deus nec dominus
vocari voluit. Sed etiam manifesta
per zodomitas qui omnes in toto mundo
in illa nocte extincti sunt ut dicit
Jeronimus. Lux orta est eis tanta est scilicet
quod omnes laborantes illo vicio ex-
tinguerentur. Et hoc fecit christus ut ocius
eradicaretur nec in natura quam assump-
serat tanta immunditia deinceps
inveniretur. Nam ut dicit Augustinus vi-
dens deus vicium contra naturam in huma-
na natura fieri destitit incarnari.
Quinto per creaturam que habet esse vi-
vere sentire discernere et intellige-
re sicut angelus. Angeli enim ipsam na-
tivitatem pastoribus annunciaverunt
ut supra dictum est. Tercio

cum humilitas xpi e nobis utiliter
exhibita. Nam hoſtis iam nobis ut
ante ꝑualere non pt. Vnde legitur quod ſanctus
hugo abbas cluniacenſis in vigilia
natiuitatis dni vidit btam virginem filium
in vlnis tenentem et dicentem. Adeſt
dies in qua ꝓphetarum oracula reno
uantur. Vbi e hoſtis qui an hac die
hominibus ꝑualebat. Ad hanc vocem
dyabolus de humo erupit ut ubi eis
dñe inſultaret. Sed mentita e iniqui
tas ſibi quia dum officinas ſim
circuiret ꝓpter oratorio deuocio.
refectorio leto. dormitorio ſtra
menta vilia. Templo pacientia re
iecit. Secundus etiam humilitatis
ſue utilitate dicitur. Vnde Triplici mor
bo laborat genus humanum In prin
cipio in medio et in fine. ſcilicet in na
tiuitate. vita et morte. Natiuitas
erat immunda. vita peruerſa. mors
periculoſa. Venit xps et contra
hunc triplicem morbum attulit tri
plex remedium. Natus e enim. vixit
et obijt. Eius natiuitas purgauit
nram. eius vita inſtruxit nram
Reo vnde Et de utilitate etiam
primus humilitatis xpi dicit Aug. Iſta
humilitas filij dei quam nobis in in
carnatione exhibuit fuit nobis
in exemplum ſacramentum et medicamentum
Primo exemplum conuenientiſſimum quo homo imita
retur. Et altum ſacramentum quo pecca
tori vincula ſolueretur. et ſummum
medicamentum quo tumor nre
ſuperbie ſanaretur. Hec Aug.
Superbia enim primi hominis ſanata
eſt ꝑ humilitatem xpi. Et notandum
quod conuenienter humilitas ſalua
toris reſpondeat ſuperbie proditoris
Superbia enim primi hominis fuit
contra deum. Supra deum. et uſque ad
deum. Fuit contra deum quia fuit contra
eius preceptum quo preceperat ne de
ligno ſcientie boni et mali comme
deret. Fuit etiam uſque ad deum.
quia uſque ad appetitum diuinitatis
credens quod dyabolus dixerat. Eritis
ſicut dij. Fuit ſupra deum ut dicit
anſhelmus volendo quod deus no
lebat. tunc enim uoluntatem ſuam
ſupra dei uoluntatem poſuit. Et
filius dei ſecundum iohannem damaſ
humiliauit ſe ꝓpter homines uſque
ad homines et ſub homines. Contra
homines quia ꝓpter eorum utilitatem et
ſalutem. Vſque ad homines ꝑ naſ
cendi modum conſimilem. Supra
homines ꝑ naſcendi modum
diſſimilem. Nam eius natiuitas et
ſecundum aliquid ſimilis fuit. quia ſcilicet na
tus fuit quemadmodum et ꝑ eandem
portam ꝓpaginis. Et ſecundum aliquid
diſſimilis quia de ſpiritu ſancto et maria
virgine natus eſt.

De ſancta

Anaſtaſia dicitur ab ana quod e
ſurſum et ſtaſis quod e ſtans
ſiue ſtatus quia ſurſum ſtetit
a uicijs ad uirtutes. Anaſta
ſia nobiliſſima romanorum filia
pretextati illuſtris ſed pagani. a
matre ſua fauſta xpiana et a beato
criſogono fide xpi edocta e. Tra
dita autem publio ſimulans [illegible]
ſe ab eius conſortio abſtinebat
Qui audiens eam cum vna ancilla
tum in vili habitu xpianorum carceres
circuire. fecit eam artiſſime cuſto
diri. ita ut etiam ei alimonia
denegaretur. Volebat enim eam ſic
perimere ut poſſet in eius latiſſimis
poſſeſſionibus laſciuire. Putans
igitur ſe mori doloroſas litteras
criſogono mittebat. Et ille

consolatrices remitteret. Interea
vir eius moritur et illa a carceri-
bus liberatur. Hec habebat tres an-
cillas pulcherrimas que sorores e-
rant, quarum una dicebatur Aga-
pe, altera Chionia et altera Hire-
ne. Que cum Rome essent et preceptis
imperatoris perfecti nollent obe-
dire, in cubiculum eas reclusit
ubi coquine utensilia stabant.
Prefectus autem in eas ardens
amore ad eas iniit ut suam li-
bidinem exerceret. Qui in amentiam
versus putans se tenere virgines
caccabos ollas patellas cabo-
anas et similia osculabatur amplex-
ans. Et cum expletus satiatus fuis-
set foras exiit nigerrimus et de-
formis. Tunc sui qui cum pro fori-
bus expectabant sic aptatum vi-
dentes cogitantes quod in demonium
versus esset cum verberibus affecerunt
et fugientes solum reliquerunt. Tunc
quando imperatorem adiret ut de hoc
quereretur, alii virgis eum percutiebant
alii in eius faciem expuebant alii
lutum et pulverem in eum proiciebant
suspicantes quod in furiam versus esset.
Oculi autem eius tenebantur ne se
se deformem videret. Una approxi-
mabatur plurimum tum sic eum
omnes deridebant quod prius in tanto
honore haberi consueverat. Vide-
batur enim quod ipse et omnes albis ves-
timentis essent induti. Demum
vero cum se sic deformem ab ali-
is didicisset quod puelle ex parte
magicam sic fecissent, iussit eas
coram se expoliari ut eas sal-
tem nudas aspiceret. Sed sta-
tim vestimenta sic earum corporibus
adheserunt ut nullo modo exui vale-
rent. Prefectus autem pre admira-
tione ita obdormivit stertens quod
etiam pulsantibus non poterat exci-
tari. Tandem virgines martirio coronantur
et Anastasia ab imperatore tradita
prefecto traditur ut si eam sacrificare
faceret pro modum in uxorem eam ha-
beret. Cumque eam in thalamum induxis-
set et eam amplexari vellet statim
cecus effectus. Deos adiit que-
rens si evadere posset. Responderunt
dicentes: Quia sanctam Anastasiam
contristasti nobis traditus es et amo-
do semper nobiscum in inferno tor-
queberis. Cumque domum reduce-
retur inter manus puerorum vitam
finivit. Tunc Anastasia alio pre-
fecto traditur ut eam in custodia
detineret. Audiens vero quod infini-
tas possessiones habebat secretum
dixit: Anastasia si vis esse christia-
na fac quod precepit deus tuus. Ille
enim precepit: Qui non renunciave-
rit omnibus que possidet non potest esse discipulus.
Omnia igitur que habes mihi da et
vade quo volueris et eris christiana.
Cui illa respondit: Deus meus pre-
cepit: Vende omnia et da pauperi-
bus, non divitibus. Tu quoque di-
ves sis contra preceptum facerem si
aliquid tibi darem. Tunc Anastasia di-
ro carceri traditur sed a sancta Theodo-
ta que iam pro martirio coronata fue-
rat per duos menses esca celesti
pascitur. Tandem cum cc virginibus
ad insulas palmarias ducta est
ubi multi propter nomen christi fuerant
relegati. Post aliquot dies prefectus
ad se omnes vocavit et Anastasiam

ad palos ligatum ignibus cremari. Alias vero diversis suppliciis interemit. Inter quos unus qui plures propter christum multis divitiis spoliatus dicebat: christum mihi saltem non auferatis. Apollonia autem corpus sancte anastasie in viridario suo ubi cecilia honorifice sepelivit.

De sancto stephano

Stephanus grece latine corona sed hebraice norma vocatur. Fuit enim corona id est principium martirum in novo testamento sicut abel in veteri. Fuit enim norma id est exemplar et regula. Vel stephanus dicitur quasi strenue fans anus id est strenue et laudabiliter fans id est instruens et regens. Anus id est viduas quibus ab apostolis fuerat prefectus quod ad litteram anus dicitur. Est ergo corona propter principium martirii norma propter exemplum patiendi et bene vivendi strenue fans propter eloquentiam predicationis anus propter laudabilem viduarum instructionem.

Stephanus fuit unus de septem dyaconibus ab apostolis in ministerio ordinatus. Crescente enim numero discipulorum qui conversi ex gentibus erant adversus conversos ex iudeis murmurare ceperunt eo quod vidue eorum in cottidiano ministerio contempnebantur. Huius autem murmuris causa duplex potest intelligi. Aut quia vidue eorum in ministerio. Aut quia pre ceteris in cottidiano ministerio gravabantur. Apostoli enim ut expediti predicationi insisterent viduis ministrationem commiserunt. Videntes itaque apostoli murmurationem ortam pro administratione viduarum volentes hoc murmur sedare convocata omni multitudine dixerunt: Non est equum nos derelinquere verbum dei et ministrare mensis. Glossa. Quia meliora sunt fercula mentis quam dapes corporis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem plenos spiritu sancto et sapientia quos constituamus super hoc opus. Glossa. ut ministrent vel ut ministratoribus presint. Nos vero orationi et predicationi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine et elegerunt septem quorum beatus stephanus primus et princeps fuit et adduxerunt eos ante apostolos et imposuerunt super eos manus. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat signa et prodigia magna in populo. Invidentes igitur iudei et eum superare et convincere cupientes triplici modo cum eo aggressi sunt scilicet disputatione testium productione et tormentorum illatione. Sed tamen ipse disputantes superat testes falsos convincit et de suis tortoribus triumphavit. Et in qualibet pugna adiutorium est de celo datum. In prima enim datus est ei spiritus sanctus qui facundiam ministraret. In secunda vultus angelicus qui falsos testes terreret. Et in tertia visus est christus paratus adiuvare qui martirem confortaret. In qualibet igitur pugna ponit tria scilicet ingressum pugne collatum adiutorium et adeptum triumphum. Historiam igitur breviter percurrentes hec omnia videre poterimus. Cum igitur beatus stephanus multa signa faceret et frequentius in populo predicaret iudei primum bellum cum eo inierunt ut eum per disputationem

quicerent Surrexit em̄ q̄dā
de ſynagoga libertinoꝝ id eſt
eoꝝ qui de ſeruitute manumiſ=
ſi ſunt ⁊ libtati donati ⁊ ſic de
ſtirpe ſuili fuerunt q̄ p̄mo fidei
reſtiterunt · et cyreneſiū a cyrene
ciuitate ⁊ allexandrinoꝝ et eoꝝ
qui erant a cilicia ⁊ aſya diſpu=
tantes cū ſtephano Ecce p̄mū
pliū · deinde ſubiungit triumphū
et nō poterant reſiſtere ſapiencie
poſtmo ponit adiutoꝛium ⁊ ſpūi
qui loquebat̄ Uidentes igit̄
q̄ p hūc modū pugnādi cū nō
poſſent ſuperare ad ſcdm̄ mo=
dū callide ſe q̄uertunt ut ſcꝫ cū
falſis teſtibus ſuperaret Sub=
miſerunt igit̄ duos falſos teſ=
tes qui eū de quadrup̄a blaſ=
phemia accuſaret Adduxerunt
itaqꝫ eū i conciliū falſi teſtes
eū de quatuoꝛ accuſabat ſcꝫ de
blaſphemia in deū · in moyſen
in lege et i tabnaculū ſiue te=
pliū · Ecce pliū Et intuentes
eū om̄s q̄ ſedebat i concilio vi=
derunt faciem eius tanq̄ vultū
angeli Ecce auxiliū Deinde
ponit huiꝰ pugne victoria
cū falſi teſtes de hijs omībꝫ
ꝯfundant̄ Dixit em̄ princeps
ſacerdotū ſi hec ita ſe hent dicit
btūs ſtephanꝰ de illis quatuoꝛ
que 6' falſi teſtes i poſuerat
ſe p oꝛdine excuſauit Et p̄o
excuſat de blaſphemia in deū
dicens Deꝰ qui locutꝰ fuit pri=
bus ⁊ pphīs deū fuiſſe glorie
ubi deū eplicat̄ q̄mēdat ſcdm̄
q̄ h̄c albū · glorie tripliciter pt ex
poni Eſt em̄ deus glorie id ē
collatiuus glorie · j re · 2 · Qꝰ
quis honorificauit me glo=

rificabo eū Uel deꝰ glorie id ē con=
~~tentiuus glorie~~ tentiuus glorie
Prouerb · ij · Mecū ſunt diuitie et
gloria · Uel deus glorie id ē deus
cui a cūctis debet̄ gloria · i thi̅ ij
Regi ſclōꝝ i moꝛ · ipi honoꝛ ⁊ glo=
Commendat igit̄ dm̄ triplicit̄ ſcꝫ q̄ ſit
glorioſus · glorificatus ⁊ glorificatiuꝰ
Deinde excuſat ſe de blaſphemia
i moyſen · p̄m moyſen multipl̄r
commendando Comendat aut eum
p̄cipue a tribus ſcꝫ a zeli fuoꝛe ꝑ=
cutiente egipciū interfec̄ Et a
miraculoꝝ operatōe q̄ i egipto ⁊ in
deſerto fecit · et a dei familiari=te
q̄a plurīes cū deo familiarit̄ cū
deo locutꝰ fuit Deinde ꝑmodū excu=
ſat ſe de tercia blaſphemia q̄ erat
in lege ipam̄ eplicat̄ q̄mendando
ſcꝫ q̄ fuit a deo ſibi pceptū p̄mi=
ſione oīm ſu · a moyſe q̄ſuatū · et
arche teſtimoniū collectiuū · templū
aut dixit tabnaclo ſucceſſiſſe ¶
Dicit igit̄ btūs ſtephanus de omni
obiecto rōnabilit̄ purgauit ſe
Uidentes igit̄ iudei q̄ nec etiam
iſto mō ſcdo eū ſuperare ualent
terciū modū aſſumunt ⁊ terciam
pugnā iniunt ut ſcꝫ ſaltē toꝛ=
mentis ⁊ ſupplicijs ſuperet̄ Dꝫ
ut videt̄ btūs ſtephꝰ uolens
pceptū dnicū ſrīna correctiōe
ſuare tribus modis coactus eſt
eos corrigere et contra malici=
a cohere ſcꝫ pudore timore ⁊ amore
Pꝛo pudore eis duriciā coꝛdis ⁊
ſcoꝝ necē ippando · dū inquit dure
et i circūciſi coꝛdibus ⁊ auribus
uos ſemp ſpūi ſcō reſtitiſtis et
p̄res urī · et occiderunt eos q̄
p̄nunciabat de aduentu iuſti ubi
ſicut dicit glō Tres gradus
malicie eoꝝ ponit p̄mꝰ eſt

q spui sco restiterunt. Secundo quod
prophas psecuti sunt. Tercio quod de-
crescente malicia eos occiderent
sz qa fros mlicis mettis fca
e eis z nescierunt erubescere
nec amalicia sit qcepta destite-
runt ymo audientes hec disse-
cabant cordibus suis z stride-
bat dentib in eu. Postmodu
correxit eos timore p hoc sz q
ihm stante adextris vide se p-
hibuit qui patrem se adiuuare et
aduersarios condempnare. Cu em
stephus esset plenus spu sco in-
tuens i celu vidit gloriam dei
Sic igit ita timore z pudore cor-
rexit eos no tn adhuc destite-
runt sz deteriores qua prius fuerit
Et clamantes aut uoce magna
qtinuerunt aures suas ne blas-
phemare audiret z impetu
fecerunt vnanimit i eu z q-
iicientes extra ciuitate lapi-
dabant. Inhc sedm lege se agere
arbitrantes q blasphemu ext
castra madancat lapidari Et
illi falsi testes q i eu pm lapi-
dem mitte debebat sedm lege
dicentez pa manu testiu lapi-
dabt eu. deposuerunt vestimenta
sua ne illius tactu coinquina-
rent ut ut ad lapidandu
expeditores redderent secus
pedes adolescentis q uocabat
Saulus z postea uocatus e paulus
Qui du lapidantium uestimenta
custodiuit eo q ad lapidandum
expeditores eos reddet qui ma-
nu om̄i lapidauit Cu autem
eos nec pudore nec timore atramta
posset eos neqcia reuocare tertiu
morem adhibuit ut salte eos a-
more colliceret. Illu no eximius
amor fuit que eis ondit qui pse
et psuis orauit ne sua passio

plongaret. Et sic ipsi rei ma-
iori noxa teneret. prius aut
orauit ne hoc eis i patem impu-
taret. Lapidabat inqt stephm
inuocante z dicente Dne ihu acci-
pe spm meu. Positis aut ge-
nibus clamauit voce magna dicens
Dne ne statuas illis hoc peccatum
Et vide amore mirabilem qa ora-
ns p se stetit. orando p suis la-
pidatoribus genua flexit. Ola
ut dicit glo ibide Quoniam maior
i istas maius supplicadi re-
mediu postulabat. Inhic etiam
martir xpi xpm imitatus e
qui i passione sua pse orauit di-
cens Pater i manus tuas comendo
spm meu. Et psuis crucifixo-
ribus dicens Pater ignosce illis
qa nesciunt quid fa. Et cu hoc
dixisset obdormiuit i dno. glo
pulcre dicit e obdormiuit i dno
et no mortuus e qa obtulit
sacrificium dilectionis z obdormiuit
i spe resurrectionis. Facta e aut
lapidatio stephi eode anno quo
dns ascendit i pricio mense augusti
iii die intrante. Sanctus vero
gamaliel z nichodemus q erant
pxpianis i omnibus qsilijs inde-
os sepelierunt eu i agro gama-
lielis et fecerunt planctu mag-
nu sup eu. Et facta e psecutio
magna xianis q erat i ierlm
qa occiso bto stepho. deprincipi-
bus alios grauius psequi cepunt
i tm q omnes xani pter aplos
qui erat ceteris fortiores p tota
iudeoz puinciam sut dispsi Iuxta
qd dns precepat. Si uos psecuti
fuerint i vna ciuitate fugite i aliam
Refert aut doctor egregius beatus

fulgecius

stephanum in multis miraculis et signis claruisse, mortuos vij suis meritis suscitasse, multosque diversis languoribus curasse legitur. Refert hec autem alia refert miracula digne memorie commendanda. Aiunt enim quod flores super altare sancti stephani ponebantur et inde ablata super infirmos ponebantur et mirabiliter curabantur. Quedam etiam de linteis altaris supposita et super egros imposita multis extiterunt in infirmitatibus in medelam. Ita sicut ait augustinus libro de civitate dei xxij flores de altari sancti stephani supposita cuiusdam mulieris oculis imposita sunt et illa continuo lumen recepit. Refert etiam in eodem libro ut cum quidam vir primarius civitatis nomine martialis infidelis esset et nequaquam converti vellet, cum tamen plurimum egrotaret, gener suus valde fidelis ad ecclesiam sancti stephani venit et decerptis floribus qui super altare erant accepit et ad caput soceri sui flores ipsos latenter posuit, super quos cum ille dormisset, protinus ante diluculo clamavit ut ad episcopum mitteretur. Cum autem episcopus abesset sacerdos ad eum venit et ipsum cum se credere diceret baptizavit. Hic quamdiu vixit hoc verbum semper in ore habuit: Christe accipe spiritum meum, cum tamen hec beati stephani ultima verba fuisse nesciret. Aliud simile in eodem loco refert miraculum. Cum quedam matrona nomine patronia cum diu de infirmitate gravissima torqueretur et multa adhibens remedia nullum sentiret liberationis vestigium, tandem quendam iudeum consuluit qui anulum quendam cum quodam lapide tribuit ut ipso anulo cum corda

ad nudum corpus cingeret ut virtute lapidis illius beneficium reciperet sanitatis. Cum autem hec nil sibi valere conspiceret ad ecclesiam protomartyris properavit et ipsa salutem instantius beatum stephanum exoravit. Tunc subito soluta corda et illeso anulo remanente anulus ad eius pedes exiliit et continuo perfectam sanitatem sensit. Aliud ibidem non minus mirabile refert miraculum. Nam in cesarea capadocie quedam nobilis matrona erat viri quidem destituta solatio sed notabiliter vallata multitudine filiorum. Nam decem filios huius se dicunt, vij mares et tres femine fuisse perhibent. Quadam autem vice dum mater ab eis offenderetur maledictionem suis filiis imprecatur. Subito maledictionem matris divina vindicta subsequitur et omnes pena similis et horribilis ferit. Ita omnes tremore membrorum omnium horribiliter sunt percussi. Qua propter nimium dolentes et suorum civium oculos non ferentes per totum orbem vagari ceperunt et quocumque ibant omnium in se convertebant aspectum. Ex hiis autem duo frater et soror, paulus scilicet et pallidia, ypponiam venerunt et ipsi augustino idem que contigerant narraverunt. Cum igitur iam xv ante dies ante pascha ecclesiam beati stephani frequentantes pro sanitate a deo impetranda multis precibus postulassent, ipso die pasche cum frequens populus presens erat, unus eorum scilicet paulus repente cancellum introivit et ante altare in oratione cum multa fide et reverentia se prostravit. Et circumstantibus rei exitum expectantibus subito surrexit sanus a tremore corporis deinceps alienus. Cum autem ad augustinum fuisset adductus ipse eum ad populum

contulit et sequenti die libellum de narratione illius eis recitandum commisit. Cum autem sic ad populum loqueretur et soror illius ibidem omnibus membris tremens assisteret, surgens ipsa in medio beati stephani cancellos intravit et statim velud obdormiens sanata surrexit. Ipsa sibi tunc in medium produci et de utriusque sanitate deo et beato stephano immense gratie referuntur. Notandum autem quod beatus stephanus hac die non est passus sed ea die ut dicitur qua eius inventio celebratur. Eius autem inventio hac die dicitur extitisse. Sed quare festa mutata sint dicetur cum de inventione agetur. Ad presens autem dixisse hec sufficiat quia duplici causa ecclesia hec festa continuavit nativitati domini sic voluit ordinare. Prima est ut sponso et capiti omnes sui comites adiungerentur. Natus enim christus sponsus ecclesie in hunc mundum tres secum comites adduxit de quibus dicitur in canticis: Dilectus meus rubicundus candidus electus ex milibus. Candidus quantum ad iohannem ewangelistam confessorem, rubicundus quantum ad stephanum prothomartirem, electus ex milibus quantum ad turbam innocentum virginalem. Secunda vero est ut sic ecclesia omnium martirum genus secundum gradum dignitatis insimul adiungeret, quorum quidem martirii christi nativitas causa fuit. Est enim triplex martirium: primum voluntate et opere, secundum voluntate sed non opere, tertium opere sed non voluntate. Primum fuit in beato stephano, secundum in beato iohanne, tertium in innocentibus.

De sancto iohanne

Iohannes interpretatur domini gratia vel in quo est gratia vel cui donatum est vel cui donatio a domino facta est. Per hoc intelliguntur quatuor privilegia que fuerunt in beato iohanne. Primum est precipua christi dilectio. Christus enim ceteris amplius ipsum dilexit et maiora dilectionis et familiaritatis signa ostendit. Et inde dicitur domini gratia quia domino graciosus. Secundum est carnis incorruptio quia virgo est a domino electus. Et inde dicitur in quo est gratia. In ipso enim fuit gratia virginalis. Tertium est secretorum revelatio. Et inde dicitur cui donatum est. Eidem enim donatum est multa secreta et profunda nosce sicut de divinitate verbi et consummatione seculi. Quartum est matris dei recommendatio. Et inde dicitur cui donatio facta est quia mater dei in custodia donata est. Eius vitam miletus laodicie episcopus scripsit quam ysidorus in libro de ortu vite vel obitu sanctorum patrum abbreviavit.

Iohannes apostolus et ewangelista dilectus domino et virgo electus post pentecosten divisis apostolis in asiam est profectus ubi ecclesias multas fundavit. Domitianus igitur imperator intelligens eius famam accersitum in dolium ferventis olei ante portam latinam mitti iussit. Ille autem inde exivit illesus sicut a corruptione carnis extiterat alienus. Videns igitur imperator quod nec sic a predicatione desisteret eum in pathmos insulam relegavit ubi solus degens apocalipsim scripsit. Eodem autem anno imperator propter nimiam suam crudelitatem occiditur et a senatu quicquid fecerat irritatur. Sicque factum est ut sanctus iohannes qui cum iniuria fuerat in insula deportatus cum honore ephesum revertatur. Occurrente

ei universa turba et dicentes
Benedictus qui venit in nomine domini
Cum autem turbe ingrederentur Dru-
siana eius dilectrix que ipsum plu-
rimum diligebat adventum mortu-
a efferebatur Parentes igitur vidue et
orphani dixerunt ei Ecce Johannes
ecce Drusiana quam efferimus mortu-
am que tuis semper monitis ob-
sequendo nos omnes alebat tuum
quoque plurimum desiderabat adventum
dicens O si videam apostolum dei an-
tequam moriar Ecce tu venisti et
te videre non potuit Tunc iussit fere-
trum deponi et corpus resolvi di-
cens Dominus meus Jhesus Christus suscitet
te Drusiana surge et vade in
domum tuam et para mihi refectionem
Statim illa surrexit et cepit
ire sollicita de iussione apostoli ita
ut sibi videretur non de morte sed de
sompno excitatam esse Altera
autem die Crathon philosophus in foro
populum convocavit ut ostenderet
quomodo hic mundus contempnendus
esset Duos enim fratres iuvenes
ditissimos gemmas preciosissimas
emere distracto patrimonio fe-
cerat et eas in conspectu omnium confrin-
gi iusserat Contigit autem apostolum illic
transitum facere vocansque ad se
philosophum huiusmodi contemptum triplici
ratione condempnavit primo quia hominum
ore laudatur sed divino iudicio con-
dempnatur Secundo quia ex tali con-
temptu vicium non curatur Et ideo
vanus est sicut medicina vana di-
citur qua morbus nequaquam curatur
Tercio quia contemptus meritorius
est qui sua pauperibus largitur sicut
dominus iuveni dixit Si vis perfectus
esse vade et vende omnia que habes et
da pauperibus Cui Crathon dixit
Si vere deus magister tuus est et vult
ut harum gemmarum precium pauperibus
erogetur fac ut redintegrentur
ut ad eius faciam gloriam quod ad
hominum feci famam Tunc beatus Jo-
hannes gemmarum fragmenta in ma-
nu sua colligens oravit Statim
philosophus et illi duo iuvenes credi-
derunt et gemmas vendentes precium
pauperibus erogaverunt Duo igitur
alii iuvenes honorati horum exem-
plo venditis omnibus et pauperibus
erogatis apostolum sunt secuti Qua-
dam autem die videntes suos servos
preciosis indumentis fulgentes et in
uno pallio se egentes contristari
ceperunt Quod cum sanctus Johannes
advertisset et quod facie tristes essent
virgas et lapides minutos a litore
maris ferri fecit et eos in
aurum et gemmas convertit Qui iussu
apostoli universos artifices et gemma-
rios per vii dies querentes reversi
sunt dicentes quod illi numquam tam purum
aurum et tam preciosas gemmas se vidis-
se testati sunt Dixit eis Ite
et redimite vobis terras quas ven-
didistis quia celorum premia perdidistis
Estote floridi ut marcescatis Es-
tote divites temporaliter ut in perpetuum
mendicetis Tunc apostolus contra divi-
tias cepit diutius disputare ostendens
quod vii sunt que nos ab immoderato
divitiarum appetitu debent retra-
here Primum scriptura Unde recitavit
hystoriam de divite epulone quem
deus reprobavit Et de lazaro pau- + no
pere quem elegit Secundum natura
quia homo nudus et sine divitiis
nascitur Nudus et sine divitiis
moritur Tercium creatura quia
sol et luna sidera pluvia aer
omnibus communia sua beneficia lar-

giunt hec inter homines omnia quia esse
deberent. Quartum fortuna dum enim
quis dives fieri efficitur nummi quia
non possidet divicias sed a diviciis dyabo-
li possidetur qua invita cupiditatis amatore
peccatis suus est mamone. Quintum
cura. quia qui habent curam et sollici-
tudinem nocturnam et diurnam in acqui-
rendo habent laborem et in custodiendo
habent timorem. Sextum iactura. et dicitur
quia divicie sunt causa iacture que est in
perdicione duplicis mali scilicet malum
quod est in presenti quod est elacio et malum in
in futuro quod est eterna dampnacio et al-
terius que est in perdicione duplicis boni
scilicet boni in presenti quod est gracia et boni in
futuro quod est eterna gloria. Dum igitur
sanctus Johannes taliter contra divicias dis-
putaret ecce iuvenis quendam mortu-
um efferebant qui xxx dies habebat
quod uxorem duxerat. Venientes igitur mater
vidua et cetera qui eum flebant ad
pedes apostoli prociderunt rogantes
ut hunc sicut et drusianam in nomine
domini suscitaret. Flente igitur apostolo di-
utius et orante confestim surrexit.
Precepitque ei ut illis duobus discipulis
enarraret quantam penam incurrissent
et quantam gloriam perdidissent. Qui
multa de gloria paradysi et de penis
inferni quas viderat enarravit
dicens. O miseri. vidi angelos vestros
flentes et demones gratulantes.
Dixitque eis quod perdidissent eterna
pallacia que sunt gemmis chorus-
cantibus fabricata. claritatis mi-
rabilis convivia copiosis epulis
referta. deliciis plena gaudiis
gloriosa. et in perpetuum permansura. De
inferno vero vii. penas dixit
que in hiis versibus continentur. Flammes
et tenebre flagellum frigus ignis
Demonis aspectus scelerum confusio luctus
Tunc ille qui fuerat suscitatus et
illi duo discipuli ad pedes apostoli se pro-
sternentes rogabant ut misericordiam
consequerentur. Quibus apostolus ait
Triginta diebus penitenciam agite inter
quos orate ut virge et lapides
ad naturam pristinam revertantur. Quod
cum factum esset ait eis. Ite et unde
tulistis virgas et lapides defe-
ratis. Quod cum fecissent et virge
et lapides in suam naturam reversi fu-
issent. omnemque virtutem graciarum quam
habuerant receperunt. Cum au-
tem beatus Johannes per totam asyam
predicasset cultores ydolorum sedi-
cionem in populo concitantes Johannem ad
templum dyane trahentes co-
gebant eum sacrificium offerre.
Quibus Johannes hanc disiunctam
proposuit. Aut ipsi ad invocacionem
dyane eum everterent et ipse ydolis
sacrificaret. Aut ipse ad invocacionem
christi everteret templum dyane et ipsi
in christum crederent. Huic sentencie cum
maior pars consensisset exeuntibus
cunctis de templo. oravit apostolus
et funditus templum corruit et dy-
ane ymago penitus comminuta
est. Aristodemus autem pontifex
ydolorum in populo sedicionem maximam
concitavit ita quod una pars apud
aliam ad prelium pararetur. Cui apostolus
Quid tibi vis faciam ut placeris.
Cui ille. Si vis ut credam in deum
tuum dabo tibi venenum bibere. et
si in te nullam lesionem intulerit
verus deus dominus tuus apparebit.
Fac ut locutus es. Et ille. Volo
ut alios inde morientes vi-
deas ut sit amplius pertimes-
cas. Pergens igitur aristodemus
ad proconsulem duos viros decapi-
tandos pecijt et coram omnibus ve-
nenum dedit. Qui ~~mox~~ ut venenum
mox

biberunt spiritum exalavit. Tunc apostolus
calicem accipiens et signo crucis se
muniens totum venenum bibit et nul-
lam lesionem incurrit. Quapropter
deum omnes laudare ceperunt. Aris-
todemus autem dixit: Adhuc in te est
dubietas. Si veneno mor-
tuos suscitaveris absque dubio ve-
re credam. Tunc apostolus tunicam suam
ei tribuit. Cui ille: Cur in tunica
tua dedisti? Ut vel sic confusus a
tua infidelitate discedas. Cui ille:
Numquid tunica tua credere me faciet?
Et apostolus: Vade et tunicam meam
mitte super corpora defunctorum dicens:
Apostolus Christi misit me ad vos ut
in nomine domini exurgatis. Quod
cum fecisset illico surrexerunt.
Tunc apostolus pontificem et proconsulem
credentes cum omni parentela sua
in Christi nomine baptizavit. Qui in
honorem beati Johannis ecclesiam construxe-
runt. Refert beatus Clemens sicut
in iiii^o libro ecclesiastice hystorie
invenitur quod quodam tempore apostolus
quemdam iuvenem pulcrum et fero-
cem convertit et cum cuidam episcopo sub de-
posito nomine commendavit. Post aliquod
tempus iuvenis derelicto episcopo et factus
est princeps latronum. Cumque depositum
suum intelligeret et dixit vehemen-
tius stuperet, dixit apostolus: Iuvenem
illum a te repeto quem tibi tam stu-
diose commendavi. Cui ille: Pater
sancte in anima mortuus est et in tali
loco cum latronibus degit quorum ipse
princeps existit. Quibus auditis
vestem suam scindit et caput suum pugni-
bus feriens: Bonum inquit te custodem
fratris mei dereliqui. Confestim
igitur equum sibi parari iussit et
admonens illum intrepidus currit.
Quem cum iuvenis inspexisset pre pudore

nimio statim equum ascendit et ve-
locius aufugit. Apostolus autem
etatis oblitus urget calcaribus
equum et post eum clamitat: Fugi-
entis? Et quid fili dulcissime pa-
trem fugis et inermem senem? Ne
timeas fili quia pro te Christo rationem
reddam et certe pro te libenter mori-
ar sicut pro nobis Christus mortuus
est. Revertere fili revertere quia Christus me
misit. Qui audiens compunctus
rediit amarissime flevit et o-
rante pro eo apostolo veniam impetravit.
Legitur quoque in eadem hystoria ecclesiastica
et habetur in glossa super secundam canoni-
cam Johannis quod Johannes balneas
apud Ephesum lavandi gratia intro-
isset et ibidem Cherintum hereticum
vidisset. Inde protinus exiliit dicens:
Fugiamus hinc ne balnee super
nos corruat in quibus lavatur
Cherintus veritatis inimicus. Cum
avis que perdix dicitur in manu beato Jo-
hanni a quodam fuisset oblata et
ille eam quandoque demulcendo tangeret
et contrectaret, quidam adolescens
hoc videns ad socios suos ride-
ndo dixit: Vide quomodo senex cum avi-
cula sicut puer ludit. Quod beatus
Johannes per spiritum recognoscens iuvenem
ad se vocavit et quid in manu
teneret requisivit. Qui cum arcum
se tenere diceret, ait: Quid inde
facis? Et iuvenis: Aves inde et
bestias sagittamus. Cui apostolus:
Qualiter? Tunc iuvenis cepit arcum
tendere et tensum in manu tene-
re. Cum nichil apostolus ei diceret
iuvenis arcum distendit. Cui Jo-
hannes: Quare fili arcum disten-
disti? Et ille: Quia si diutius ten-
sus teneretur ad iaciendum iacula in-
firmior redderetur. Et apostolus

pt Hodie in fovea [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sicut in fontibus fieri, contulerunt.

Sicut et humana fragilitas invalida fieret si semper rigori insisteret fragilitati sue indulgendo condescendere recusaret. Etiam et aquila cunctis avibus celsius volat et solem clarius respicit et tamen pro nature necessitate ad yma descendit. Sic et humanus animus cum se modicum a contemplatione retrahit acrius in nova contemplatione ardentius ad celestia tendit.

Beatus igitur Johannes ut testatur Jeronimus cum usque ad ultimam senectutem Ephesi moraretur et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur nec plura verba dicere posset ad quelibet pausas hoc dicebat: Filioli diligite alterutrum. Tandem fratres qui cum eo erant admirantes quod semper eadem diceret dixerunt ei: Magister quare semper eadem loqueris? Qui respondit: Quia preceptum domini est et si hoc fiat sufficit. Refert etiam Helinandus quod cum Johannes evangelista evangelium scribere deberet ieiunium indixit ut se digna scriptura fieret. Aut illum purissimo loco secretissimo in quo divina scripturus esset orasse ut nullas huius dispositionis operi ventorum ibi aut ymbrium iniurias pateretur. Habent usque eidem loco usque hodie reverentiam elementa dicuntur servare. Hec Helinandus. Cum igitur XC VIII anno esset apparuit ei dominus cum discipulis suis dicens: Veni dilecte mi quia tempus venit ut in mensa mea cum tuis fratribus epuleris. Surgens autem Johannes cepit ire. Cui dominus: Dominica die ad me venies. Veniente igitur dominica die universus populus venit ad ecclesiam que in suo nomine fabricata. Cui apostolus a pullorum cantu predicavit eisdem hortans eos ut in fide essent stabiles et in mandatis dei ferventes.

Post hoc foveam quadratam fecit fieri iuxta altare et terram extra ecclesiam iactari. Descendensque in foveam expansis ad deum manibus dixit: Invitatus ad convivium tuum domine Jhesu Christe venio gratias agens quia me dignatus es ad tuas epulas invitare sciens quod ex toto corde desiderabam te. Cumque orationem fecisset tanta lux super eum emicuit quod nullus in eum respicere potuit. Recedente autem luce manna fovea plena inventa est que in loco illo usque hodie generatur. Edwardus rex Anglie nulli petenti in nomine sancti Johannis evangeliste aliquid denegabat. Unde contigit quod quidam peregrinus in nomine sancti Johannis evangeliste importune elemosinam a rege postularet, cui rex pre manu anulum cum non aliud in promptu haberet dedit. Post plures dies quidam miles Anglie in transmarinis partibus constitutus ab eodem peregrino anulum regi deferendum cum his verbis recepit: Ille cui et pro cuius nomine et amore anulum hunc dedisti tibi remandat. Unde liquido patet quod Johannes eidem in forma apparuit peregrini etc. #

De innocentibus

Innocentes dicti sunt triplici ratione, ratione vite et ratione pene et ratione innocentie assecute. Ratione vite dicti sunt innocentes ex eo quod vitam innocentem id est non nocentem habuerunt. Nulli enim umquam nocuerunt, nec deo per inobedientiam, nec proximo per iniustitiam, nec sibi per alicuius peccati maculam. Et ideo dicitur in psalmo: Innocentes et recti adheserunt michi. Innocentes in vita et recti in fide. Ratione pene quia innocenter et iniuste passi sunt, unde psalmo: Effuderunt sanguinem innocentem etc. Ratione innocentie assecute quia in ipso martirio assecuti sunt

Isidor. in lib. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] in [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] reformari [illegible]; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] animam reparavit: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ne eodem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] reparandi [illegible].

baptismalem innocenciam id est ab ori-
ginali peccato mundiciam de qua in-
nocencia dicitur in psalmo Custodi inno-
cenciam et vide equitatem id est custo-
di innocenciam baptismatis et post-
modum vide equitatem bone opera-
cionis. Innocentes ab herode as-
calonita interfecti sunt. Tres igitur
fuisse herodes scriptura commemorat
quos famosos fecit eorum insignis
crudelitas. Primus dictus est hero-
des ascalonita sub quo natus est
dominus. Secundus dictus est antipas
qui iohannem decollavit. Tercius
agrippa qui iacobum occidit et petrum
incarceravit. Unde de hiis extat versus
Ascalonita necat pueros antipa
iohannem agrippa iacobum claudens in
carcere petrum. Sed primi historiam vi-
deamus. Antipater ydumeus ut in
scolastica historia legitur neptem regis
arabum duxit uxorem ex qua filium
habuit quem vocavit herodem qui
postmodum ascalonita dictus est.
Hic a cesare augusto regnum iu-
dee accepit et tunc primum ablatum
est sceptrum de iuda. Huic herodi
vij filii nati sunt. antipater alex-
ander aristobolus archelaus
herodes antipas et philippus. Al-
exandrum et aristobolum ex ma-
tre iudea genitos romam mi-
sit liberalibus artibus imbuendos
sed hii a studio redierunt. Et cum
alexander adrinug orator sag-
litorius de susceptione regni cum
patre disputabat. Quam ob hoc pater of-
fensus antipatrem illis preponere
satagebat. Cumque illi de morte
patris tractassent et ob hoc a patre
eiecti fuissent cesarem adeunt
de patris iniuria conquesturi. Interea
magi ierosolimam veniunt et de

ortu novi regis diligencius
sciscitantur. Herodes hec audi-
ens perturbatus est timens ne de
genere verorum regum aliquis natus
esset qui eum tamquam regni inva-
sorem repelleret. Rogat igitur ut
cum invenissent sibi renunciarent simu-
lans se velle adorare eum quem
vellet occidere. Decepti magi per
aliam viam reversi sunt in regionem
suam. Videns herodes quod nequa-
quam ad se venirent stelle visi-
one deceptos ad se erubuisse
redire credidit. Et ideo ab inqui-
sicione pueri animum revocavit.
Cum autem audisset que pastores dixe-
rant et quod symeon et anna pro-
phetizaverant vehementer timuit
et se a magis turpiter illusum
reputavit. Tunc herodes dene-
care pueros qui erant in bethleem
decrevit ut inter eos ille quem
ignorabat occideret. Ad amonitionem
angeli ioseph cum puero et
matre in egyptum in civitatem her-
mopolim fugit ibique per vij annos
usque ad obitum herodis permansit.
Ingrediente igitur domino egyptum
secundum ysaye vaticinium universa
ydola corruerunt. Traditur quod
sicut in exitu filiorum israel in qua-
cumque civitate deo non esset domus in qua
non esset mortuus primogenitus
ita nunc non fuit ibi locus in quo
non corruisset ydolum. Refert cas-
siodorus in historia tripartita quod in
hermopoli thebaydis dici-
tur arbor que vocatur persidis valens
in salutem multorum si fructus aut fo-
lium aut pars corticis collo egro-
tantis alligetur. Cum igitur beata ma-
ria cum filio in egyptum fugeret hec
arbor usque ad terram inclinata est

et xpm ſupplicis addanit. Hec
Caſſiodorus. Dum igitur herodes de
nece puerorum diſponeret accuſatur
augusto per epiſtolam citatus filio-
rum accuſatoribus reſponſurus. Qui
per tharſum cum iter faceret intellexit quod
magi naves tharſenſium tranſiuiſ-
ſent. et ideo omnes in ſpiritu veheme-
ti combuſſit fecit. Unde quod predictum fu-
erat. In ſpiritu vehementi conteres
naves tharſis. Cumque pater cum fili-
is diſceptaret diffinitum eſt ut filii
patri in omnibus obedirent et ipſe cui
vellet regnum dimitteret. Rediens
herodes et ex confirmatione ſua au-
dacior mittens occidit omnes pue-
ros qui erant in bethleem a bima-
tu et infra et ſecundum tempus quod exquiſie-
rat a magis. Hoc duplicem
intelligentiam continet. Primo ut
infra dicat ſecundum tempus quod exqui-
ſierat a magis hoc eſt duplicem
ordine temporis. Et eſt ſenſus a bi-
matu et infra id eſt ab infantibus
duorum annorum uſque ad pueros v-
noctis. Didicerat enim herodes a
magis ea die qua ſtella appa-
ruit eis dominum eſſe natum. Et quia
anno annus effluxerat eo quod ro-
mam ierat et redierat dominum
anni tuli et aliquorum in ſuper-
diorum eſſe credebat. Ideoque ſupra
etatem eius id eſt uſque ad binos
et infra id eſt uſque ad unius noc-
tis infantes deſeuit in pueros
timens pueri morphoſeo id eſt
ne ſi puer cui ſydera famulaba-
tur ſupra etate ut infra faciem
transformaret. Et hec ſimul uſitatior
habetur et purior reputatur. Alio
modo exponitur ſecundum Criſoſtomum
ut infra dicat ordine numeri. Et
eſt ſenſus a bimatu et infra

a pueris duorum annorum uſque ad
pueros v. pro annorum. Dicunt enim
ſtellam per unum annum ante ſalvato-
ris ortum magis apparuiſſe. Hero-
des autem poſtquam hoc a magis
didicerat romam vadens ad hunc
per annum diſtulit. Credebat autem
tunc dominum natum fuiſſe cum magis
ſtella apparuit. Cui aſſertioni
favere videtur quod quedam oſſa in-
nocentium habentur adeo grandia quod
binorum eſſe non poſſunt. Poteſt tamen dici
quod longe maioris erant tunc ho-
mines quantitatis quam nunc. Tunc
impletum eſt quod dictum eſt per prophetam
Vox ploratus et ululatus pi-
ratu matrum audita eſt in rama
id eſt in excelſo. De iam autem
iudex iuſtiſſimus ut in eiſdem
hiſtoriis ſcolaſticis agitur non eſt paſ-
ſus tantum herodis nequitiam
remanere impunitam. Divino enim
iudicio factum eſt ut qui multos or-
baverat filiis pre ſuis miſera-
biliter orbaretur. Nam allexander
et ariſtobolus itemque filius eius ſuſ-
pecti. Confeſſus autem unus de
eorum complicibus quod allexander
multa ei donaria promiſiſſet ſi patri
venenum propinaſſe probaretur. Con-
feſſus eſt et tonſor de promiſſis
ei muneribus ſi dum patris bar-
bam raderet cum cultello iugu-
laret. Addiditque allexander dixiſ-
ſe non eſſe confidendum ſeni ipſe-
ne qui et capillos tingeret
ut iuvenis appareret. Ob hoc
pater iratus eos occidi fecit. An-
tipatrum autem futurum regem inſti-
tuit. Poſtea antipatrem herode ami-
ſſa in rege ſubſtituit. Inſuper
herodem agrippam et herodiadem
uxorem philippi quos ex ariſtobolo

bolo ſuſceperat prima dilectione fo-
uebat. Hac duplici de cauſa an-
tipater contra patrem intollerabilem
conceperat odium intantum quod eum attemp-
tauit occidere preuenire. Quod hero-
des preſentiens eum in carcere poſuit.
Auguſtus ceſar audito quod herodes
filios occidiſſet dixit. Mallem eſſe
herodis porcus quam filius. Nam
cum ſit proſelitus porcis parcit et fili-
os occidit. Ipſe autem herodes cum iam
annos haberet lxx in grauiſſimam egritu-
dinem cecidit. Nam febre ualida pru-
rigine corporis colli continuis torme-
tis pedum inflatione uermeſcentibus teſ-
ticulis intollerabili fetore pedum (?)
crebro anhelitu et interruptis ſuſ-
piriis torquebatur. A medicis
uero in oleo poſitus inde quaſi mortu-
us est ablatus. Audiens autem inde-
os mortem ſuam cum gaudio expec-
tare nobiliores iuuenes ex omni
iudea collectos in carcere poſuit.
Dixitque ſalome ſorori ſue. Scio
iudeos de morte mea gauiſuros.
Ego porro habere multos lugentes et
nobiles exequias funeris ſi me-
is uolueritis parere mandatis ut
cum ſpiritum emiſero cunctos occidatis
quos in cuſtodia habeo ut ſic omnis
iudea me defleat inuita. Habe-
bat autem in conſuetudine ut poſt cibum
pomum per ſe purgaret et comme-
deret. Cumque gladium teneret in ma-
nu tuſſique uiolentia diſtenderetur
circumſpiciens ne aliquis impediret
ſeipſum percuſſurus dexteram abſtu-
lit ſed conſobrinus ſubſtinendo dex-
teram impediuit. Statim autem
rex quaſi mortuus eſſet in aula regia
ululatus inſonuit. Quo audito
exultat antipater nimiumque ſe ſoluit
cuſtodibus pollicetur. Quod cum

cognouiſſet herodes grauius filii ex-
ultationem quam propriam tulit mortem
miſſiſque ſatellites eum occidi fecit.
et archelaum poſt ſe regnaturum inſtitu-
it. Deinde poſt quinque dies mortuus
eſt in aliis infortunatiſſimus in rebus
domeſticis infeliciſſimus. Salome
autem ſecundum aliquos omnes ſoluit quos rex
herodes occidi mandauerat. Remi-
gius tamen in originali ſuper matheum dicit
quod herodes gladio quo pomum
purgabat ſe peremit et quod ſalome
ſoror eius omnes uinctos prout ipſe
ordinauerat interfecit etc.

De ſancto thoma archiepiſcopo Cantuariensi

Thomas abyſſus geminus
perfectus interpretatur. Abyſſus
id eſt profundus in humilitate ut patet
in cilicio et pedum lauatione …
cione. Geminus in platone (?) …
gemmate … id eſt in uerbo et exemplo.
Perfectus in paſſione. Thomas
cantuarienſis dum in curia regis
anglie conſiſteret et quedam ibi
fieri contra religionem uideret cu-
riam ipſam deſeruit et cantua-
rienſi archiepiſcopo ſe commiſit a quo
archidiaconus factus eſt. Ad preces tamen
ipſius epiſcopi regis cancellariam
ſuſcepit ut prudentia qua erat
preditus malignorum in eccleſia prohi-
beret inſultus. Quem adeo rex di-
lexit ut poſt deceſſum archiepiſcopi
eum in kathedralem honorem parare
uoluit ſublimari. Cum licet plurimum
reſiſteret tandem obediens pondus
humeris ſuppoſuit ad portandum.
Subito autem in uirum alterum mu-
tatus eſt et caro eius cilicio et ieiu-
niis maceratur. Non ſolum enim ci-
licium pro camiſia deferebat ſed etiam
femoralia uſque ad poplites ha-
bebat. Sanctitatem autem ſuam ita
ſubtiliter occultabat ut ſaluo

semper honestatis rigore servato decentia vestium et apparatu utensilium concordarent moribus singulorum. Tredecim pauperum pedes cottidie curvatis genibus abluebat et refectos cuilibet quatuor argenteis datis remittebat. Rex autem ad voluntatem suam in detrimentum ecclesie ipsum flectere nitebatur volens ut consuetudines quas contra libertatem ecclesie predecessores sui habuerant ab eodem sibi firmarentur. Qui dum assentire noluit contra se iram regis et principum provocavit. Quadam autem vice sic ipse cum aliis episcopis a rege artatus ut etiam sub mortis sententia minaretur magnorum virorum deceptus consiliis verbotenus assensum prebuit voto regis. Verum exinde videns animas periculum imminere semper protinus gravius cruciavit et penitentia ut ab altaris officio se suspendit quousque a summo pontifice restitui mereretur. Requirit demum rex ut quod verbo dixerat scripto firmaret. Cui viriliter contradixit et a curia erectam baiulans sibi crucem discessit. Conclamantibus contra eum impiis: Capite furem suspendite proditorem. Etiam duo magni proceres et fideles ad eum infusis lacrimis venientes sub iuramento asserunt quod in eius mortem multi proceres coniuraverunt. Vir igitur dei ecclesie magis quam sibi metuens fugam iniit et in Flandriam usque devenit. Rex vero dum Romam misisset ut legati venirent ut hec diffinirent a domino repulsam patitur et obstinatior contra archiepiscopum in iram concitatur. Unde omnia que erant archiepiscopi et suorum diripuit et totam eius progeniem exilio condempnavit nequaquam deferens condicioni vel sexui ordini vel etati. Ipse autem pro rege et regno anglie cottidie exorabat. Revelatur autem archiepiscopo quod esset ad suam ecclesiam redditurus et ad Christum cum palma martirii migraturus. Septimo autem anno sui exilii redire conceditur et cum honore suscipitur. Paucis diebus ante eius martirium iuvenis quidam de corpore exiens ubi protinus miraculose rediens dicebat quod ad usque summum sanctorum ordinem deductus sit et inter apostolos suam sedem quandam vacuam vidit. Percunctanti autem cuius esset hec sedes angelus respondit quod cuidam magno sacerdoti anglorum a domino servaretur. Sacerdos quidam missam de beata virgine cottidie celebrabat qui archiepiscopo accusatus ab eo accersitur et ab officio suspenditur. Cum autem beatus thomas cilicium suum suere deberet et sub lecto ipsum abscondisset ut ad consuendum ipsum horam captaret beata maria sacerdoti apparuit dicens: Vade ad archiepiscopum eique dicas quod illa ob cuius amorem missam dicebas cilicium quod est in tali loco consuit et ibidem reliquit. Illa igitur sibi mittit quod in eadem quam fecit debeat relaxare. Quod ille audiens et ita inveniens stupuit et eundem relaxans sacerdotem hoc habere secretum precepit. Defendit ut prius iura ecclesie nec a rege flectitur vi vel prece. Cum igitur nullatenus flecti posset ecce milites regis armati venerunt et ubi archiepiscopus sit vociferando requirunt. Quibus

ille occurrens dixit Ecce ego
Quid vultis Et illi Venimus ut
occidaris et ultra vivere non vales
Quibus ille dixit Ego pro deo mo-
ri paratus sum et pro defensione ius-
ticie et ecclesie libertate Si ergo me
queritis ex parte dei omnipotentis
et sub anathemate prohibeo ne hos
aliquam aliquatenus noceatis Deo
autem et beate marie et sanctis omnibus
et beato dyonisio causam ecclesie et me
committo cum quo ... Hiis dictis ve-
nerandum caput gladiis impio-
rum impetitur sacra capitis corona
preciditur Cerebrum per ecclesie pavimen-
tum diffunditur Dum igitur ecclesia re-
quiem eternam incipere et pro eo mis-
sam incipere defunctorum subito
ut aiunt angelorum chori astantes
voces cantancium interrumpunt mar-
tiris missam incipiunt Letabitur
iustus cantando et clerici ceteri pro-
sequuntur Hec est mutacio
dextere excelsi Dum ille cantus
merroris vertitur in canticum laudis
Dum illi qui defunctorum suffragia
inchoaverant martiris post deum
laudarent Revera eximia probatus
sanctitate preditus et martir deo glo-
riosus quem tanto honore angeli
prevenerunt et sanctorum martirum catha-
logo ascripserunt. Multa insuper
et alia miracula per eum dominus opera-
ri dignatus est Nam meritis eius
cecis visus surdis auditus clau-
dis gressus vita mortuis
restituta fuit Aqua quoque panni con-
spersi eius sanguine multis extitit
in medelam ¶ Quedam domina
de anglia varios oculos habere
ob laudis cupiditatem et amorem pulchritudinis
affectabat Cumque hoc votum voveret
nudis pedibus sepulcrum beati
thome visitavit Que cum

Et sic martirio deo consecratus Anno domini
M° C° lxxiiij° Passus est autem pro
ecclesia et in ecclesia et loco sacro inter
manus sacerdotum et religiosorum
ut patientis sanctitas et persequencium
crudelitas ostendatur

oratione prostrata iaceret surgens in-
venit se penitus excecatam Tunc con-
tinuo penitens rogavit beatum
thomam ut iam non varios sed saltem
suos oculos redderet Quod tandem
cum multa difficultate vix potuit
obtinere ¶ Quidam autem illu-
sor aquam simplicem pro aqua sancti
thome domino suo in pixide obtu-
lit quinnati Cui dixit dominus Si
nichil unquam furatus fuisti sanctus
thomas aquam suam huc te deferre
permittat Si autem furti reus
existis aqua ipsa penitus eva-
nescat Huic dedit ille consensum
sciens quod nuper pixidem aque im-
pleverat Mira res pixidem continuo
aperuerunt et vacuam invenerunt
et sic famulus in mendacio deprehen-
ditur et furti reus evidencius
comprobatur ¶ Avis quedam sciens
loqui cum nisus eam insequeretur sicut
didicerat cepit clamare Sancte tho-
ma sancte thoma adiuva me ad-
iuva et statim nisus cecidit et
illa evasit ¶ Quidam quem
sanctus thomas valde dilexerat cum
graviter infirmaretur ivit ad eius
tumbam et pro salute rogavit et ad
libitum impetravit sed dum sanus
rediret cogitare cepit quod illa sa-
nitas anime sue forsitan non ex-
pediret Unde iterum rediens ad se-
pulcrum oravit ut si non esset
utile anime sue continuo infirmitas
ipsa rediret statimque infirmitas
rediit sicut prius ¶ In eius
autem interfectores in tantum ultio divina
desevit ut alii digitos dentibus
discerpentes alii sanie deflu-
entes alii paralisi dissoluti ama-
tes esse miserabiliter interierunt

Silvester **De sancto silvestro**

Silvester dicitur a sile quod est lux et terra
quasi lux terre id est ecclesie Vel sil-
vester dicitur a silva et trahens

qa homines ſilueſtros id eſt in cultos
et duros ad fidem traxit Vel
sicut dicit in glorio Siluus viri-
dis agreſtis vmbroſus nemo-
roſus. Viridis celeſtia contempla-
do. Agreſtis ſe ipm excolendo
Vmbroſus ab omni concupiſcentia
frigeratus Nemoroſus inter
arbores celi plantatus Eius le-
genda compilauit euſebius ce-
ſarienſis quam btus gelaſius. lxx
epoꝝ catholicis legendam compi-
laſſe commemorat ſic in decreto
habetur. Silueſter autem recte
noie iuſta genitus et a cirino pſbi-
tero eruditus hoſpitalitatem ſummo
pere exercebat Thymotheus quidam
xpianiſſimus ab eo in hoſpitium ſuſ-
cipitur qui tum obpſecutionem ab aliis
uitabatur. hic per annum eſt aſſecutus
corona martyrij dum predicaret conſtantiſ-
ſime fidem xpi Tarquinus uero tan-
quam preſectus thymotheum multas ha-
buiſſe diuitias eas a ſilueſtro ex-
petit in ferens minas mortis Sz
cum uere thymotheum huius diuitias non
habuiſſe comperit eſt ſilueſtrum ydolis
ymolare precepit alioquin in craſtinum
diuerſa reciperet genera tormentorum
Cui ſilueſter Stulte hac nocte mo-
rieris et ſempiterna tormenta re-
cipies Et uelis uel nolis uerum deum
quem colimus recognoſces Silueſter igitur
carceri traditur et tarquinus ad prandium
inuitatur. Dum ergo comederet os
piſcis in eius guttur inſatur ut nullo
modo reicere potuit uel glutire
Circa media nocte defunctus eſt
ad tumulum ducitur cum luctu et ſilueſter
cum gaudio carcere liberatur. Mor-
tuo igitur melchiade epo urbis
rome ſilueſter ab omni plebe plu-
rimum renitens in ſummum ponti-
ficem eligitur. Hic omnium orpha-

norum viduarum et pauperum nomina
in matricula ſcripta habebat et omnibus
neceſſaria prouidebat Hic iiij. vi. et
diem ſabbati ieiuniis inſtituit
obſeruandum. quintum uero qui dominicam
celebrandum Grecis uero dicenti-
bus romanis ſabbatum. v. die potius
celebrandum reſpondit hoc fieri non
debere et quia hoc eſt traditionis apoſtoli-
ce et quia dominice debetur compaſſio ſe-
pulture. Cui illi Vnum eſt ſabbatum
ſepulture in quo ſemel cum anno
ieiunium exhibendum. Quibus
Silueſter Sicut omnes dies dominicus
gloria ſic omne ſabbatum decorat
dominica ſepultura. Igitur de ſabbato ac-
quieſcunt Sz de .v. feria uehementer
contendunt aſſerentes xpianorum
ſolempnitatibus ſociari Silueſter
autem eius dignitatem in tribus oſtendit
quam hac die dominus in celos aſcendit
et corporis et ſanguinis ſui ſacramentum
inſtituit et in ea conficit Omnes igitur
eius rationibus acquieſcunt Adſeque-
te autem conſtantino xpianos ſil-
ueſter de urbe exiit atque dum
monte cum ſuis clericis manſit
Ipſe autem conſtantinus merito perſecu-
tionis tyrannice in incurabilem
incidit lepre plagam. tandem ad con-
ſilium ydolorum pontificum adduc-
ti ſunt tria milia puerorum ut eos
occidi faceret et ſe in eorum ſanguine
recenti et calido balnearet Egre-
dienti autem eo ad locum ubi bal-
neum parari debebat matres pu-
erorum obuiant que reſolutis crini-
bus miſerabiliter ululabant et
lacrimas emittebant Et lacrimas
conſtantinus iuſſit ſtare currum et
erigens ſe dixit Audite me mili-
tes et commilitones et omnes populi
qui aſtatis Dignitas romani
imperii de fonte naſcitur pietatis
Que hanc etiam legem dedit

ut capitis sui subderet qui quod in bello occidisset infantem. Quanta ergo erit crudelitas ut hoc nostris faciamus filiis quod fieri prohibemus alienis. Quid iuvat barbaros superasse si a crudelitate vincamur. Nam vicisse externas nationes virium est bellantium populorum, vincere autem vicia et peccata virtus est morum. In illis ergo preliis fortiores nos existimus illis, in hiis vero nobis ipsis fortiores sumus. Qui enim fuerit in isto certamine superatus victoriam obtinet victus; victor enim post triumphum vincitur si pietas ab impietate superatur. Vincat ergo nos pietas in isto congressu. Tunc enim omnium adversantium poterimus esse victores si sola pietate vincamur. Dominum enim se esse omnium comprobat qui servum se monstraverit pietatis. Melius est ergo me mori vita salva innocentum quam per eorum interitum vitam recuperare crudelem quam tamen recuperare incertum est cum certum sit quod si recuperata crudelis sit. Iussit ergo ut matribus suos pueros redderent et dona plurima et infinita vehicula prebentes sic quod matres que flendo venerant ad loca sua cum gaudio redierunt. Ipse autem imperator ad palacium suum est reversus. Sequenti vero nocte Petrus et Paulus apparuerunt ei dicentes: Quoniam exhorruisti effusionem sanguinis innocentis, misit dominus Ihesus Christus dicere tibi recuperande consilium sanitatis. Silvestrum igitur episcopum qui apud montem Serapti latitat accersire; hic tibi piscinam ostendet in qua cum tertio mersus fueris ab omni egritudinis morbo

curaberis. Tu vero hanc Christo vicissitudinem reddes ut ydolorum templa diruas, Christi restaures ecclesias et eius deinceps cultor fias. Evigilans igitur Constantinus statim misit milites ad Silvestrum. Videns Silvester milites ad palmam martirii credidit se vocari et deo se recommendans et socios secum adhortatus Constantino intrepidus presentatur. Cui Constantinus assurgens ait: Bene te venisse gratulamur. Cui a Silvestro resalutatus narravit ei per ordinem sui sompnii visionem. Percunctanti vero Constantino qui essent illi dii qui ei apparuerunt, Silvester apostolorum ymagines sibi iussit afferri. Quas vero imperator aspiciens tales esse qui sibi apparuerant acclamavit. Silvester igitur eum cathecuminum fecit et unius ebdomade sibi ieiunium indixit et carceres aperire monuit. Cumque in aquam descendisset Constantinus baptismatis mirabiliter ibi emicuit splendor lucis. Sicque inde mundus exiit et Christum se vidisse asseruit. Prima autem die sui baptismi hanc legem dedit ut Christus ab urbe romana quasi verus deus coleretur. Secunda die si quis Christum blasphemasset puniretur. Tercia die ut quicumque christiano fecisset iniuriam bonorum suorum parte dimidia privaretur. Quarta ut sicut imperator sic romanus pontifex caput ab omnibus episcopis haberetur. Quinta ut quicumque in ecclesias confugerit ab omnibus sit immunis. Sexta ut nullus nisi de licentia antistitis ecclesiam edificet inter muros alicuius

ciuitatis. Decepcia ut ad edifi-
cacionem ecclesiarum decime possessionum
regalium tribuantur. Deinde imperator
ad ecclesiam sancti petri venit et de
suis culpis se lamentabiliter
accusauit. Atque modum arrepto bi-
dente terram primus apperuit et xij
cophinos in suis scapulis foras
eiecit. Hoc ubi helena mater con-
stantini augusti in bethania con-
sistens audiuit. Per litteras lau-
dat filium quod abrenunctiasset simula-
cris ydolorum sed dure increpat quod
relicto deo iudeorum crucifixum
hominem deum colat. Rescribit au-
gustus ut iudeorum magistros secum
adducat et ipse xpianorum doctores
proferat ut sic ex disputacione
mutua appareat fides vera.
Duxit igitur helena .C. lxj. doctis-
simos iudeorum inter quos xij
erant qui sapiencia et eloquencia pre
ceteris rutilabant. Cum igitur
cum clericis suis et predicti iudei ad dis-
putandum coram imperatore in simul
conuenissent de communi consensu du-
os iudices gentiles sapientis-
simos et probatos nomine cratonem
et zenophilum statuerunt ad quos
pertineret sententia dicendorum. talis
sententia inter eos est firmatum ut
uno stante et loquente alius non
loquatur. Incipiens igitur primus de
illis xij nomine abyathar ait.
Cum isti tres deos nominent ut di-
cunt patrem et filium et spiritum sanctum
manifestum est eos contra legem
facere que dicit. Videte quoniam ego
sum solus et non est alius preter me
Denique si dicunt xpm deum esse
quia multa signa fecit. In nostra
lege multi fuere qui miracula
plura fecerunt et tamen nunquam ex hoc

deitatis nomen sibi usurpare sunt
ausi sicut iste ihesus quem isti adorant.
Ad hec siluester. Nos unum deum coli-
mus sed non in tanta solitudine ut gau-
dium filii non haberet. Ex uestris autem
libris trinitatem personarum uobis
demonstrare ualemus. Nam patrem di-
cimus de quo propheta ait. Ipse inuo-
cauit me pater meus es tu. Filium
de quo idem. Filius meus es tu. Spi-
ritum sanctum de quo idem. Et spiritu oris
eius omnis uirtus eorum. In hoc
eciam quod dixit. Faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram. Euidenter
personarum pluralitatem et diuinitatis
unitatem demonstrat. Quod autem sint
tres persone unus tamen est deus. Ad
exemplo expressiu aliquatenus demo-
strare ualeamus. Et accipiens
purpuram imperatoris tres pli-
cas fecit ibi dicens. Videtis tres
plicas et explicans ait. Ecce qua
tres plice sunt unus pannus. Ita tres
persone sunt unus deus. De eo quod dixit
quod ex miraculis xpus deus credi non
debet cum alii plures sancti miracula fe-
cerint nec deos se dixerint sicut
iste xpus per hec se deum asserere uo-
luit. Certe deus superbientes contra
se nunquam passus est sine pena
acerrima preterire sicut patet in dathan
et abyron aliisque quam pluribus.
Quo ergo mentiri potuit et se deum
dicere quod non erat cum cum se deum dice-
ret nulla pena secuta fuit et
uirtutum efficacia comitabatur. Tunc
iudices dixerunt. Constat aby-
athar a siluestro superatum. Nam
et racio hec docet quia si deus non esset
et se deum dixisset conferre uitam mor-
tuis non ualeret. Tunc illo amo-
to et yonas ad conflictum acce-
dens ait. Abraham circumcisionem
a deo accipiens iustificatus fuit

et omnes filii abrahe per circumcisi-
onem iustificabuntur. Igitur qui non
fuit circumcisus non iustificabitur.
Ad quem silvester. Constat abra-
ham ante circumcisionem suam deo pla-
cuisse et amicum dei appellatum
esse. Igitur non circumcisio ipsum iustifi-
cavit sed fides et iustitia ipsum
deo placere fecerunt. Christus igitur accepit
circumcisionem non in iustificationem sed in
distinctionem. Isto superato tercius
qui et godolias vocatus ait.
Quomodo christus vester potest esse deus cum
asseratis esse natum temptatum tra-
ditum nudatum felle potatum li-
gatum sepultum cum hec omnia in deo
esse non possint. Ad hec silvester.
De veris libris vestris probamus deo
hec fuisse. Nam de eius nativitate
dicit ysaias. Ecce virgo concipiet et
pariet filium etc. De eius tempta-
tione zacharias. Vidi ihesum sacerdo-
tem magnum stantem coram an-
gelo et sathan stabat a dextris
eius etc. De eius traditione psalmista.
Qui edebat panes meos magni-
ficavit super me supplantationem etc. De
eius fellea potatione. Et dederunt
in escam meam fel etc. De
eius ligatione. Hesdras. Dimisis-
tis me non sicut patrem qui liberavi
vos de terra egypti clamantes
ante tribunal iudicis humiliastis
me suspendentes in ligno tradi-
distis me. De eius sepultura
Ieremias. In sepultura eius revivis-
cent mortui. Cum ergo godolias
quid responderet non haberet data sen-
tentia remotus est. Quartus qui
et annas accedens ait. Ea que de
aliis dicta sunt silvester ille de
suo christo dicta fuisse affirmat.
Unde superest ut probet hec de suo christo

dicta fuisse. Ad quem silvester. Da
ergo alium quem virgo conceperit qui felle
potatus spinis coronatus crucifixus
mortuus et sepultus qui resurrexit
et ad celos ascendit. Tunc constan-
tinus ait. Si alium non dederit sciat
se superatum. Qui cum hoc agere non
posset hic amovetur. Quintus qui et
doeth producitur qui ait. Si ex semine
david christus natus et sanctificatus
ut dicitis non ergo baptizari debu-
it ut iterum sanctificaretur. Ad quem silvester.
Sicut circumcisio in christi circumcisione fi-
nem accepit. Ita et baptismus in christi
baptismate initium habuit. Non ergo
baptizatus est ut sanctificaretur sed ut
sanctificaret. Qui cum taceret ait constan-
tinus. Non taceret doeth si haberet
quid proferret. Tunc sextus qui et chusi
dixit. Vellemus ut silvester iste cau-
sas huius virginalis partus nobis
exponeret. Ad quem silvester. Terra de
qua adam formatus est incorrup-
ta fuit et virgo quia nec se ad bi-
bendum humanum sanguinem nec male-
dictionem spinarum acceperat nec hominis
mortui sepulturam habebat nec
serpenti data fuit ad edendum.
Opportuit ergo ex maria virgine no-
vum adam fieri ut sicut serpens
natum ex virgine vicerat sic a
nato ex virgine vinceretur. Et qui ade
victor extiterat in paradiso ipse temp-
tator domini factus est in deserto ut
qui adam vicerat manducando
vinceretur a domino ieiunando. Hoc
superato septimus qui et beniamin ait.
Quomodo filius dei christus deus vester esse
potest qui a dyabolo temptari potuit
ut modo fame panem ex lapidibus
facere urgeretur modo in templi al-
titudine levaretur modo adorandum
sibi dyabolum induceretur. Ad quem sil-
vester. Si dyabolus ideo vicit quia
ab adam manducante est auditus
constat eum ideo esse superatum quia

est a xpo ieiunate gceptus No
enim inquntu deus s3 inquitu ho
teptatu esse fatent² cu̅ Ideo tri
plicit̅ e temptatus ut forma vin
cendi dar3 Sepe nam3 i homine
victoriaz abstinencie sequit² temp
tacio hu̅ane glorie Et teptacone
hu̅ane glorie appetitus dn̅i et ex
cellencia comitat² Ideo a xpo in
hijs vincit² ut vincendi nobis
forma donet² Isto supato sequit
tuaius q̅ et aydel ait Constat q
deus sume pfius e et nullius
indiget quid g° opus ei fuit
ut nasceret i xpo Quo itm xpm
vbu̅ appellas et3 et h° gstat quia
deus ancq̅ua h̅ret filiu̅ pr̅ dici
no̅ potuit Ergo si pr̅ ptgen dic
tus e mutabilis fcus e Ad hoc
silucest° filius ante tp̅a expre
e genitus ut facer3 que no̅ esset
Et in tp̅e natus e ut reficet que
pierant Qui et si solo ūbo refice
poterat s3 passione nisi homo
fieret redimere no̅ valebit q̅a i
sua dei^te ad paciendu̅ aptus no̅
erat Nec h° erat i pfectois s3 pfec
nis q si i sua no̅ erit dei^te passibi
Porro filiu̅ ūbu̅ exeo p3 q ps̅ ha
bet Eructauit cor meu̅ ūbum
bo̅ Deus q̅3 semp pr̅ fuit quia
sp eius filius extitit Filius em̅
ei e ūbu̅ eius Sapia ei ūtus &
eius Impre aut sp ūbu̅ fuit Iux
illud Eructauit cor meu̅ ūbum
bo̅ etc Semp sapia Iux illud
Ego exore altissimi pdij pmo
genita an̅ omez creatura3 Semp
uirtus Iuxta illud Nu̅ oes col
les ego pturiebar nec du̅ fontes
aquaz etc Cu̅ g° pr̅ nu̅q̅ fuit si
ūbo sapia et ūtute quo putas
h° nome e exipe gtenuisse Hoc
ig² amoto nomine q̅ et inbal dix
Constat q̅a deus gingia non

dampnat ut eis maledixi qua
re g° de gingio neqtu̅ negatis
habet esse que colitis nisi ut
obfuscare coingia studeatis
Rursus quo temptat² qui po
tens e patit² q ūtus e mo
rit² q uita e Deniq3 ad h° co
geis ut duos filios esse dicens
vnu̅ que pr̅ genuit alteru̅
que ūgo genuit Rursus quo
fieri pt ut paciat² ho qui assup
tus e sine lesione ei ag as
sumptus e Ad h° silucest° Nos
xpm no̅ ideo natu̅ de ūgie di
cim⁹ s3 causas ūginei ptus ra
conabilr acceptam⁹ Nec huic
assercone obfuscant² gingia
q̅m h̅et ūgo que xpm genuit
de coingio nata e Temptatur
aut xpus ut omis teptacoes
dyabli vincer3 Patit² ut om
ūsas passiones subiceret Mo
rit² ut mortis ipui subiu
garz Dei q̅3 filius vnus i xpo
e q̅ sicut ue e dei filius i inui
bilis Ita uisibilis e xpus Est
g° i uisible h° q̅ deus e et e
uisibile h° q̅ e homo Qd ati
neo ut homiez assumptu̅ posse
sine passione eius qui assup
sit exemplo doceri pt Nazal
ntis purpure regis vestim²
exemplo lana fuit et huic la
ne sacre accedens colore pur
pureu̅ p̅buit Cu̅ ig² tenbret²
digitis et torquetur in filo
q torquebat² h° q̅ regie dig
nitatis esse colo3 Ah hoc q̅ lana
extiterat qua purpura fiet
lane g° assimilat² ho Colori
purpuree de⁹ qui sic i passio
ne fuit du̅ pateret² i carne Set
passioni nulle subiacuit Set
Decim⁹ qui et charel dixit

Nil enim placuit istud exemplum quia
simul color torquetur cum lana.
Cui cum omnes contra dicerent Silvester
dixit: Accipe ergo aliud exemplum. Arbor
lignum inse solis pulchritudinem cum
inciditur ictum quidem suscipit sple-
ndor autem ab incisione immunis
existit. Sic in homine paciente
divinitas nulli passioni subia-
cuit. ¶ Undecimus qui et Sileon
ait: Si de Christo tuo prophete ista
locuti et vaticinati sunt tamen
irrisionis et passionis et mor-
tis causas fac nos scire. Ad quem
Silvester: Cristus esurivit ut
nos reficeret. Sitivit ut ari-
ditati nostre pocula vitalia mi-
nistraret. Temptatus est ut nos
a temptationibus liberaret. Tentus
est ut nos a demonum captura di-
mitteret. Irrisus est ut nos ab ir-
risione demonum liberaret. Liga-
tus est ut nos a nodo maledic-
tionis absolveret. Humiliatus est
ut nos exaltaret. Expoliatus
est ut nuditatem prime prevaricatio-
nis indulgentia tegeret. Spineam
coronam accepit ut flores paradisi
perditos redonaret. In ligno sus-
pendi ut concupiscentiam in ligno ge-
nitam dampnaret. Felle et ace-
to potatur ut hominem ad terram flu-
entem lacte et mel introduceret
et fontes nobis mellifluos a-
periret. Mortalitatem suscepit ut suam
immortalitatem donaret. Sepultus
est ut sanctorum sepulturas benediceret.
Resurrexit ut mortuis vitam
redderet. Ascendit in celum ut celi
ianuas aperiret. Sedet ad dexteram
dei ut preces credencium exau-
diret. Hec Silvestro prosequente uni-
versi tam imperator quam iudices

et iudei in laude Silvestri prorumpunt.
¶ Tunc indignatus duodecimus qui et
Zambri in indignatione magna
dixit: Miror nos sapientissimos
iudices verbis ambagibus credere
et dei omnipotentiam existimare hu-
mana ratione concludi. Sed iam cessent
verba et veniamus ad factum. Stultis-
simi namque sunt qui crucifixum colunt.
Ego quoque nomen dei omnipotentis scio
cuius virtutem nec sufferunt saxa nec
audire valet quelibet creatura. Et ut
verum me dicere comprobetis thaurus
adnunc ferocissimus adducatur et dum
in eius aure nomen insonuit
thaurus illico morietur. Ad quem
Silvester: Et tu quomodo non audiens
didicisti? Zambri dixit: Non est
tuum hoc nosse misterium qui iudeorum
inimicus es. Adducitur igitur thau-
rus ferocissimus vix a centum ho-
minibus fortissimis tractus. At ubi
Zambri in aure eius verbum protulit
confestim thaurus mugiens oculosque
eiciens expiravit. Omnes igitur
iudei vehementer clamant et Silvestro
insultant. Quibus Silvester: Non nomen
dei protulit sed nomen pessimi demo-
nis nominavit. Deus enim meus Ihesus
Christus non solum viventes mortifi-
cat sed mortuos vivificat. Nam
occidere posse et vivificare non pos-
se est leonum serpentum et ferarum.
Si igitur vult ut credam quod non de-
monis non fuerit dicat iterum et vivi-
ficet quem occidit. Nam de deo scriptum
est: Ego occidam et ego vivere faciam.
Quod si non poterit absque dubio
nomen demonis nominavit qui vivente
occidere potest mortuum vivificare
non potest. Cumque Zambri ad suscitan-
dum thaurum a iudicibus urgeretur dixit:
Suscitet eum Silvester et in eum credemus
nam et si pennis posset volare istud

tu non vales perficere. Omnes igitur iudei
si suscitaverit thaurum se credituros
promiserunt. Tunc Silvester facta oratione
ad aurem thauri se applicans ait:
O nomen maledictionis et mortis
egredere iussu domini nostri ihesu christi. In cuius
nomine tibi dico: Thaure surge et ad
armentum tuum mansuetus vade et
recede. Statim igitur thaurus surrexit
et cum omni mansuetudine abiit.
Tunc regina, iudei, iudices et ceteri
omnes conversi sunt ad fidem. ¶ Post
aliquot dies ydolorum pontifices ad
imperatorem venerunt dicentes: Sacra-
tissime imperator, draco ille qui in fo-
vea est, ex quo fidem christi suscepisti
plus quam ccc. homines cottidie interfe-
cit flatu suo. Consulente super hoc
constantino Silvestrum, respondit: Ego per
virtutem christi ab omni eum cessare fa-
ciam lesione. Promittunt pontifi-
ces se, si hoc fecerit, credituros. Ora-
te autem Silvestro sanctus petrus appa-
ruit ei dicens: Securus ad draco-
nem descende et tu et duo presbiteri qui
sunt tecum. Cumque ad eum veneris
eum taliter alloqueris: Dominus noster ihesus
christus de virgine natus, crucifixus, mor-
tuus et sepultus, qui resurrexit et se-
det ad dexteram patris, hic venturus
est iudicare vivos et mortuos. Os
autem eius ligabis filo et anulo
signum crucis habente desuper sigil-
labis. Postea ad me venietis sa-
ni et incolumes et panem quem ego
vobis preparavero comedetis. Descendit
itaque Silvester cum duobus presbiteris
in foveam per gradus cl. duabus facibus
secum latenas. Tunc draconi predicta
verba dixit et os ipsius stri-
dentis et sibilantis ut iussum
fuit alligavit. Et ascendens in-
venit duos magos qui eos secu-
ti fuerant ut viderent si usque

ad draconem descenderent, ex draconis
fetore pene mortuos, et eos secum
adduxit incolumes atque sanos.
Qui statim cum multitudine multa
conversi sunt. Sicque plus romanorum a mor-
te duplici liberati sunt, scilicet a cultura
demonum et veneno draconis. Tan-
dem beatus Silvester morti appropinquans
clericos admonuit tria: ut inter se
caritatem haberent, ecclesias suas dili-
genter gubernarent et gregem
a luporum morsibus custodirent. Post
hec in domino feliciter obdormivit etc. #

De circumcisione domini

Circumcisionis diem quatuor
celebrem faciunt et sollempnem.
Primum est octava nativitatis. Secundum est impositio
novi et salutiferi nominis. Tercium est
effusio sanguinis. Quartum est signa-
culum circumcisionis. Primo quidem est octa-
va nativitatis. Si enim aliorum sanctorum octave
sollempnes sunt, quanto magis octa-
va sanctorum sollempnius esse. Sed non vi-
detur quod nativitas domini debeat habere
octavam, quia eius nativitas tendebat ad
mortem. Obitus autem sanctorum ideo octavas
habent, quia ipsi tunc nascuntur ea nativi-
tate qua est ad vitam eternam. Eadem ratione
videtur quod non debeat habere octavam
nativitas beate virginis nec Iohannis baptiste
nec resurrectio domini, quia iam
facta erat ipsa resurrectio. Sed
notandum secundum dictum prepositivi: sunt
octave supplecionis ut est octava nativitatis
domini, in qua supplemus quod minus in
festo fecimus, scilicet officium de par-
turiente. Unde etiam in missa can-
tum consueverat olim Vultum tuum etc.
Venerationis ut pasche, penthe-
costes, beate virginis, Iohannis baptiste. De-
votionis ut cuiuslibet sancti pro [illegible] fieri
octave. Significationis ut octave insti-
tute de sanctis que significant octavam [illegible]
¶ Secundum est impositio novi et salu-

tifici nois Hodie em i poitu ecci
nome nouu q os dni noiauit
Nome pt q no e aliud sb celo in
quo opporteat nos saluos fieri
Nome q scdm bern. Bnh e mel
i ore melos i aure iubilus
in corde Nome q sic dic Bnh
instar olei lucet pdicatu pasc
recogitatu linit et ungt i uoca=
tu. Huit naqz tpx nome sic
ex ewang. manifestat. Eg fi=
lius dei xpus et ihus vocat Au=
te filius dei i quatu e de deo ds
xpus i qntu e ho a psona dina
qntu ad huana natura assump=
tam. Ihus i qntu e deus huma=
nitati unit9 De h tplici noie
dic Bnh vos q i puluie estis
expgiscimi et laudate ecce dns
venit cu salute venit cu unge=
tis venit cu gla Neqz em sine
salute ihus neqz xpus sn unc=
tone e neqz sine gla veit fili=
us dei Vt q inde ipe salus ipe
unctio ipe gla Qntu aute
ad h tpx nome in passione
pfte noty notus no erat Naz
qntu ad pm ab aliqb9 ggsce=
bat qictualit sic a demoib9
qui dicebat ipm filiu dei Qn=
tu ad scdm ptticulant ab aliqb9
em paucis cgscebat ee xpus
Qntu ad tciu vocabulu quia
quo ad hac voce Ihus sz non
quo ad rone noie q e salute
Deg i rone aut h tpx nome
glorificatu e. Pm nome quo
ad altitudiem Scdm nomen
quo ad diffusione Tciu quo ad
nois rone. Pm g nomen
e filius dei. Et q rc h nome
s conciat sicut dic hylarius
i lib. de t. Confitere filiu dei vni=
genitu dnm nrm ihm xpm ee

multis mois cgnitu. Vn deo
testat pr Vn de se ipe pfitet
Vn apli pdicat. Vn religiosi
credut. Vn demoes confitent
Vn iudei negat Vn gentiles
i passione cgnoscut Ide deu
et dnm nrm ihm xpm huius
mois cgnosci9 noie. nati=
natura. ptate et pfessione Et
Scdm nome e xpus q i tptat
xpus unctus Ipe em fuit unc=
tus oleo letitie p pticipibus
suis. Ps h aut q dr unctus
i sinuat q ipe fuit pph. pu=
gil. sacerdos et rex Iste em qua=
tuor psone olim csueuerat i un=
gi Fuit pph i doctrine erudico=
ne. Pugil i dya. debellacone
Sacdos i pris reconciliacone Rex
i pmiorz distribucoe Ab h scdo
noie denoiamr q a xpo dicimr
xpiani. De quo noie sic dic
aug xpianus iusticie. bonitatis
integritatis. pacie castitatis. pu=
dicicie. huanitatis i nocecie pie=
tatis e nome Et tu quo illud
defendis et vendicas e. de tam
plurimis rebus uix pauca sub=
sistut xpianus alle e q no noie
tm sz ope hec aug Terciu
nome est ihus scdm bern Bnh
dr cibus. fons. medicina et lux
Hic aut cibus multiplice ht
effectu Est em cibus confortatiuus
impinguatiuus. roboratiuus et vege=
tatiuus De huius sic dic Bnh Est
cibus h nome ihus. An non
tociens cfortaris quociens re=
cordaris Qd eque mete cogita=
tis i pinguat Qd ita exercitatos
reparat sensus. uirtutes roborat
vegetat bonos mores atque

honestos · castas facit affectiones
Secundo dicitur fons unde dicit idem
bernhardus Ihesus est fons vite signa-
tus qui in quatuor se rivos diffu-
dit in plateas unde apostolus Qui factus
est nobis · sapientia · Iusticia · sanctificatio
et redemptio Sapientia in predicatione Ius-
ticia in peccatorum ablucione Sanctificatio in
conversatione Redemptio in passione
Hec bernhardus Alibi quoque sic dicitur Tres
rivi fluxerunt a ihesu Verbum do-
loris In quo confessio Sanguinis as-
persionis in quo afflictio Aque
emundationis In qua compuncti-
Tercio est medicina unde ait sic
Est enim hoc nomen ihesus medici-
na Nil enim ita ire impetum
cohibet superbie tumorem sedat ·
sanat livoris vulnera · restringit
luxurie fluxum · extinguit libidi-
nis flammam · Siti tepat ava-
ricie · Ac totius indecoris fugat
pruriginem ¶ Quarto est lux unde
ait Unde putas in toto orbe
tanta et tam subita fidei lux
nisi de predicato ihesu Hoc est nomen
quod paulus portabit coram regi-
bus et gentibus tamquam lucerna
super candelabrum Hoc item nomen
ihesus est multe suavitatis unde
bernhardus Si scribas non sapit mihi nisi
legero ibi ihesum Si disputas aut
conferas non sapit mihi nisi sonuit
ibi ihesus Item rychardus de sancto vic-
tore Ihesus nomen dulce · nomen delecta-
bile · nomen confortans peccatorem et bone
spei Ergo ihesus esto mihi ihesus ¶
Secundo est multe virtuositatis unde
Petrus Ravennas Vocabis nomen eius ihesum
Hoc est nomen quod dedit cecis visum
surdis auditum · claudis gressum
sermonem mutis · vitam mortuis

totamque dyaboli potestatem de obsessis
corporibus virtus huius nominis effu-
gavit ¶ Tercio est multe excellen-
cie et sublimitatis unde bernhardus Nomen
salvatoris mei fratris mei · car-
nis mee · sanguinis mei · Nomen
a seculis absconditum sed in fine seculo-
rum revelatum Nomen mirabile Nomen
ineffabile · Nomen inestimabile · ymo
eo mirabilius quo ineffabilius · eo
magis gratum quia gratuitum.
Hoc autem nomen ihesus impositum est
ei ab eterno ab angelo et a patre
putativo id est yoseph · Ihesus
enim interpretatur salvator Dicitur
autem salvator tripliciter · vel a po-
tencia salvandi · vel ab habitu · vel
ab actu Secundum quod dicitur a potencia
salvandi convenit ei hoc nomen ab
eterno et dicitur impositum ab eterno ·
Secundum quod dicitur ab habitu salvandi
sic fuit impositum ab angelo et con-
venit ei a principio conceptionis
Secundum quod dicitur ab actu salvandi
dicitur impositum a yoseph tunc fu-
ture passionis Unde glosa su-
per illud Vocabis nomen eius ihesum dicit
nomen impones quod ab angelo vel
ab eterno impositum est Et tangit
hic glosa hic tripliciter de nominacionem
Cum enim dicatur nomen impones ta-
gitur denominatio facta a yoseph Cum
quod ab angelo vel ab eterno impositum
est · tanguntur alie due · Hec igitur
hodie et in capite anni constituta
aroma capite mundi et insig-
nita capitali littera alphabeti ·
Ihesus caput ecclesie circumciditur · et
nomen ei imponitur · et circumcisionis
colitur dies · Tercium est effusio san-
guinis christi Hodie enim sanguinem
suum christus primo pro nobis effundere
incepit · qui ipse postmodum plu-
ries effundere voluit Quinquies enim

viribus sanguinem suum fudit pro nobis. Primo in circumcisione et hec effusio fuit nostre redemptionis inchoatio. Secundo in oratione et hec effusio dicitur nostre redemptionis desiderium. Tercio in flagellatione et hec fuit nostre redemptionis meritum quia eius livore sanati sumus. Quarto in crucifixione et hec fuit nostre redemptionis precium. Tunc enim que non rapuit exsolvit. Quinto in lateris apertione et hec fuit nostre redemptionis sacramentum. Inde enim exivit sanguis et aqua quod significavit nos per aquam baptismi debere mundari. Qui quidem baptismus habiturus erat efficaciam a sanguine Christi. Quartum et ultimum est signa talium circumcisionis quod Christus cum deus hodie circumcidi dignatus est. Voluit autem circumcidi dominus Ihesus propter multas rationes. Primo ratione sui ipsius ut veram carnem humanam se assumpsisse ostenderet. Sciebat enim inde futuros qui dicerent ipsum non corpus verum sed fantasmaticum assumpsisse. Et ideo ut eorum errorem confutaret voluit circumcidi et sanguinem emittere. Corpus enim fantasmaticum sanguinem non emittit. Secundo ratione nostri ut nos spiritualiter debere circumcidi monstraret. Duplex est enim circumcisio secundum Bernhardum quam debemus facere a nobis. Scilicet interior et exterior. Exterior in carne, interior in mente. Circumcisio exterior consistit in tribus. In habitu ne sit notabilis, in actione ne sit reprehensibilis, in sermone ne sit contemptibilis. Interior autem in tribus etiam consistit. Scilicet in cogitatione ut sit sancta, in affectione ut sit pura, in intentione ut sit recta. Hec Bernhardus. Tertio ratione nostri ut nos salvaret. Quemadmodum

enim amputatur circumcisionis ut sic totum corpus misticum salvaretur. Col. ii: Circumcisi estis non circumcisione manu ~~facta~~ facta in expo[illegible] carnis sed in circumcisione Christi. Tercio ratione iudeorum ut sint inexcusabiles. Si enim circumcisus non fuisset potuissent se iudei excusare et dicere: ideo te non recipimus quia dissimilis es patribus nostris. Quarto ratione demonum ne incarnationis misterium agnoscerent. Cum enim circumcisio fieret contra originale peccatum credidit dyabolus et hunc quem circumcidebat similiter peccatorem esse qui circumcisionis remedio indigeret. Propter eandem causam voluit ut mater sua virgo perpetua esset desponsata. Quinto ratione perfecte iusticie adimplende. Sicut enim baptizari voluit ut perfectam iusticiam id est perfectam humilitatem que est subdere se minori impleret. Sic et voluit circumcidi ut eandem nobis humilitatem ostenderet. Cum ~~aut~~ auctor et dominus legis se voluit subdere legi. Sexto ratione legis mosayce adprobandum quod erat bona et sancta. Et pro complendum quod non veniat solvere legem sed adimplere. Ro. iii. Dico enim Ihesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei. Quare autem circumcisio octava die fiebat multiplex potest ratio inde assignari. Prima sumitur penes intellectum hystoricum seu litteralem. Secundum quam sicut dicit rabi moyses maximus philosophus et theologus licet iudeus. Puer in vii diebus tante adhuc teneritudinis quante est adhuc in utero matris existens. In octavo autem fortificatur et solidatur. Et ideo ut dicitur voluit dominus parvulos circumcidi ante octavum diem ne ob nimiam teneritudinem nimium lederentur. Ultra octavum

vero ipsam circumcisionem noluit prolongari propter tres causas quas plures idem assignat. Prima ut periculum euitetur ne scilicet si nimium differretur sine circumcisione eos mori contingeret. Secundo ut dolori paruulorum prouideat. Cum enim in circumcisione maximus dolor sit uoluit eos dominus circumcidi dum puerum adhuc ymaginem haberent ut minorem dolorem ibi sentirent. Tercio ut parentum tristicie consulitur. Ita cum ex circumcisione plurimi pueri morerentur si circumcisi fuissent iam magni et exhinc mortui maior dolor fuisset parentibus quam si morirentur. octauum enim diem habentes Secunda racio sunt penes intellectum anagogicum siue celestem. Ideo enim octaua die fiebat ut daretur intelligi quod in octaua resurreccionis ab omni pena et miseria circumcidemur. Et secundum hos octo dies erunt octo etates. Prima ab adam usque ad noe Secunda a noe usque ad abraham Tercia ab abraham usque ad moysen. Quarta a moyse usque ad dauid Quinta a dauid usque ad christum Sexta a christo usque ad finem mundi Septima morientium. Octaua resurgencium. Uel per octo dies intelliguntur octo que in eterna vita possidebimus que numerat augustinus dicens Quid aliud est ego ero illorum desideriis nisi ero eis unde sacientur. ero quecumque honeste desiderantur. scilicet vita et salus. victus copia. gloria. honor et pax et omne bonum. Uel aliter per viii dies intelligitur homo constans ex corpore et anima. Quatuor enim dies sunt iiii elementa ex quibus corpus consistit. Et tres dies sunt tres potencie que sunt in anima scilicet concupiscibilis. irascibilis et racionalis Homo igitur qui nunc habet vii dies quibus vanitati eterne incommutabilitatis iungetur tunc viii dies habebit. Et in illo octauo die ab omni pena et culpa circumcidetur. Et tercia racio sunt penes intellectum tropologicum siue moralem. Et secundum hoc viii dies diuersimode sunt accipi. Primus potest esse peccati cognicio ps. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Secundus propositum deserendi malum et faciendi bonum. Quod notatur in filio prodigo qui dixit Surgam et ibo ad patrem meum etc. Tercius pudor de peccato unde apostolus Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Quartus timor de futuro iudicio unde Job Quasi tumentes super me fluctus timui deum etc. Jeronimus Nunc comedi siue bibam siue aliquid aliud faciam semper michi videtur illa uox in auribus meis insonare Surgite mortui venite ad iudicium. Quintus contricio unde Jeremias Luctum unigeniti fac tibi etc. Sextus confessio ps. dixi confitebor aduersum me etc. Septimus spes venie Nam et si iudas peccatum suum confessus fuit tamen non spe venie et ideo non est misericordiam consecutus. Octauus satisfaccio. et in hoc die completur homo circumcidi non solum a culpa sed eciam ab omni pena. Uel primi duo dies sunt dolor de perpetracione peccati et desiderium emendandi. Alii duo consistunt mala que fecimus et bona que obmisimus. Alii quatuor sunt oracio. lacrimarum effusio. corporis afflictio. elemosinarum elargicio. Uel octo dies possunt esse octo quos diligens consideracio omnem uoluntatem peccandi a nobis circumcidet. Ita quod unum diligenter consideratum una dieta faciet. Quorum vii. Unde ipse enumerat dicens Septem sunt decem ruine hominis que si homo consideraret in eternum non

pcaret sez materia vicio . opa-
to turpis . exitus flebilis . dis-
soluto miserabilis et dampnato
detestabilis reputamus per esse gla
in effabilis ¶ Quarta racio sumitur
penes intellectum allegoricum siue
spiritualem Et secundum hoc .v. primi dies erant
quinque libri moysi in quibus continetur
lex . Duo erant prophete et psalmi
Septima dies erit doctrina ewan
gelica Octaua in vij . primis diebus non
fiebat perfecta circumcisio In octaua autem
perfecta circumcisio fit ab omni cul-
pa et ab omni pena . Nunc in spe
sed tandem in re ¶ Quare autem da-
ta fuit circumcisio . vij . sunt cause
que notantur hijs versibus Cau-
tem[?] signum meritum medicina figura
Exemplum fuit olim circumcisio
dura ¶ De carne autem circumci-
sionis domini dicitur quod angelus eam ka-
rolo magno attulit et ipse eam
aquis grani in ecclesia magna sancte
marie honorifice collocauit Ka-
rolus uero illam postea fertur
carosium transtulisse Nunc autem di-
citur esse rome in ecclesia que dicitur sancta sanctorum
Vnde et ibidem scriptum legitur Cir-
cumcisa caro xpi . sandalia cla-
ra ac umbilici viget hec preco-
si clara . Et ea die fit statio
ad sancta sanctorum Sed si hoc verum est
valde utique mirandum est Cum enim
caro ipsa sit de ueritate humane
nature . credimus quod resurgen-
te xpo rediit ad locum suum
glorificatum Aliqui dixerunt
quod hoc verum sit iuxta opinionem
illorum qui dicunt id solum esse de
ueritate humane nature quod ab adam
traditum est et id solum resurgere

Notandum quod olim a paganis
et gentilibus in hijs kalen-
dis multe supersticiones obser-
uabantur que sancti etiam in christianis
vix extirpare potuerunt Quas
augustinus in sermone quodam commemorat
Credentes enim ut dicitur ianum
quendam deum esse cui in hijs kalen-
dis quasi plurimum venerabantur
et ei duas facies figurabant
vnam post se et aliam ante quia
erat terminus anni preteriti et principium
subsequentis Rursus in hijs ka-
lendis formas monstruosas
assumebant Alij vestientes se pel-
libus pecudum assumentes capita
bestiarum ex quo indicant non tantum
habitum beluinum habere quam sensum
Alij tunicis muliebribus vestiebantur
non erubescentes inserere tunicis
muliebribus militares lacertos Alij
sunt auguria obseruabant ut
focum de domo sua uel aliud quodcumque
beneficium cuilibet petenti non tribu-
ant . Dyabolicas etiam strennas
et ab alijs accipiunt et alijs tra-
dunt Alij mensas in nocte preparant
lautas et sic tota faciunt creden-
tes quod per totum anni conuiuia sibi
in tali habundantia persequent Et subiun-
dit qui de paganorum consuetudine ali-
quid obseruare voluit timendum est
ne nomen christianum eis prodesse non
possit Qui etiam stultis hominibus
ludentibus aliquid humanitatis impe-
derit peccatis eorum participem se esse non
dubitet Vos autem fratres non suf-
ficiat quod hoc malum non faciatis
sed ubicumque fieri videritis arguite
corripite castigate Hec augustinus

De Epyphania

Epyphania
domini quadrupliciter decoratur

miraclo· et ideo quadruplici
uocabulo nuncupat͛. Hodie enim
magus xp̄m adorat. Johes
baptizat. Aqua ī vinū xp̄us
mutat· et quinqȝ milia hoīm
de quinqȝ panibꝰ cibat. Tu enim
·xiij· dies magi ad eū stella
duce venert͛· et inde dr̄ epy͞a
ab epy q̄ ē sup̄ et phanos appi-
co q̄a tūc desursū stella appar͛t
sicut ipe xp̄c p stella q̄ desuper
uisa magis de͛ demstrat͛ est.
Eadē die reuolutis· xxix annis
dū iā anū· xxx^m. attigisset q̄a
hebat· xxix annos et xiij· dies
Erat enim ī cipiens q̄i annorū
xxx· ut dr̄ lucas vel s͛cdm beda
hebat· xxx· plene q̄ et romana
ecclia hēre asserit. Tunc in iam
ī iordane baptizatus ē. Et ob
hoc uocat͛ theophania a theos
q̄ ē ds̄ et phanos apparicō· q̄a tūc
dei t͛nitas apparuit. Pr̄ ī uoce
filius ī carne sp̄us scūs ī co-
lūbe spe. Ipo igit͛ die reuoluto
āno vno cū esset xxx uł xxxi an-
nor͛ et xiij· dies aqua ī vinū
mutauit. Et ob hoc uocat͛ beth-
phania a beth q̄ ē domꝰ q̄a in
domo facto miraclo uerꝰ ds̄ appa-
ruit. Ipo scilic͛ die reuoluto āno
uł xxxij· quinqȝ milia hoīm de qui-
qȝ panibus saciauit sic͛ dr̄ beda
et sic͛ dr̄ ī illo ymno q̄ sic in-
cip͛. Illuminās altissimus et ob hoc
uocat͛ phagiphania et dicit͛
a phage q̄ ē cibus siue mandu-
care. De hoc aūt q̄rto miraclo
utrū hac die ↄtigit dubitat͛. q̄a
tñ in originali bede nō sit expres-
se legit͛. Tñ q̄a Johes· vi· vbi de
hoc miraclo agit͛ dicit. Erat aūt
proximū pascha iudeorum et q̄sta
hoc quadrupx apparicō hac die
facta ē. Pma ē p stella ī pres-
o. Secūda p uocē pris ī iordanis
fluuio. Tercia p mutacōz aque
ī vinū ī quiuio. Qrta p multi-
plicacōz panū in deserto. Pma
aūt apparicō p͛cipue hodie cele-
brat͛. et ideo eiꝰ hystoriā p̄seq̄-
mr̄. Nato igit͛ dn̄o tres ma-
gi ierosolimā veniūt quor͛
noīa ī hebreo sūt apelius· a-
merꝰ damascus. Grece· gal-
galat· malgalath· sarathi
Latine Caspar· Baltesar· mel-
chior. Cuiusmoi aūt magi fuert͛
hij tripx exstat sn̄ia scdm q̄ ma-
gus maleficꝰ illusor et sapiens
dr̄. Dicūt q̄o quidā hos reges
magos ab effectu dcōs fuisse id
ē illusores sc͛z q̄ herode illusert
q̄a ad eū nō redierūt. Vn̄ dicit͛
de herode q̄a videns q̄ illusus
esset a magis et͛. Magus item dr̄
maleficus. Vnde malefici pha-
raonis dicūt͛ magi. Et inde dic͛t
crisostoꝰ hos magos uocatos·
dic͛t enim istos fuisse maleficos
sʒ p͛ea ↄuersos. q̄bus dn̄s uo-
luit natiuitatē suā reuelare et eos
ad se adducere ut p hoc peccatoribus
ueniaz p̄berz. Item magus idē
ē q̄ sapiens. Naz p̄se magus he-
brayce. scriba· grece. phus· lati-
ne sapiens dr̄. Dicūt͛ aūt ma-
gi id ē sapientes. Vn̄ magi q̄i
sapia magni. Venert͛ ergo
hij tres sapientes et reges cū
magno comitatu ierosolimā sʒ
quare magis ierosolimā cū ibi
dn̄s natus nō sit. Duplex hoc assig-
nat remigius quar͛. racōes.
Prima q̄a magi tpus natiuitatis

xpi agnoverunt sed locum ignora-
verunt. Secunda autem iherosolima erat civi-
tas regalis et in ea erat summum sa-
cerdotium suspicati sunt quod tam egre-
gius puer egregia civitate
nasci deberet. Tercia ut citius
locum nativitatis discere potuissent
cum ibi sapientes et legis periti
residerent. Quarta ut iudei in-
excusabiles manerent. Potuis-
sent enim dicere: Nos quidem locum
nativitatis cognovimus tempus autem ig-
noravimus et ideo non credidimus.
Magi quoque ~~iudeis~~ iudeis oste-
derunt tempus et iudei magis locum.
Quinta ut sic studio magorum
condempnaretur pigritia iudeorum. Isti
alienigene uni prophete crediderunt, isti pluri-
bus credere noluerunt. Isti querunt re-
gem alienum, isti non querunt proprium.
Isti venerunt de longinquo, isti man-
serunt in vicino. Isti reges successores
fuerunt balaam et ad visionem
stelle venerunt iuxta illam prophetiam
patris sui: Orietur stella ex iacob
et exurget homo de israel. Aliam
causam unde isti moti sunt ad adveni-
endum ponit Crisostomus in originali
super matheum dicens quosdam dicere
quod quidam syderum inspectores ele-
gerunt de seipsis duodecim et si quis
moriebatur filius eius aut aliquis
propinquorum eius loco substituebatur.
Hii ergo per singulos annos post
messem ascendebant in montem
victorialem et ibidem tribus die-
bus morantes se lavabant et
orabant deum ut eis stellam quam
balaam predixerat ostenderet. Quadam
vice scilicet in natalis domini dum
soli ibi manerent stella quedam
ad eos super montem venit que ha-
bebat formam pulcherrimi pueri
super cuius capite crux pendebat
que magos allocuta est dicens:
Ite velocius in terram iuda et ibi
regem quem queritis natum invenietis.
Tunc ibi continuo venire ceperunt.
Sed quomodo in tam parvo tempore scilicet in xiii.
diebus per tanta terrarum spacia ve-
nire potuerunt scilicet ab oriente in
ierusalem que in medio totius mundi esse
sita dicitur. Dicendum est secundum remigium
quod talis puer ad quem properabant
eos in tam brevi spacio perducere po-
tuit. Vel potest dici secundum iohannem quod super
dromedarios venerunt qui sunt ani-
malia velocissima. tantum currunt uno die
quantum equus in tribus. Unde dicitur dro-
medarius a dromos quod est cursus
et ares quod est virtus. Cum ergo ierosoli-
mam venissent interrogaverunt
dicentes: Ubi est qui natus est rex iu-
deorum. Non interrogant an natus sit
quia hoc credunt sed interrogant ubi na-
tus sit. Et quasi aliquis interrogasset
eos: Unde scitis hunc regem natum
esse? Responderunt: Vidimus stellam
eius id est eius nativitatis [illegible]
Vidimus inquam positam super iudeam. Vel
nos existentes in nostra regione vi-
dimus eius stellam in oriente id est
in orientali parte huius urbis sicut
dicit remigius in originali. Verum
hominem et verum regem et verum deum
confessi sunt. Verum hominem cum dixerunt
ubi est qui natus est. Verum regem cum aiunt
ubi est rex iudeorum. Verum deum cum sub-
iungunt: Venimus adorare eum. Pre-
ceptum enim fuit ut nullus nisi solus
deus adoraretur. Sed herodes audi-
ens hoc turbatus est et omnis ierosolima
cum eo. Triplici de causa rex tur-
batus est. Primo ne iudei regem
regum natum tanquam suum reciperent

tre tanquam alienigenam expelle-
rent. Secundo ne a romanis cul-
pari posset si aliquis rex uocaretur
que augustus non constituisset. Ipsi
enim ordinauerant romanum ut
nullus deus uel rex sine sui licentia
diceretur. Tercio quoniam sicut dicit Gregorius
Celi rege nato rex terre turbatur
quia nimirum terrena altitudo confun-
ditur cum celsitudo celestis aperitur.
¶ Omnis eciam iherusalem turbata est cum eo tur-
batur triplici ex causa. Primo quia impii
gaudere nequiunt de aduentu iusti.
Secundo ut regem turbatum adula-
rentur apparentes hic quod se simulant conde-
rent turbatos. Tercio quia sicut
se ventis conquacientibus sic et regi-
bus sese ad inuicem contrantibus
plus conturbatur. Et ideo ex hoc
timuerunt ne scilicet presente et futuro
rege ad inuicem certantibus perturba-
cionibus inuoluerentur. Hec racio est
Crisostomi. Tunc herodes omnes sacer-
dotes et scribas congregans sciscita-
batur ab eis ubi xpistus nasceretur.
Cumque ab eis didicisset quod in bethle-
em iude. uocatis ad se clam
magis diligenter didicit tempus stel-
le ut videlicet sciret quid faceret
si magi ad se non redirent. Dixit-
que eis ut inuento puero ei renun-
ciarent simulans se uelle adora-
re eum quem uolebat occidere. Et
nota quod cum magi iherusalem ingres-
si fuissent stelle ducatum amise-
runt et hoc propter tres raciones. Prima
ut de loco natiuitatis xpisti querere coge-
rentur. ut sic de eius ortu certi-
ficarentur tam per stelle apparicionem
quam per prophecie assercionem sicut et factum
est. Secunda quoniam auxilium querentes
humanum iuste perdere meruerunt
diuinum. Tercia quoniam signa debentur
infidelibus et ideo signum datum
est istis dum essent infideles non
debuit apparere dum essent inter
iudeos fideles. Hec triplex racio
tangitur in glosa. Cum autem iherusalem
ingressi fuissent stella antece-
debat eos usque dum uenientes staret
supra ubi erat puer. De hac autem
stella cuiusmodi fuerit tres fue-
runt opiniones quas ponit re-
migius in originali. Quidam
dicunt fuisse spiritum sanctum. ut ille qui post-
modum descendit super dominum bap-
tizatum in specie columbe apparuit
et magis in specie stelle. Alii ut
Crisostomus dicunt quod fuit angelus
ut ipse qui apparuit pastoribus
apparuit et magis. Sed ipse
pastoribus iudeis tanquam racione
utentibus apparuit in forma racio-
nalis. gentilibus non tanquam
irracionabilibus in specie irracionalis.
Alii quod verius creditur quod fuit
stella de nouo creata que peracto
suo ministerio rediit in preiacentem
materiam. Ista autem stella ut dicit
Fulgencius differebat ab aliis
in tribus scilicet in situ quia non erat
localiter sita in firmamento sed
pendebat in medio aeris proxi-
ma terre. In fulgore quia splendi-
dior. quod inde patet quia splen-
dorem eius non potuit solis sple-
dor obfuscare ymo in meridie
lucidissima apparebat. In mo-
tu quia precedebat magos more
viatoris. Non enim mouebatur
motu circulari sed quasi motu ani-
malis progressiuo et processiuo.
Cum autem stellam vidissent ga-
uisi sunt gaudio magno ual-
de. Notandum quod quasi triplex
est stella quam isti magi vide-
runt scilicet stella materialis et

spualis intellectualis. Stel-
la rationalis et stella supsba-
lis. Prima scz materialem vide-
runt in oriente. Secundam scz spuale-
lem que est fides que prius in cor
corde irradiavit. Nequaquam
enim ad visionem prime stelle
venisset in sacietatem quesisset. Hu-
nc enim fidem de hac vna te cum dixe-
rit Ubi est qui natus est. et de eius rega-
li dignitate cum dixerit Rex iudeorum.
et de eius divinitate dixerit cum quia
venimus adorare eum. Tertiam scz
intellectualem que est angelus quam vi-
derunt in sompno cum per angelum
sunt ammoniti ne redirent ad
herodem. licet secundum quandam gloz non
angelus sed ipse dominus eos ammo-
nuit. Quartam scz rationalem que
fuit beata virgo in diversorio. Quin-
tam scz supersubstantialem que fuit xpus
quem viderunt in presepio. Et de hac
quintuplici stella dicitur Et in trinitates
domini et cetera. Quilibet istorum dici potest stel-
la. De prima psalmus lunam et stellas
que tu fundasti. De secunda ecclesiastici iij. Splen-
dor celi id est hominis celestis gloria
stellarum id est virtutum. De tertia Ba-
ruch. Stelle autem dederunt lumen
in custodiis suis vocate sunt et cetera.
De quarta in ympno Ave maris stel-
la et cetera. De quinta apocalipsis ultimo Ego
sum radix et genus david stella
splendida et matutina. Post vi-
sionem prime et secunde stelle magi
gavisi sunt. Post visionem tertie ga-
visi sunt gaudio. Post visionem
quarte gavisi sunt gaudio magno
valde. Vel ut dicit glo. Ille gaudet
gaudio qui de deo gaudet qui vero
est gaudium. Et addidit magno
quia eo nichil maius est. Et addidit
valde quia de magno potest aliquis et
alius gaudere. Vel per hoc in bonum
exaggeracionem voluit unde evan-
gelista hanc plus gaudet de rebus
perditis et inventis quam de
semper possessis. Cumque dominica-
lam intrassent et puerum cum matre
invenissent flexis genibus singuli
hec ei munera optulerunt scz au-
rum thus et mirram. Hic exclamat
augustinus dicens O infancia cui
astra subduntur cuius est iste mag-
nitudinis et super gloriae cuius
pannos et angeli opulantur. sy-
dera obsequuntur. et reges tre-
pidant et sectatores sapientie ge-
niculantur. Stupeo cum video pan-
nos et intueor celos estuo
cum aspicio in presepio mendicum
et super astra preclarum. Item bernhardus
Quid facitis o fratres. lacta-
te puerum adoratis in tugurio
vili. in vilibus pannis. Ergo
nec deus est iste. Quid facitis
qui aurum offertis. ergo rex est
iste. Et ubi aula regia. ubi
thronus. ubi curie regalis freq-
uencia. numquid aula est stabulum. thro-
nus presepium. curia frequencia
yoseph et maria. Insipientes fa-
cti sunt ut fierent sapientes. De hoc
dicit sic hylarius in libro de trinitate
Parit virgo sed partus a deo est. In-
fans vagit laudantes angeli
audiuntur. panni sordent deus ado-
ratur. Itaque potentis dignitas
non amittitur dum carnis humilitas
predicatur. Ecce quo in xpo puero
non tantum fuerunt humilia et infirma
scz eciam divinitatis sublimia et
excelsa. Bernhardus. Iam iam conspicitur

ad hebreos Respicis anima
xpi. Vide presepe et celum uagientem
in presepio intuendis infantem sed an-
gelos simul ausculta laudan-
tes Herodes persequitur sed adorant
magi. Ignorant pharisei sed
stella denunciat Baptizatur
sed vox desuper tonantis auditur
Aquis immergitur sed columba
descendit ymo spiritus in columba
Quare autem magi huiusmodi
munera ~~obtul~~ obtulerunt
multiplex est racio. Prima quia tradi-
cio antiquorum fuit ut dicit re-
migius ut nullus ad deum vel ad
regem uacuus intraret. Hec
autem et caldei talia munera con-
sueuerunt offerre Secunda quia beate
virgini aurum obtulerunt propter in-
opie subleuacionem. thus contra
stabuli fetorem. et mirram propter
uermium expulsionem. Tercia
Aurum ad tributum thus ad sacri-
ficium mirra ad sepulturam perti-
net mortuorum per hec ergo tria in-
timatur regia potestas et humana
mortalitas Quarta quia aurum
significat dilectionem. thus oracionem. mirra
mortificacionem. Et hec tria xpo
debemus offerre. Quinta quia per
hec tria signabantur tria que erant
in xpo scilicet diuinitas preciosissima
caro integra et incorrupta.
anima deuotissima hec tria signaba-
tur per illa tria que erant in archa
Nam virga que floruit caro
xpi que resurrexit psalmista Refflo-
ruit caro mea etc. Tabule
vbi erant scripta precepta. Anima
in qua omnes thezauri sapiencie
et sciencie dei sunt absconditi. Man-
na diuinitas que habet omnem saporem
et omnem suauitatem. Diuinitas
ergo que est preciosior omnibus metallis
intelligitur. diuinitas preciosissima
per thus anima deuotissima quia
thus significat oracionem et deuocionem prout
Dirigatur oratio mea etc. per mirram
que conseruat a corrupcione caro
incorrupta Admoniti autem
magi in sompnis ab angelo
ne redirent ad herodem per aliam vi-
am reuersi sunt in regionem suam
Ecce quo magi perfecerunt Nam
stella duce venerunt per herodem
primo per prophetam edocti fuerunt
Angelo duce redierunt et in xpo
quieuerunt Horum corpora me-
diolani in ecclesia que nunc est fratrum
predicatorum et uocatur ecclesia sancti
eustorgii quiescebant sed hodie
Colonie requiescunt etc. De sancto paulo etc. Hic
Paulus primus heremita ut testatur ieronimus qui Hier:
eius vitam conscripsit feruente de-
cii persecucione heremum adiit ibi-
que in quadam cripta xl annis
ignotus hominibus affugit. Et
eo siquidem tempore duo iuuenes xpi-
ani comprehenduntur. quorum vnus toto
corpore melle perungitur et sub
ardore solis aculeis musca-
rum crabronum et vesparum
lacerandus exponitur. Alter
uero mollissimo lecto imponitur et
in loco amenissimo collocatur
vbi aeris erat tepiditas. riuu-
lorum sonitus. cantus auium
et florum olfactus funibus tamen
floreis coloribus obtectis
vinculis constringitur ut ma-
nibus vel pedibus se iuuare
non posset Ad est quedam iuue-
ncula corpore pulcherrima.

Hic Nam post corpora primo per Helenam Constantini
matrem rapta, in Constantinopolim translata: postea
per Sanctum Eustorgium Episcopum in Mediolanum sunt
translata. Deinde per Henricum Imperatorem
post Mediolanum pessundatum, in Coloniam super
Rhenum fluvium sunt delata, ubi in magna
veneratione a populis devotione conservantur.

et impudica ac impudice tract-
tantem iuvenis amore sui repleta
Cum autem ille in carne motus
contrarios sentiret nec haberet
arma quibus se ab hoste erueret
linguam propriam dentibus suis in-
cidit et in faciem impudice expuit
et sic triumphum laude dignum
meruit. Hos et alios penis
sanctus paulus territus heremum pe-
tiit. Eo tempore dum anthonius primum
se inter monachos heremitam
cogitaret in sompnis alium multo
se meliorem heremitam esse didicit
Qui dum eum per silvas inquireret
obvium habuit ypocentaurum ho-
minem equo mixtum. qui viam dex-
tram ei demonstravit. Post modo-
dum obvium habuit animal ferens
fructus palmarum superius ymagi-
nem hominis in signum. deor-
sum vero capre formam habens. quem
dum per deum iurasset ut sibi
diceret quis esset. Respondit se esse
satyrum deum silvarum secundum erro-
rem gentilium. Postremo ob-
viavit ei lupus qui eum ad cellam
sancti pauli perduxit. Paulus autem
anthonium presentiens hostium
sera clausit. Ut sibi aperiat.
asserens se nunquam inde recessurum
sed ibi potius moriturum
Victus paulus ei aperuit sta-
timque ambo in amplexus ruunt.
Cumque prandii hora esset corvus
duplicatam partem panis attu-
lit. Cumque demiraretur anthonius
respondit paulus quod deus sibi
omni die taliter ministrabit et
annonam propter hospitem duplica-

vit. Pia lis oritur inter eos quis
magis dignus esset dividere pa-
nem. Defert paulus hospiti
anthonius seniori. Tandem uterque
manum apponit et panem divi-
dunt. Cum anthonius
rediens celle sue appropinquaret
vidit angelos animam pauli depor-
tantes. Qui velociter rediens
invenit corpus pauli flexis
genibus in modum orantis e-
rectum ita ut ipsum vivere exis-
timaret. Sed cum vere mortuum di-
dicisset dixit. O sancta anima quod gere-
bas in vita in morte demonstrasti.
Cum autem non haberet unde sepul-
turam faceret. ecce duo leones
venerunt et foveam paraverunt.
sepulto autem eo ad silvam re-
dierunt. Anthonius autem tunicam
pauli ex palmis contextam assump-
sit qua postmodum in sollempnita-
tibus utebatur. De sancto hylario

Hylarius dicitur quasi hyla-
ris. quia in servitio dei valde
hylaris fuit. Vel dicitur hylarius
quasi alarius vel altus et arcens
virtus. quia fuit altus in scientia
et virtuosus in vita. Vel hyla-
rius dicitur ab yle quod est primordia-
lis materia que obscura fuit.
Ipse enim in dictis suis magnam
obscuritatem habet et profunditatem.

Hylarius pictavorum urbis
episcopus regionis aquitanie ori-
undus quasi refulgens lucifer
inter astra processit. Hic uxorem
primitus habuit et filiam et laycali
habitu vitam monasticam ducebat.
Tandem in scientia et vita proficiens
in episcopum est electus. Cum igitur beatus
hylarius non solum civitatem
suam sed etiam totam Franciam ab-

[illegible marginal note]

hereticis defenſarz Ad ſuggeſ-
tionē duorū epōꝝ q̄ hereſi fuerat
depravati · ab imꝑatore q̄ hereti-
corū fautor erat cū bō euſebi-
o vercellenſi epō ē i exiliū rele-
gatus Demq̄ cū ubiq̄ arria-
na hereſis pullularz · et ab ipa-
tore licencia data eſſz ut omēs
epi convenirēt et de ueritate fi-
dei diſputarēt Cū ſcūs hylari9
adueniſſz ad petiaz epōꝝ qui
ei9 eloquenciaz ferre nō pote-
rant pictavia redire cōpellit̄
Cū aūt ad inſula gallinariaz
que tota plena erat ſerpētib9
applicuiſſz et i ipaz deſcendiſſet
omēs ſerpentes ex ſui viſiōe
fugabāt et i medio iſule pa-
lū fixit · nec amplius ē illis
libertas occupāe Cū g° pic-
tavi eſſz quedā i fante ſine
baptiſmo defunctū ad vitam
reſtituit Nā cū diu iacuiſſet
ī orōne duob9 pit̄ ſurgerēt
Ille de orōne et infans de mor-
te Cū aūt apra filia ei9 ma-
ritū velz accipe hylarius pr-
cibus ei ꝑdicavit et ſacre vgi-
nitatis ꝓpoſito cōfirmavit Qua
illa firma cōſiderās et nō alique
flecteret̄ formidās dnm i ſtaci9
exoravit ut eam ad ſe reciperz
nec ultra viue ꝑmitterz Quod
et fcm̄ ē Nā ꝑ9 dies paucos
ad dnm migravit · quā ipe ꝓ-
prijs manibus ſepelivit Quod
mr bte apre conſiderans epm
rogavit ut ſ ip̄ et filie impetra-
ret Quod fecit et ipaz orōne
ſua ad regnū ꝑmiſit Eo tpe
leo ppa heticorū ꝑfidia depra-
vatus oēm epōꝝ cōcilium cōvo-
cavit Quibus quocantis hyla-
rius nō vocatus advenit Quod
audiens ppa precepit ne alqs ſibi
aſſurgerz nec aliquē locū darz
Cū g° ingreſſus fuiſſz dixit ad eū
ppa Tu es hylarius gallus Et
ille Nō ſum gallus ſz de gallia
id ē nō ſū de gallina natus ſz
de gallia epūs Cui ppa Et ſi
tu es hylari9 de gallia Ego ſū
leo romane ſedis aplicus et
index Cui hylari9 Et ſis leo
ſz nō leo de tribu iuda Et ſi in-
dicās reſidens ſz nō i ſede
maieſtatis Tunc ppa cū idig-
natiōe ſurrexit dicens modicū
ꝓſtolare donec redeam et tibi
ut meruiſti reddā Cui hylari9
Si nō redieris quis ꝓ te reſpōdeb9
erit Et ille cōtinuo redibo et ſu-
perbiam tuā humiliabo Cūq̄ ppa
ad ſecreta nature iiſſet diſſenteria
arripit et oia i teſtina ꝑdiquens
miſerabiliter vitā finivit Interea
videns hylari9 q nullus ei aſſur-
geret paciēter ſeus i tra poſuit
ſe dicens Dni ē tra Statiq̄
nutu dei tra quā inſedebat
ſurſū ſe extulit et uſq̄ i equa-
litate epōꝝ ſe levavit Cūm
igit̄ ppa miſerabiliter moriaretur
defunctus aſſurgens hylarius
omēs epōs i fide catholica cōfirma-
vit et cōfirmatos ad ꝓpria
remiſit Hoc aūt miraculum
de morte leonis ppe dubitacōz
hȝ tū q̄a hiſtoria ecclīaſtica nec
tripartita de hoc nihil loquitur cū quia
aliquē ppam talis nōis tūc
fuiſſe cronica nō teſtatur · cū q̄a
ſcō9 dicit Eccīa romana eccīa ſe-
immaculata ꝑmanſit et i futuro
ꝑmanebit ſine ulla heticorū
inſultacōe Tandem milites mia-

culis perpetratis cum beatus hylarius
in firmitate obitum suum imminere
cognosceret leoncium presbiterum quem
magis diligebat et nocte immi-
nente ut foras exiret ammonuit et
si quid audiret ut renunciaret im-
peravit. Ille iussa complens vox
adhuc tumultuantis se au-
disse referens exponit. Et dum
cum eo vigilaret finem eius exspec-
tans media nocte iterum iubet
exire et quid audiret iterum re-
ferret. Qui cum nichil se audisse re-
nunciasset mox nimia claritas
quam eciam presbiter sufferre
non potuit ad eum intravit et
sic paulatim recedente lumine ad
dominum migravit etc.

De sancto Machario

Macharius
dicitur a macha quod est ingenium
et ares virtus vel a macha quod est
percussio et rio magister. Fuit enim in-
geniosus contra demonum falla-
cias virtuosus quantum ad vitam
percussio in domacione corporis magister
in regimine prelacionis. Macharius
abbas descendens in sichym et in-
travit dormire in monumento ubi
erant sepulta corpora paganorum
et erexit unum corpus super caput
suum tamquam pluvinarium. Denique
demones volentes eum terrere
vocabant quasi unam mulierem dicentes
Surge veni nobiscum ad balne-
um. Et alter demon sub ipso tamquam
ex mortuo illo dicebat peregri-
num quendam habeo super me non
possum venire. Ille autem non ex-
pavit sed tundebat illud corpus di-
cens Surge et vade si potes.
Quod audientes demones fuge-
runt clamantes vicisti nos.
Dum aliquando abbas macharius
per paludem ad cellam suam pergeret oc-
curreit ei dyabolus cum falce messo-
ria et volens eum percutere sed non po-
tuit et dixit ei multam violenciam
patior a te o machari quia non pos-
sum prevalere adversum te. Ecce enim
quicquid tu facis et ego facio. Ieiu-
nas tu et ego non comedo. Vi-
gilas et ego omnino non dormio
unum est solummodo in quo me superas.
Et dixit abbas hoc est illud. Cui ille
humilitas tua propter quam non prevaleo
super te. Abbas macharius
vidit sathanam transeuntem in specie
hominis et habentem vestimentum line-
um laceratum per omnia foramina
pendebant ampulle. Et dixit
ei Quo vadis. Cui ille vado
potionare fratres. Cui abbas Quare
tot ampullas portas. Respondit
gustum fratribus porto et si unum
alicui non placuerit offeram a-
liud et si nec illud tercium ut sic per ordinem aliquod
placeat. Et cum rediret dixit ei
macharius Quid fecisti. Respon-
dit Omnes sanctificati sunt et nemo
acquiescit michi nisi unus qui vocatur theo-
ctistus. Surgens autem macha-
rius illuc ivit et fratrem tempta-
tum invenit sua cum exhortacione
convertit. Postquam hic iterum macharius
eum inveniens dixit Quo vadis.
Cui ille ad fratres vado. Reverten-
ti occurrit senex et dixit Quid
faciunt fratres illi. Cui dyabolus
male. Et dixit macharius Quare.
Quia omnes sancti sunt. et quod est ma-
ius malum unum quem habebam
amisi et omnibus sanctior est factus.
Hoc audiens senex gracias
egit deo. Quadam die sanctus
macharius caput defuncti reperit
et dum orasset interrogavit cuius
caput esset. Et respondit se fuisse pa-

ganiud. Et dixit ei machairus vbi
eſt aīa tua. Rñdit. In inferno
Cuiq; requireret ſi multum in pfun
do eſſet. Rñdit. q tm̄ erat ī pfū
do quantū diſtabat celū n̄ ultra
ul' t'ra a celo. Cui machai9
Ꝑcipit ne aliq te pfundiores ſun
dit. Etiā judei. Et iᵉ. Et ult'
iudeos ſūt ne aliq pfundio
res. Cui ille pfundiores oīb9
ſūt falſi xani q ſanguine xpi
redempti tm̄ ptiū puipedūt
¶ Dum p q̄ndam ſolitudinem
pfundiſſimā pgeret ad q̄libꝫ
miliare arundinē figebat ut
p tpmodū redire ſciret ſꝫ dia
bolus nouē dietis feciſſꝫ ī in
quodam loco quieſceret ipſa ūbus
omnes arundines collegit ī ad
capᵗ ei9 poſuit. Quadā vice
cū pulice ſe pungente manu
occidiſſꝫ ī multū ex illo ſāgnis
emanaſſꝫ rephendēs ſe q̄ ppriā
vindicaſſꝫ iniuriā. Nudus
ſex menſibus ī deſerto manſit
ī aſtro bombicis totus laceratus
exiuit. Poſt hec multis clarus
uirtutibus in pace quieuit. Fel
De ſcō Felice in pincis
Felix pnoīe in pincis dr̄
a loco ī quo requieſcit. ul'
a ſubulis cū quib9 paſſus eē
phibetur. Nā picta ſubula dī
cunt cum q cū magr puerorꝫ
extitiſſet ī eis nimiū rigid9
fuiſſet tentus a paganis cum
xpm libere ꝯfiteret' traditus fuit
ī manibus puerorꝫ quos ipſe do
cuerat qui eū cū ſtilis ī ſubu
lis occiderunt. ¶ Ecclia magis
tenere videtur q n̄ martir exti
tit ſꝫ confeſſor. Hic ad quēcūqꝫ
ydolū ducebatur ut ei ſacrifica
ꝛʒ in illud exſufflauit et

ꝯtinuo corruebat. Huic ī ali
us erat frater q̄ felix ſilr̄ dicebatur
cūqꝫ etiā ipſe adorare ydola co
geret' dixit. Inimici eſtis deorꝫ
vroꝝ. ſtā ſi me ad illos duxe
ritis ī eos ſicut fratr' meus exſuf
flabo ī corruent. Excolebat
aūt ortum quidā vir olera cui9
rapere cupientes dū furtū
face cogitabat totā nocte or
tum diligentius excolebat. Ma
ne a ſancto ſalutati peccatū ſuū
confitentes ad ppria redierunt.
Venientes aūt gentiles ut eū
tenerent manus eorꝫ dolor nimi
us apphendit. Qui cū ulula
rent dixit eis. Dicite xpus
deus ē et ꝯtinuo dolor uos
dimittet. Quibus dicentibus
ſanati ſunt. Pontifex ydolorꝫ ad
eū venit dicens. Dñe certe d's
meus ut te venientē vidit ꝯtinu
o fugā arripuit. Cui ille dixit
Quare fugis. At ille virtute hui9
felicis ferre nō poſſū. Si ergo
d's meus ita te timet quāto ma
gis ego te timere debeo. Quē
cū felix ī fide ī ſtruxiſſꝫ bap
tizari ſe fecit. Adorantibus aūt
apolline dixit felix. Si uer d's
ē apollo dicat m̄ quid ego
ī manu clauſū nunc teneo.
Habebat aūt ī manu cedulā
in qua oro dñica erat ſcripta
Quo nil rn̄dente gentiles
ꝯuerſi ſunt. Tandē miſſa cele
brata ī ppl'o data pace ī pa
uimentū ī orone ſe pitiens
migrauit ad dominum. Fel
Sequitur de ſcō marcello

11

[illegible marginal note]

Marcellus dicitur quasi arcens mala vel marcellus quasi maria percellens id est mundanas adversitates percutiens et conculcans. Marcellus cum pater laodicinus praefectus iussisset beatum Sisinnium dyaconum suis asperitibus puniri qui cum punitus esset ab approximacione quietacionem subito lux de celo facta est et vox exiit dicens: Venite benedicti patris mei etc. Tunc approximatus accidit ad pedes Sysinii et dixit ei: Adiuro te per Christum quem confiteris ne tardas me baptizare quod et fecit et adduxit eum ad beatum Marcellum episcopum. Marcellus cum rome summus pontifex esset et Maximianum imperatorem de nimia sevicia in christianos increparet et in quadam domo cuiusdam matrone in ecclesia consecrata missam ageret iratus imperator domum illam fecit stabulum iumentorum et ibidem Marcellum eundem cum custodia ad servicium animalium deputavit. Ibique sic in captivitate per multos annos in domino quievit.

De sancto Anthonio

Anthonius dicitur ab ana quod est sursum et tenens quasi superna tenens et mundana despiciens cuius vitam athanasius scripsit. Anthonius cum XX[ti] esset annorum et audiret legem in ecclesia: Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Omnia sua vendens pauperibus erogavit et heremiticam vitam duxit. Hic innumerabilia demonum temptamenta sustinuit. Quadam vice dum spiritus fornicationis virtute fidei superasset dyabolus in specie pueri nigri ante eum prostratus apparuit et se ab eo victum confessus est. Ista a deo precibus impetravit ut videret fornicationis demonem iuvenibus insidiantem. Quem cum in predicta forma vidisset dixit: Vilissima mihi apparuisti ideo te ultra non timebo. Alia vice dum in quodam tumulo latitaret multitudo demonum eum adeo laceravit quod minister eius eum quasi mortuum super humeros apportavit. Cum omnes convenirent quasi mortuum plorarent dormientibus cunctis subito Anthonius revixit et ministro ad predictum tumulum se iterum portari fecit. Qui cum ibi ex dolore vulnerum prostratus iaceret ex virtute animi ad conflictum demones provocabat. Tunc in formas variarum ferarum apparuerunt et eum iterum dentibus cornibus et unguibus crudelissime laceraverunt. Tunc subito splendor mirabilis apparuit et demones cunctos fugavit. Anthonius autem continuo sanatus est sibique Christum intelligens esse, ait: Ubi eras ihesu bone ubi eras? quare a principio non fuisti hic mecum ut vulnera mea sanares? Cui dominus: Anthoni hic eram sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicasti in toto orbe te faciam nominari. Tanti autem fervoris erat quod cum Maximianus imperator christianos occideret ipse martires sequebatur ut cum eis martir fieri

Despiciat [illegible] [illegible]: [illegible]
[illegible], [illegible], [illegible] & [illegible]
De his dicit Augustinus: O munde immunde
[illegible]: [illegible]
[illegible] [illegible]: quid faceres si [illegible]
[illegible] dulces, [illegible]
[illegible] alimenta mentiris.

finis

moreret. Et uehement dolebat
eo q ei nuntiu no dabat ¶ Alia
altera vice hemu pgrez argen
teu discu repit et int ſe ſic di
ce cepit Unde hic argenteus
diſcus ubi hominu veſtigia nlla
videntur. Si eni viatori cecidiſ
ſet utiq pſui magnitu latere no
poſſz. Hoc dyaboli artificiu tuu
e. uolutate mea nuqua potis
immutare Et hec dicens diſcus
ut fumus euanuit. Deinde poſtmodu
ingente maſſaz auri repit. ſz
ut incendiu aurz fugit. Sicqz
admontem fugiens xx anniſ
ibi permanſit in nuis chorusca
miraculis ¶ Quadā vice dū
ſpu raptus eſſz totu mudu
laqueis ſeſe inuice nectetibꝰ
plenu vidit. Qui exclamas ait
Quis iſtos euadz laqueos. Et au
diuit. Humilitas ¶ Aliqñ du
ab angelis i aera leuaret. aſ
ſit demones et eius tranſitu phi
bentes pccā eius ab exordio na
tiuitatis obicientes Quibus
angeli. Non debetis illa nar
rare que xpi ia pietate deleta
ſut Si qua aut ſatis exquo factus
e monachꝰ illa pfertis Et cu
i platone deficerent liber an
thonius i ſublime tollitur et liber
deponitur. ¶ Narrat anthoniꝰ
dicens de ſe vidi aliqñ dyabolū
celſu compare q ſe dei virtute
et dei prudentiaz auſus e dicere
Et ait Quid uis a me dem ẽ
anthoni. Et ego ſputo i os eius
ꝯiciens me totu meu xi noie
armatꝰ ingreſſi et ſtatī euanu
it ¶ Dyabolus aliqñ in

tanta pceritate apparuit q celum
capite tangere videretur. Quē cū
anthonius quis eſſz interrogaſſet
et ipe ſathana ſe eſſe dixiſſz. ad
didit ſathanas Cur me ſic im
pugnat monachi et maledicut
xiani. Cui anthonius Juſte hec
faciunt. qa ſepe tuis inſidijs mo
leſtant. Et ille Ego neqꝗ̃
eos moleſto ſz ipi ſe ad iuice
pturbat Ego eni ad nichi
lum ſu redactus. qa ia i cuc
tis ptibus regnat xpc ¶
Quida ſagittarius beatu antho
niu cu fribus gaudētē ꝯſidez
vice ꝯſpexit et ei diſplicuit et
dixit. Pone ſagitta in arcu et
trahe Quod et fecit Cuqz hoc
ſcdo et tercio fieri mandaſſz dixit
ſagittarius Tantu trahere po
tero q de eius fractione dolebo
Cui anthonius Sic et i ope dei.
ſi ſup menſura tende uel
lemꝰ citius frangem. Expe
dit ergo rigorem aliqñ relaxari
Hoc audiens ille edificatus
receſſit ¶ Interrogauit qidam
anthonium dicens Quid cuſ
todiens placebo deo Et re
ſpondens dixit Quocuqz uadis
ſemp deum poculis habeas In hijs
que agis teſtimonium ſacraꝝ
ſcripturaꝝ adhibeas In quocuqz
loco ſederis no inde cito re
cedas. Hec tria cuſtodi et ſalu⁹
eris ¶ Abbas qidaz interrogauit
anthoniu dicens Quid faciā
Cui anthonius Non ꝯfidas i tua
iuſticia. Sed ubi ſit
ꝯtinencia et ne peniteaꝛis
de re tranſacta. Dixit anthoniꝰ

Sicut pisces si in sicco tardaue-
rint moriuntur. Ita et monachi extra
cellam tardantes. aut cum viris
secularibus commorantes a quietis
proposito resoluuntur. Qui sedet in
solitudine et quiescit a tribus bel-
lis eripitur. id est auditus lo-
cucionis et visus et sit una tan-
tummodo pugna habebit scilicet cordis
¶ Quidam fratres cum quendam ad ab-
batem antonium visitandum ire-
nt. Dixitque anthonius fratribus
Bonum comitem habuistis senem hunc
Dixit deinde seni. Bonos fra-
tres invenisti tecum. Abbas. Bo-
nos quidem inveni sed habitacio eorum
non habet ianuam. Quicumque vult
intrat stabulum et soluit asinum
Hoc autem dicebat quia quecumque
erant in corde cito exibant in ore
Dixit abbas anthonius. Scire
debetis quia tres sunt motus carna-
les. Unus quidem naturalis. alius ex ci-
borum plenitudine. tercius ex demone
¶ Frater quidam renunciauit seculo sed non
plene. quia quedam bona adhuc re-
tinebat. Cui anthonius. Vade
et eme carnes. Et portans car-
nes canes dum veniret lace-
rabant eum. Cui anthonius. Qui
renunciat seculo et vult habere
pecuniam ita a demonibus impug-
natus dissipatur. ¶ Anthonius
dum in heremo tedio afficeretur dixit
Domine volo saluus fieri et non per-
mittunt me cogitaciones mee. et
surgens exiuit foras. et vidit
quendam sedentem et operantem. de-
inde surgentem et orantem. Erat
enim angelus domini et dixit ei. Sic
fac et saluus eris ¶ Cum quidam

vite fratres de statu animarum quesiuisset
sequenti nocte inuocauit eum vox
dicens. Surge exi et vide. Et ecce
vidit quendam longum et terribilem caput
usque ad nubes tollentem et quosdam
pennatos ad celum volare cupien-
tes extensis manibus prohibebat. et
alios libere peruolantes retinere
non poterat. et maximum gaudium mix-
tum cum nimio dolore audiebat. Et
intellexit diabolum illum esse qui ascensum
et illum dyabolum prohibentem quos-
dam obnoxios retinere. et de
sanctis volantibus quos retinere non pote-
rat sic dolere. Aliquando dum cum
fratribus operaretur suspiciens in
celum cum tristem visionem vidisset
prouolutus ante deum rogauit ut fu-
turum scelus auerteret. Fratribus vero
super hoc interrogantibus cum lacri-
mis et singultibus dixit. Quod
inauditum scelus seculis imminet
Vidit inquit altare dei ambitum
circumstantium qui calcibus omnia dis-
sipabat. Magno turbine fides
catholica subuertetur. et homines
iumentis similes christi sacramenta
diripient. Facta est vox dicens
Abhominabitur altare meum. Post
duos annos erumpentibus aria-
nis ecclesie vnitatem sciderunt. bap-
tismum et ecclesias polluerunt. et
super altaria christianos instar
ouium mactauerunt. Dux quidam
egipciorum nomine balacius dum ita
ecclesiam infestaret ut virgines et
monachos nudatos verberaret pu-
blice. Tunc ei scripsit anthonius
Video iram dei super te venientem
iam desine persequi christianos ne
ira dei te occupet que proximum
tibi minatur. Statim infelix epi-
stolam legere misit et in eam

i oratõibus ad terram grrueret ac por-
titores uberibus multis affiderent
anthonio talia remandauit Quoniam
tanta est tibi cura de monachis ad te
quoque perueniet nisi disciplina
rigoris. Aderat quidam aut dies et
equum suum mansuetissimus insedens
morsu ipsius equi ad terram pro
iacitur corrosisque ac laceratis
cruribus infra triduum expirauit.
Cum quidam fratres uerbum salutis
ab anthonio quesiuisset Ille
ait. Audistis dominum dicentem Si
quis percusserit te in una maxillam
prebe ei et alteram. Dicunt ei hoc implere
non possumus. At ille. Saltem de una
patienter ferte. Et ille. Etiam nec
hoc possemus. Quibus anthonius
Saltem non uelitis magis percutere
quam percuti. Et illi. Nec hoc possemus
Tunc anthonius dixit discipulo suo.
Simeas (?) para fratribus istis quia
nimis delicati sunt. Sola oratio
necessaria est nobis hec in uitas
patrum leguntur. Centesimo quinto
anno uite sue fratres deosculans
in pace quieuit etc. De sancta prisca
B Edta prisca ciuis romana
B clarissimis parentibus orta.
tertiodecimo etatis sue anno ab
apparitoribus ad claudium impera
torem adducta est. Qui iussit eam
templum appollinis ingredi ut
ei sacrificaret. Qua in eodem templo
orante terremotus factus est magnus
et tota ciuitas concussa est et appol
lo cecidit et comminutus est Et
quarta pars templi ruit et oppressit
multos uero paganos cum sacerdoti
bus ydolorum. Deinde expoli
ata et cesa et in carcere clausa

per totam noctem ymnum canebat.
et glorificabat dominum in uisitatione an
gelica confortata. Mane uero
educta de carcere pinguedine adi
pis fuerit iubetur perungi et mini
me lesa iussa est iterum ingredi tem
plum et sacrificia offerre. Qua
signum crucis faciente et orante
tonitruum factum est. Et cecidit ig
nis de celo qui combussit populum circum
stantem et purpura imperatoris
aperte dextera et ydolum redactum
est in fauillam. Tunc imperator ius
sit perfecto cum uncinis ferreis
totum corpus eius dissipari. Post us
uero iussit eam spatiis membra
eius incidi. Dehinc bestias
ferocissimas que eam excerperent
exhiberi. Que orationi in mansue
tudine sunt conuerse. Tunc carni
fices tam diu carnes eius ra
serunt donec ad ossa pertingerent
Ipsa uero orante brachia eorum
doluerunt et sic a tormentis ces
sauerunt. Et Tunc imperator fe
mes in tergum iussit eam igni
comburi. Qua pluuia magna
de celo facta est et penitus est extinc
tus. Tunc iratus imperator coma
capitis eius iussit radi in qua ac
debet magica arte consistere Post
hec inclusit eam in templo ut
ibi fame deficeret. Die autem
tertio in conspectu uidetur ancilla christi
quod angelico solatio fuerat refe
cta et ydolum deiectum et commi
nutum. Et iratus nimis iussit
eam capite puniri. Educta autem
uia ostiensi miliario decimo ab
urbe decollata est. Et christiani
occulte in eodem loco sancto sepelierunt

honorifice est sepulta. Ubi nunc
pro merito temporis fabricata est
ecclesia etc. De sancto Fabiano

Fabianus dicitur quasi fabricans be-
atitudinem supernam id est ea-
m acquirens. Fabianus civis
romanus fuit. Et cum papa defunc-
to pro alio eligendo plures convenissent
inter eos et ipse venit rei ex-
itum scire volens. Et ecce colum-
ba candida super caput eius descen-
dit. Quod cum omnes mirarentur
ab eis in papam eligitur. Hic ut ait
Damasus papa per omnes regiones
septem dyaconos misit ut eis-
dem subdiaconos tradidit qui
omnium gesta martirum colligerent
Tandem pontificatus sui anno xiii.
iussu decij capitis obtruncacione
martirio coronatur. Hic ut ait Ha-
ymo Imperatori Philippo volen-
ti interesse pasche vigilijs et co-
municare misterijs restitit nec quo-
usque peccata confiteretur et inter peni-
tentes staret interesse permisit

De sancto Sebastiano

Sebastianus dicitur
a sequens et beati-
tudo et asti quod est civitas et ana
quod est sursum quasi sequens beatitudinem
civitatis superne. Vel dicitur sebas-
tianus a basto. Unde miles christi
equus ecclesia. bastum sive sella. Sebas-
tianus quo cessante christo in ecclesia
militavit et per multos martiribus
victoriam obtinuit. Vel sebasti-
anus interpretatur vallatus. Unde undique
sagittis tamquam hericius fuit
circumdatus. Vel circuiens quia omnes
martires circuibat et omnes conforta-
bat. Sebastianus vir christia-
nissimus narbonensis genere civis
mediolanensis dyocleciano et
maximiano imperatoribus adeo
carus erat ut principatum prime
cohortis ei traderent et suo as-
pectui iuberent semper astare.
Hic militarem clamidem ad hoc
tantum gerebat ut christianorum animos
quos in tormentis videbat deficere
confortaret. Dum autem preclarissimi
viri marcellianus et marcus ge-
mini fratres pro fide christi decollari
deberent ad eos parentes adve-
nerunt ut eorum animos a suo
proposito revocarent. Advenit igitur
mater et soluto capite scissisque
vestibus uberibusque ostensis aie-
bat. O dulces filij circumdat
me inaudita miseria et intolle-
rabilis luctus. Heu me miseram
amitto filios ad mortem ultro
tendentes. Quos si michi hostes au-
ferrent per media sequerer bel-
latores. Si violenta iudi-
cia recluderent carcerem rumperem
moritura. Novum hoc pereundi genus
est in quo carnifex rogatur ut fe-
riat. vita optatur ut pereat. mors
invitatur ut veniat. Novus hic
luctus nova miseria in qua na-
torum iuventus sponte amittitur
et parentum infelix senectus co-
gitur ut vivat. Hec
dicente matre pater senior manibus
adducitur servulorum et capite
asperso pulvere huiusmodi voces da-
bat ad celum. Ad mortem ultro
proficiscentibus filijs valedicturus
adveni ut quod mee sepulture pa-
raveram in filiorum sepulturas ex-
pendam. O filij mei baculus
senectutis et geminum meorum
viscerum lumen cur sic mortem di-
ligitis. Venite huc senes et

metum ſuper filios plangite Sunt
attendite preces et prohibete ne
talia patiamur Deſinite plo=
rando oculi mei ne videam
filios meos gladio cedi Hoc
dicente patre adveniunt coniuges
aſpectibus ipſorum filios offeren=
tes atque eiulando clamantes
Quibus nos dimittitis quis erunt
domini infancium dm Nos largas
vrias dividere poſſeſſiones Heu
quam ferrea pectora qua parentes
deſpicitis amicos reſpuitis
uxores abicitis filios abdi=
catis et vos carnificibus ſpon=
taneos exhibitis Inter hec
ceperunt illorum corda molleſcere
Tunc ſanctus ſebaſtianus qui ibidem
aderat erumpens in medium dixit
O fortiſſimi milites Christi nolite
per miſera blandimenta coronam de=
ponere ſempiternam Et parentibus
dixit Nolite timere non ſeparabun=
tur a vobis ſed vadunt parare vobis
ſydereas manſiones Iam ab
initio mundi hec vita ſe cre=
dentes fefellit ſe expectantes
decepit de ſe preſumentes irriſit
et ideo nullum omnino certum reddit ut
omnibus probaretur eſſe mentita Hec
vita amonet furem ut rapiat
iracundum ut ſeviat mendacem
ut fallat Ipſa imperat crimina iu=
bet facinora ſuadet iniuſta Hec
autem perſecutio quam hic patimur
hodie exardeſcit et cras re=
frigeſcit Sub una hora in=
ducitur et ſub una hora conducitur
Dolor autem eternus innovatur ut
ſeviat augmentatur ut exurat
inflammatur ut puniat In amo=
re ergo martirii nros iam ſuſtineo
afflictus Ibi enim dyabolus ſe

vincere exiſtimat quia dum capit cap=
tus eſt dum tenet victus eſt dum tor=
quet torquetur dum iugulat occi=
ſus eſt dum inſultat irriſus e=
ſt Dum autem beatus ſebaſtianus hec et
hiis ſimilia predicaret zoe uxor ni=
coſtrati in cuius domo ſancti cuſtodie=
bantur que loquelam amiſerat pe=
dibus eius provoluta nutibus
veniam poſtulabat Tunc ſebaſ=
tianus dixit Si ego ſervus Christi ſum
et ſi vera ſunt omnia que ex ore meo
hec mulier audivit et credidit
aperiat os eius qui aperuit os
zacharie prophete ſui Ad hanc vocem
mulier exclamavit Benedictus ſermo
oris tui et benedicti qui omnibus que
locutus es credunt Vidi enim an=
gelum librum ante te tenentem
ubi que dixiſti ſcripta erant Vir autem
eius hec audiens procidit ad pe=
des ſancti ſebaſtiani et ſibi poſtu=
lans indulgeri Statimque abſol=
ves martires rogabat ut libere
abirent Qui dixerunt nullatenus
deſerturos victoriam quam cepiſ=
ſent Tantam gratiam et virtutem ver=
bis ſancti ſebaſtiani dominus preſtite=
rat quod non ſolum marcellianum
et marcum martires conſtancia
roboravit ſed etiam patrem eorum no=
mine tarquilinum et uxorem cum multis
aliis ad fidem convertit Quos omnes
policarpus preſbiter baptizavit Tar=
quilinus autem morbo graviſſimo
laborans mox ut baptizatus
eſt ſanitatem recepit Prefectus
autem urbis rome qui et ipſe
morbo graviſſime laborabat roga=
vit tarquilinum ut ad ſe adduce=
ret qui ei ſanitatem dederat

Cum ergo venissent ad eum
policarpus presbiter et sebastianus
et ipse rogavit ut sanitatem
reciperet. Dixit ei sebastianus
ut prius ydola abnegaret et
confringendi ea sibi potestatem trade-
ret et sic sanitatem reciperet.
Cui cum cromatius prefectus hoc
diceret quod servi sui hoc facerent non
ipse, dixit sebastianus: Timidi
deos suos confringere formidant
et si dyabolus hac occasione le-
deret eos dicerent infideles eos
esse oblitos lesos quod deos confrin-
gerent. Euntes policarpus et sebas-
tianus accincti plus quam cc
ydola confregerunt. Post hec autem
dixerunt cromatio: Cum nobis
ydola confringentibus sanitatem
recipere debuisti, certum quia aut
infidelitatem tuam non dum abie-
cisti aut aliqua ydola reser-
vasti. Tunc indicavit se habere
thalamum in quo erat omnis disci-
plina stellarum, pro quo pater suus
plusquam ducenta pondera auri
expenderat et per quem futura †aut
omnia providebat. Cui sebastianus:
Quamdiu hoc integrum habebis
te ipsum non habebis. Cumque ad hoc
ille assentiret, tyburtius eius
filius iuvenis dixit: Non pa-
tiar opus destrui tam preclarum,
sed ne prorsus sanitati vi-
dear esse contrarius duo cliba-
ni accendantur ubi destructo
opere patris mei si mutatus non rece-
perit ambo vivi crementur. Cui
sebastianus: Sic fiat ut locutus
es. Dum igitur illud confringerent, an-
gelus domini prefecto apparuit et se
a domino ihesu sanitatem redditum
nunciavit. Statimque sanus

effectus cucurrit post eum ut os-
cularetur pedes eius. Qui eum pro-
hibuit ceco quod baptismum non-
dum recepisset. Sicque tyburtius
filius eius et m. et cccc de eius
familia sunt baptizati. Hec au-
tem ab infidelibus temptata et diu
cruciata emisit spiritum. Quod
cum audisset tarquilinus prorupit
et dixit: Femine nos ad coronam
precedunt. Ut quid vivimus. Qui post
post paucos dies lapidatus est.
Iubetur autem tyburtius super prunas
allatas inponi iubetur. Aut
incensum diis imponere aut su-
per ipsas prunas nudis plantis
incedere. Qui signum crucis
sibi faciens constanter desuper nu-
dis in eis cum plantis dicens: Vi-
detur michi quod super roseos flo-
res incedam in nomine domini nostri ihesu
christi. Cui prefectus dixit: Quis igno-
rat magicam artem christum vos
docuisse. Cui tyburtius: Obmu-
tesce infelix, quia non es dignus
nomen tam sanctum et mellifluum
nominare. Tunc iratus prefectus ius-
sit eum decollari. Marcellia-
nus et marcus stipite affigun-
tur. Cumque fuissent affixi, psal-
lentes dicebant: Ecce quam bonum
et quam iocundum habitare fratres in unum.
Quibus prefectus: Infelices depo-
nite amentiam et vos ipsos li-
berate. Cui illi: Nunquam tam
bene epulati sumus ut cum diu
sic esse permittas quamdiu corporis
tegimine induimur. Tunc prefectus
iussit eos lanceis perforatos trans-
verberari et sic martirium consu-
maverunt. Post hec prefectus hoc
dyocleciano imperatori de sebas-
tiano suggessit, qui ad se vo-
catum dixit: Ego te inter primos
in palacio meo semper habui et tu contra
salutem meam et deorum nostrorum in-
iuriam hactenus latuisti. Cui

sebastianus pro salute tua semper christum
colui et pro statu romani imperii
deum qui in celis est adoravi. Tunc
dyocletianus iussit eum in medium
campum ligari et a militibus sagit-
tari. Qui ita eum sagittis imple-
verunt ut quasi hericius videretur. et
existimantes eum mortuum abie-
runt. Qui infra paucos dies
liberatus stans super gradum pala-
cii imperatores venientes de malis
que christianis inferebant dure re-
darguit. Dixerunt imperatores Iste
ne est sebastianus quem dudum sagit-
tis interfici iussimus. Cui sebas-
tianus Ad hoc me dominus resus-
citare dignatus est ut veniam
vos et redarguam de malis
christianis erogatis. Tunc im-
perator tamdiu eum fustigari iussit
donec spiritum exalaret. Fecitque cor-
pus eius in cloacam proici ne a christi-
anis pro martire coleretur. Beatus
sebastianus sequenti nocte sancte
lucine apparuit et corpus eius ei
revelavit et iuxta vestigia
apostolorum illud sepeliri precepit. Quod
et factum est. Refert enim Gregorius
in primo libro dyalogorum quod quedam mulier
in tuscia nuper nupta cum ad dedi-
cationem ecclesie sancti sebastiani ab aliis
invitata esset. ipsa nocte que seque-
ti nocte ire debebat. carnis
voluptate stimulata a viro suo
non potuit se abstinere. Facto autem
mane magis erubescens
vultum hominum quam dei illuc pro-
fecta est. Mox autem ut adora-
torium ubi erant reliquie beati
sebastiani ingressa est dyabolus
eam arripuit et coram omnibus
vexare cepit. Tunc presbiter
illius ecclesie pallium altaris arri-
piens inde eam operuit. Et statim
ipsum presbiterum dyabolus invasit.
Duxerunt autem eam amici sui
ad incantatores ut suis incanta-
tionibus dyabolum effugarent. Et
mox dum incantaretur. iudicio
dei legio demonum id est sex mi-
lia sexcenti sexaginta sex
in eam ingressi sunt. et ipsam acri-
us vexare ceperunt. Quidam
tamen vir sanctus nomine Fortu-
natus sanctitate conspicuus suis pre-
cibus eam sanavit. Legitur quod
in gestis longobardorum quod
tempore gumberti regis. ytalia
tota tanta peste percussa est
ut vix vivi mortuos sufficerent
sepelire. Et hec pestis rome
maxime ac papie grassabatur.
Tunc visibiliter bonus angelus
multis apparuit. malo angelo
sequenti ac venabulum ferenti
precipiens ut percuteret ac occi-
sionem faceret. Quotiens autem
aliquam domum percutiebat tot inde
mortui efferebantur. Tunc cui-
dam divinitus revelatum est quod
nequaquam hec pestis cessaret
donec sebastiano altare papie
construeretur in ecclesia sancti petri
que ad vincula nominatur. Quo
facto statim cessavit quassacio.
Et illuc a roma reliquie sancti
sebastiani martiris sunt delate.
Ambrosius in prefacione sic ait.
Beati martiris sebastiani profes-
sione nominis tui domine sanguis ef-
fusus est et tua mirabilia ma-
nifestantur. quod perficis in infirmitate
virtutem et nostris studiis das profectum

et in inimicis apud te prestat
auxilium. **De sancta agnete**

Agnes dicta est ab agna quasi
mitis et humilis tamquam
agna fuit. Vel ab agnos quodam
agno qui est pium quasi pia et misericors
extitit. Vel agnes ab agnoscen-
do quia viam veritatis agnovit.

Agnes virgo prudentissima
ut testatur ambrosius qui eius passi-
onem conscripsit xiii etatis sue
anno mortem perdidit et vitam in-
venit quia solum vite dilexit
auctorem. Infantia quidem computa-
batur in annis sed erat senectus men-
tis immensa. corpore iuvencula sed
animo cana. pulchra facie sed pul-
chrior fide. Que dum a scolis re-
diret a prefecti filio adamatur.
Cui ille gemmas et divitias innume-
rabiles promisit si eius consensu coniu-
gio non negaret. Cui agnes
respondit. Discede a me pabulum
mortis quia iam ab alio amatore
preventa sum. Cepitque amatorem
et sponsum agnes commendare que
sponse a sponsis precipue in quin-
que requirunt, nobilitate generis, decore
pulchritudinis, abundantia divitiarum,
fortitudinis et potentie ef-
ficacia, et tali amoris excellen-
tia. Dicit ergo. Qui longe te
nobilior est genere et dignitate. Cuius
mater virgo est. Cuius pater feminam nes-
cit. Cui angeli serviunt. Cuius
pulchritudinem sol et luna mirantur.
Cuius opes numquam deficiunt. Cuius
divitie numquam decrescunt. Cuius
odore reviviscunt mortui. Cuius
tactu confortantur infirmi. Cuius
amor castitas. Cuius tactus

sanctitas. Cuius unio virginitas. Hec
autem quinque ponit in quadam auc-
toritate. Cuius generositas celsi-
or. possibilitas fortior. aspec-
tus pulchrior. amor suavior
et omni gratia elegantior.
Deinde ponit quinque benefi-
cia que sibi sponsus contulit et
aliis sponsis confert, scilicet quia dat
fidei annulo subarrat, multi-
plici virtutum varietate vestit
et ornat. passionis sue sangui-
ne signat. vinculo amoris
sibi eas copulat. et thesauris
celestis glorie eas ditat, dicens
sic. Qui annulo fidei sue sub-
arravit me. dexteram meam
et collum meum cinxit lapidibus
preciosis. tradidit auribus meis
inestimabiles margaritas. Indu-
it me dominus cyclade auro tex-
ta et immensis monilibus orna-
vit me. Posuit signum in faciem
meam ut nullum preter ipsum ama-
torem admittam. Et sanguis eius
ornavit genas meas. Iam
amplexibus eius castis as-
tricta sum. Iam corpus eius cor-
pori meo sociatum est. Ostendit
mihi thesauros incomparabiles
quos mihi se daturum si in eo per-
severavero repromisit. Audi-
ens hec insanus iuvenis in lec-
to prosternitur et per amorem egrotare
medicis aperitur. Cumque pater iu-
venis virgini replicaret et illa
prioris sponsi federa se violare
non posse assereret. cepit prefectus
inquirere quis esset sponsus de cuius
potestate se iactaret. Cum quidam
assereret quod christum sponsum suum
diceret blandis prius sermonibus

demum tribus eam pulsat. Cui
agnes: Quodcumque vis age quia quod
queris non poteris obtinere.
Cui prefectus: Unum tibi de duobus
elige: aut cum virginibus dee veste
sacrifica, aut cum meretricibus scor
taberis. Cui agnes: Nec sacrifi
cabo diis tuis nec sordibus
polluar alienis. Mecum enim
habeo custodem corporis mei ange
lum domini qui nimio zelo custodit
corpus meum. Tunc prefectus ius
sit eam expoliari et nudam ad
lupanar duci. Tantam enim den
sitatem capillis eius dominus contulit
ut melius capillis quam vesti
bus tegeretur. Ingressa agnes tur
pitudinis locum angelum domini para
tum invenit qui locum nimia clari
tate circumfulsit. Sibi quoque stolam
candidissimam preparavit. Prefecti
autem filius cum aliis iuvenibus
ad lupanar venit et eos ad ipsam
prius invitavit. Qui ingressi sed
ex miraculo territi compuncti redi
erunt. Quos ille miseros appel
lans ad eam furens intravit
cum eam vellet contingere suffoca
tus a dyabolo expiravit. Quod
prefectus audiens cum ingenti plo
ratu venit et causam mortis
eius diligentius sciscitatur. Cui
agnes: Ille cuius voluntatem vo
luit perficere in eum potestatem accepit
et occidit. Nam socii eius de vi
so miraculo territi redierunt ille
si. Cui prefectus: In hoc apparebit quod
non magicis artibus hoc fecisti
si impetrare potes ut resusci
tetur. Orante autem agnete iu
venem resuscitatur et xpistum ab eo

publice predicat. Ad hoc tem
plorum pontifices seditionem ex
citantes in populo exclamaverunt:
Tolle magam, tolle maleficam
que mentes mutat et alienat
animos. Prefectus autem viso tan
to miraculo eam liberare voluit
sed proscriptionem metuens vicarium
dereliquit. Et quia eam liberare non
potuit tristis abscessit. Tunc
ipse vicarius aspasius nomine
iussit eam in copiosum ignem iac
tari. Sed in duas partes flamma
divisa seditiosum populum cre
mabat et eam minime continge
bat. Tunc aspasius in gutture
eius gladium immergi precepit
et sic sponsus rubicundus et
candidus sibi sponsam et
martirem consecravit. Cum autem
corpus eius xpiani et parentes
ipsius cum gaudio sepelirent
vix a paganis in eos lapides
mittentibus evaserunt. Emme
rentiana autem eius collactanea
virgo sanctissima licet adhuc ca
thecumina cum iuxta eius se
pulcrum staret et constanter gen
tiles argueret ab eis lapida
ta est. Statimque terremotus cho
ruscationes et fulgura extiterunt
adeo quod a paganis plurimi
perierunt. Ita quod ipsi deinceps veni
entes ad tumulum virginis
non leserunt. Corpus autem e
merentiane iuxta corpus sancte
agnetis positum est. Cumque pa
rentes eius octo dies iuxta
tumulum vigilarent viderunt
chorum virginum vestibus aure
is radiantem inter quas vi
derunt beatam agnetem simili veste

fulgentem et a dextris eius agnum candidiorem nive stantem. Quibus illa: Videte ne me quasi mortuam lugeatis sed congaudete mecum et congratulamini quia cum hiis omnibus lucidas sedes accepi. Et propter hanc visionem celebratur festum sancte agnetis secundo. ¶ Constancia autem virgo filia constantini lepra gravissima laborabat et tumulum eius adiit et ibidem dum in oracione persisteret obdormivit. Viditque beatam agnetem dicentem sibi: Si in xpm credideris continuo liberaberis. Ad hanc vocem evigilans perfecte se sanatam invenit. Que baptismum recipiens super corpus beate agnetis basilicam fecit. Et ibi in virginitate degens multas exemplo suo ibidem virgines aggregavit. Paulinus in ecclesia sancte agnetis sacerdocium fungens officio mira cepit carnis temptacione vexari. Sed cum deum offendere nollet a summo pontifice licenciam petiit contrahendi. Cuius bonitatem et simplicitatem papa considerans anulum ei cum smaragdo dedit et iussit ut ymagini formose beate agnetis que in sua ecclesia erat ex parte sua preciperet ut se permitteret desponsari. Cumque hic sacerdos ymagini ymparem illud continuo digitum anularem porrigens et anulo suscepto retrahens omnem temptacionem a sacerdote fugavit. Fertur autem eius anulus adhuc digito in eius manu apparere. Alibi tamen legitur quod cum ecclesiam sancte agnetis tueretur papa cuidam sacerdoti

dixit se velle quandam sponsam custodiendam et nutriendam scilicet ecclesiam sancte agnetis committere. Dansque ei anulum iussit ut dictam ymaginem desponsaret. Qua illa extendente et retrahente digitum desponsavit. De hac sicut dicit ambrosius in legenda de virginibus: hanc senes, hanc iuvenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior quam que ab omnibus laudari potest. Quot homines tot precones qui martirem predicant dum loquuntur. Stupent universi quod iam divinitatis existeret que adhuc arbitrata sui potestate esse non posset. Fecit denique ut eidem deo crederetur cui de homine adhuc non crederetur quia quod ultra naturam est hoc de auctore nature est. Novum martirii genus non dum ydonea pene et iam in actum victoria, certare difficilis, coronari facilis. Magisterium virtutis implevit que vel quod iudicium vehebat etatis. Non sic ad thalamum nupta properaret ut ad supplicii locum leta successu gradu festina virgo processit.

De sancto vincencio

Vincencius quasi vicia vincens vel incendens incendia vel victoriam tenens. Ipse enim incendit id est consumpsit vicia per mortificacionem carnis. Vincit incendia suppliciorum per constantem perpessionem. Victoriam tenuit mundi per despectum. Eius passionem prudencius versibus luculenter exequitur. Vincencius nobilis genere sed fide ac religione nobilior beati valerii episcopi dyaconus fuit. Cum episcopus quia impeditioris erat lingue vices suas commisit et

Item Ambrosius in prefacione: Beata Agnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

ipse orationi et contemplationi vaca-
bat. Igitur iussu Daciani presidis
Valenciam trahuntur et diro car-
ceri mancipantur. Cumque eos preses ia-
m pene defecisse crederet eos
suo aspectu iussit astare. Quos
cum sanos conspiceret et gaudentes
in hac voce iratus prorupit. Quid
dicis tu Valeri qui sub nomine religi-
onis contra decreta principum facis.
Cum autem Valerius lenius respondere-
ret dixit ei Vincencius. Non sic
pater venerande quasi metu timida
submurmurare sed libera voce excla-
ma. Si ergo iubes pater sancte
iudicem aggrediar. Cui ille. Iam
dudum fili tibi curam loquendi
commiseram et nunc pro fide qua as-
tamus cuncta committo. Tunc Vin-
cencius conversus ad Dacianum hac-
tenus inquit. ait tu fidem denegandam
fide peroravit sed nephas est apud
christianorum prudenciam esse noveris
divinitatis cultum abnegando
blasphemare. Tunc iratus Da-
cianus episcopum in exilium mitti pre-
cepit. Vincencium vero tamquam
contumacem et presumptuosum iuvenem
ut exemplo eius alii terreantur
in eculeo distentum membris omnibus
iubet dissipari. Cumque totus dis-
siparetur ait Dacianus. Dic mihi
Vincenti ubi nunc tuum miserum
corpus conspicis. At ille sub-
ridens ait. Hoc est quod semper optavi
et votis omnibus concupivi.
Tunc iratus preses cepit ei omnia
genera tormentorum minari nisi
ei assensum preberet. Cui Vin-
cencius. O me felicem quo michi
gravius irasci putas eo me-
lius incipis misereri. Insur-
ge ergo miser et toto malig-
nitatis spiritu debacchare.
Videbis me plus dei virtu-
te posse dum torqueor quam
possis ipse qui torques. Ad
hec preses cepit clamare et car-
nifices virgis et fustibus verbe-
rare. Et ait Vincencius. Quid
dicis Daciane. Ecce tu ipse me
vindicas de carnificibus meis.
Tunc preses amens furens dixit
carnificibus. Miserrimi nil
facitis. Cur deficiunt manus
vestre. Adulteros et parricidas vi-
cere potuistis ut inter colla-
ta illata supplicia celare
nil possent. et nunc solus Vin-
cencius vestra potuit superare
tormenta. Tunc carnifices
pectines ferreos usque ad
intima costarum fixerunt ita
ut de toto eius corpore sanguis
effluxerit. Et solutis costarum
compaginibus viscera intima
pateret. Et ait Dacianus.
Miserere tui Vincenti ut pos-
sis tuam pulcram recuperare iu-
ventutem et ea que supersunt fu-
tura tormenta. Et ait Vincen-
cius. O venenosa dyaboli
lingwa tormenta tua non ti-
meo sed hoc solum valde timeo
quod te fingis velle misereri.
Nam quo te magis iratum video
eo amplius exulto. Nolo ut
aliquid minuas de suppliciis ut
te victum in omnibus fatearis.
Tunc ex eculeo depositus atque

ad ignis patibulum raptus mo-
ras carnificum arguendo · ad pe-
nam alacriter properabat. Craticulam
igitur sponte conscendens · ibidem
assatur exuritur et crematur me-
mbrisque omnibus uncini ferrei in-
finguntur. Cumque sanguine eius corpus
respergitur vulnera vulneribus impri-
muntur. Sal insuper in igne spargitur
ut corpus eius undique vulnera-
tum vesicationis stridentibus flam-
mis crudelius comburatur. Iam-
que non ad artus sed ad viscera te-
la iaciuntur · ipsaque intima vis-
cera de eius corpore extra labuntur.
Inter hec ille manet immobilis
et sursum erectis luminibus ad dominum
precabatur. Cumque ministri Datiano
hec retulissent. Heu ait Datianus
vincimur. Sed nunc vivum eum teterrimo
carceri includite et ibi testas a-
cutissimas congerite pedes eius ligno
affigite sine omni humano solatio
et ostensum super testas relinquite
et cum defecerit mihi nuntiate. Festinanter
que quoque ministri crudeles do-
mino crudeliori obtemperant. Sed ecce rex
pro quo miles patitur penam commu-
tat in gloriam. Nam tenebras car-
ceris abstersa lux expellit.
Testarum asperitas in omnium florum
suavitatem mutatur · pedes dissol-
vuntur et angelorum solatio vene-
randa perfruitur. Cumque super flo-
res cum angelis psalleret ince-
dens modulatio dulcis et mira
suavitas florum procul diffunditur.
Perterriti custodes cum per rimas
carceris quod intus erat vidissent
ad fidem conversi sunt. Hec audiens
Datianus amens factus est et ait
Et quid amplius ei faciemus. Ecce
enim victi sumus. Transferatur

ad lectulum et stramentis reponatur
mollioribus ne plus eum gloriosum
faciamus si defecerit in tormentis.
Cum igitur ad stratum molliorem
deportatus esset et ibidem paulu-
lum quievisset statim spiritum red-
didit. Quo audito Datianus vehe-
menter sic se victum dolens ait.
Et si non potui eum superare viven-
tem puniam et defunctum. Iussu igitur
Datiani corpus eius in campo capitum
ab avibus et bestiis devorandum
exponitur sed statim angelorum
custodia premunitur et intactum
a bestiis conservatur. Denique
corvus ingluviei deditus alias
aves se maiores impetu alarum
abegit. Et lupum accurrentem
morsibus et clamoribus effuga-
vit. Qui reflexo capite in as-
pectu corporis sacri affixus cir-
mit. utpote qui ibidem angelorum
custodiam mirabatur. Iubet ergo
corpori eius ingentem molam alli-
gari et in pelago proici · ut qui in terra
a bestiis consumi non potuit sal-
tem in pelago a marinis belu-
is devoretur. Naute igitur corpus
eius in pelagus deferentes sub-
merserunt. Sed ipsis nautis velo-
cius littora petit. Quod a qua-
dam matrona et quibusdam aliis
ipso revelante invenitur et ab
eis honorifice sepelitur. De hoc
martyre sic dicit Augustinus. Beatus
Vincentius vicit in verbis vicit
in penis · vicit confitendo · vicit
ortus vicit mortuus. Item
torquetur Vincentius ut
exerceatur. Flagellatur ut eru-
diatur. tunditur ut solidetur
Igne uritur · ut purgetur. Ambrosius.

q̄ꝫ inpſatōne ſic ait Torquet᷑
vincenciꝰ ut excecat᷑· tunditur
flagellat᷑· exurit᷑ ſꝫ victus pro
ſc̄o nōīe animꝰ nō conuiti᷑· Plꝰ
ardens igne celi quā ferri plꝰ
nectit᷑· timōe dei quā ſeculi· plꝰ
voluit placē deo quā ferro· plus
dilex᷑ moꝛi mūdo q̄ dn̄o Jtē augꝰ
Ante oculos nr̄os miraculū specta
culū ꝯſtitutū ē Jniquus tortor
cruentꝰ m̄rtir inuictus crude
litatis ⁊ pietatis cꝫ certamē Pru
denciꝰ aūt ipm̄ daciano rndiſſe
ſic ait Tormenta carcer vngu
le ſtridenſqꝫ flammis lammina
atqꝫ penaꝝ ipa vltia mors
xp̄ianis ludus ē Tūc dacianꝰ
vinctū retortū brachijs ſur
ſū ac deorſum extend᷑ donec
compago oſſiū diuiſa mēbratim
crepet ut p lacunas vulnerū
iecur detectū palpitet Aud᷑
hic miles dei manꝰ cruētas
⁊ crepas q̄ fixa nō ꝯfudes in
teraꝫ artus vngula Tuqꝫ eſſꝫ
ī carcē angelus dn̄i ait ad eū
Exurge m̄rtir inclite· exurge
ſecurꝰ tūc Exurge ⁊ aliꝰ
tutibꝰ ut ſodalis addē Primi
les ī victiſſime fortiſſimorū
fortior ī te ipa ſeua ⁊ aſpa
tormenta victoꝝ tremūt Ex
clamat prudenciꝰ Tu o lux
ſolus inclite ſolus Braūj·
duplicis palmā tuliſti· tu
duas ſimul paſti laureas ⁊c

De ſc̄o baſilio

Baſilius venab̄lis ep̄us ⁊
doctor
pcipuus q̄ute ſc̄itatis extitit
cuiuſdā hēmite nōīe effrem
ī viſu miratū ē Cui cū deuꝰ
effrem ī extaſi poſitus eſſꝫ vid᷑
columpnā ignis cuiꝰ caput uſqꝫ
ad celū ptingebat ⁊ voce deſu
per dicentē audiuit Talis eſt
magnꝰ baſilius qualis hec
columpna ignis quā cernis· Ve
niens igit᷑ ī ciuitatē in die epy
phanie ut tantū vir viru poſ
ſet vidē· et cū vidiſſꝫ ſtola can
dida indutū cū clericis vene
rabilit᷑ incedentē ait intᷓ ſe Ut
video ī uanū laboraui Jſte
enī cū in tali honoē ſit poſitus
nequaꝙ̄ pt eſſe quēadmodū
vidi Nos enī qui portam
mꝰ pondus diei et eſtus
nō tale ꝯſecuti ſimꝰ et hic
cū ī tali honoē ⁊ ꝯſtipatōne
poſitus ſit columpna ignis
ē miror iſta Baſilius igit᷑
ī ſpu hc videns fec᷑ eū ad ſe
introduci Qui cū introductꝰ
eſſꝫ vidit igneam linguā p os
eius loquentē et ait effrem ¶
Uere magnꝰ ē columpna ignis
baſilius vere ſpūs ſc̄us loqui᷑
p os eius Dixitqꝫ illi effrem
Obſecro te dn̄e ut m̄ impetres
q̄ grece loquar Cui baſilius
rem difficilem poſtulaſti p eo
tn̄ orauit ⁊ ꝯtinuo grece loq̄
cep᷑ ¶ Quidā aliꝰ hēmita
videns baſiliū ī pontificali hā
tu pcedentē eū deſpex᷑ iudicās
eū ī corde ſuo q̄ in tali popa
quā plurimū delectaret᷑ Et ecce
fca ē vox ad eū dicēs Tu am
plius delectaris ī palpādo cau
dam catte tue quā delectet᷑ baſi
lius ī apparatu ſuo ¶ Valens

Floruit circa annos
domini 370

imperator fautor hereticorum et Aria-
norum ecclesiam quandam a catholicis ab-
stulit et Arianis dedit. Ad quem ac-
cedens Basilius ait: Imperator scrip-
tum est: Honor regis iudicium diligit.
Iudicium regis iusticia. Et cur cor
tuum imperavit ut catholicos de ec-
clesia excluderet et Arianis traderet.
Cui imperator: Iterum ad contumelias
venisti o Basili? Non decet te. Et ille:
Decet me etiam pro iusticia mori. Tunc
Demostenes prepositus imperatoris A-
rianorum fautor loquens
pro eis fecit barbarismum. Cui ait
Basilius: Tuum est de pulmentariis
regis cogitare, non dogmata divina
decoquere. Qui mox confusus tacu-
it. Et dixit imperator Basilio: Vade
et iudica inter eos, sed non secundum immo-
deratum amorem populi. Abiens ergo dixit
coram catholicis et Arianis ut
fores ecclesie clauderent et utriusque
partis sigillo munirentur, et ad quo-
rum aperirentur orationes sua esset.
Quod cum omnibus placuisset, ora-
tibus Arianis tribus diebus et tri-
bus noctibus venientibus ad fores
ecclesie non sunt aperte. Tunc Basilius
processione ordinata venit ad ecclesiam
et facta oratione levi ictu cum baculo
pastorali fores ecclesie tetigit dicens:
Tollite portas principes vestras et ele-
vamini et continuo sunt aperte. Deo gratias
reddiderunt et reddita est ecclesia catho-
licis. Sicut autem imperator multa
promittit Basilio si sibi consentiret. Et
ille: Pueris ista conveniunt, nam
qui divinis dogmatum eloquiis nutriuntur cor-
rumpi de divinis dogmatibus nec u-
nam sillabam patiuntur. Tunc im-
perator indignatus dum de eius exili-
o sententiam vellet scribere, primus calamus

tercius calamus fractus est. Unde in-
dignatus cartam fregit. Vir
quidam nomine Heradius venerabilis
filiam unicam habuit quam consecrare domino
disponebat. Sed dyabolus humani generis
inimicus hoc advertens unum de ser-
vis Heradii predicti in amorem puelle
plurimum inflammavit. Qui cum im-
possibile cerneret ut ipse qui servus erat
in amplexus tam nobilis puelle
accedere posset, ad unum de malefi-
cis accessit promittens ei multam
pecunie quantitatem si ad hoc eum iuvare
vellet. Cui maleficus dixit: Ego hoc
agere non possum, sed si vis mittam te
ad dominum meum dyabolum, et si hoc feceris
quod ipse tibi dixerit, tuum desiderium obti-
nebis. Et dixit iuvenis: Quicquid
dixerit mihi ego faciam. Ille ergo ma-
leficus epistolam ad dyabolum fecit et eam
per predictum iuvenem in hec verba trans-
misit: Quoniam quidem mihi domine opor-
tet me festinare et sollicite quos-
cumque christianorum religione abstra-
here et tue adducere voluntati, ut
pars tua cottidie multiplicetur, misi
tibi hunc iuvenem cupiditate in ta-
lem puellam exarsum, et pos-
tulo ut suum desiderium impleatur,
ut et de isto glorier et alios tibi
deinceps fideliores valeam aggregare.
Et dans ei epistolam dixit: Vade
et tali hora noctis sta super mo-
numentum gentilis et ibi demo-
nes reclama et hanc cartam in ae-
re exalta et aderunt tibi statim. Qui
vadens demones invocabat et
cartam per aerem iciebat. Et ecce
adest princeps tenebrarum vallatus
multitudine demoniorum. Qui cum epistolam
perlegisset ait ad iuvenem: Credis

in me ut tuam compleam voluntatem
Qui ait. Ego credo. Cui dyabolus
Et abnegas xpm tuum. Abnego
inquit. Cui dyabolus perfidi estis quia
quando quidem me opus habetis ad me
venitis quando autem desiderium vestrum
assecuti estis statim me abnega-
tis et ad xpm vestrum acceditis. Ille
autem quia clementissimus est suscipit
vos. Sed si vis ut tuam compleam vo-
luntatem fac in tua manu scriptum
in quo confitearis te abrenunciare
xpo et baptismati et xpiane
professione et me[illegible] simul me-
cum in iudicio condempnandus. Qui sta-
tim manu propria scriptum fecit qua-
liter xpo abrenunciaret et se servi-
tio dyaboli manciparet. Continuo
dyabolus accersivit spiritus qui erant
super fornicatores iubens eis ut
ad predictam puellam accederent et
cor eius in amorem iuvenis inflamma-
rent. Qui accedentes cor adeo
succenderunt ut puella se in terram
prosterneret et ad patrem lacrimabiliter
exclamaret Miserere michi pater mi-
serere michi quia dire torqueor propter
amorem talis pueri nostri. Miserere
visceribus tuis et filie unice amorem
in ostende et puero quem amo et pro
quo crucior me coniunge. Sin autem
per modicum tempus me mortuam
videbis et pro me in die iudicii ra-
tionem reddes. Pater autem eiulans
dicebat Heu me miserum quid contigit
filie mee misere. Quis meum the-
saurum furatus est. Quis dulce lu-
men oculorum meorum extraxit. Ego
volebam te celesti sponso coniun-
gere et per te salvum putabam et in
amore lascivie insanisti. Sine me

filia ut sicut disposui te deo coniun-
gere coniungam ne tu dolore ducas ad
inferos senectutem meam. Illa autem
clamabat dicens. Pater mi aut cito
desiderium meum imple aut me mo-
rituram per modicum videbis. Cum
igitur illa amarissime fleret et quasi in-
saniret pater eius in magna deso-
latione positus et amicorum consi-
liis deceptus suam voluntatem
complevit et eam puero in uxorem
dedit ac universam substantiam ei tribuit
dicens Vade filia vere misera. Cum
igitur diu insimul manerent iuvenis
ille ecclesiam non intrabat nec crucis
se signaculo faciebat nec deo
se recommendabat. Unde de hoc
a nonnullis notatum est et uxori
sue dixerunt. Scias quia vir tuus
quem elegisti xpianus non est nec ec-
clesiam ingreditur. Quod illa
audiens vehementer extimuit
et humo se prosternens unguibus se
ipsam decerpere cepit et pectus su-
um contundere ac dicere Heu mi cur
nata sum et nata continuo rap-
ta non sum. Cum igitur viro suo que
audierat retulisset et nequaquam
rem sic esse assereret sed omnino
falsum quod illa audierat affirmaret
Illa ait Si vis ut credam tibi cras
ego et tu ecclesiam ingrediamur. Vi-
dens ille quod latere non posset nar-
ravit ei totum ordinem rei ges-
te. Quod illa audiens vehe-
menter ingemuit et ad beatum
basilium properavit eique omnia que
viro suo et sibi contigerant enar-
ravit. Vocatus autem basilius pu-
erum vocans et omnia ab eo audi-
ens dixit ei Vis fili reverti ad
deum. Qui ait Utique domine sed
non valeo quia dyabolo professus
sum et xpm abnegavi et ab-

negationis mee scriptum feci et dy-
abulo ipsum dedi. Cui basilius
Non sit tibi cure benignus enim
dominus et te penitentem suscipiet. Et
continuo apprehendens puerum signum
crucis in fronte fecit. Et ipsum per
tres dies reclusit et postea eum
visitavit et dixit. Quomodo te habes
fili. Qui ait. In magna sum domine
defectione non sufficio clamores eo-
rum et terrores eorum seu lapida-
tiones tenentes enim manu scrip-
tum meum causantur me dicentes
Tu venisti ad nos non nos ad te.
Et dixit sanctus basilius. Noli ti-
mere fili sed tantummodo crede. Et dans
ei modicam escam faciensque ei
signum crucis iterum eum reclusit
et pro eo oravit. Post aliquot
dies eum visitavit et ait. Quomodo
te habes fili. Qui ait. A longe
clamores et minas eorum au-
dio sed eos non video. Et dans
ei iterum escam et signans et claves
claudens hostium abiit et pro eo
oravit. Et post xl dies redi-
ens dixit. Quomodo te habes fili. Respon-
dit. Bene habeo sancte dei. Vidi enim te
hodie in visu pugnantem et dy-
abolum vincentem. Post hoc eum edu-
cens omnem clerum et religio-
sos et populum convocavit et omnes
pro eo orare monuit. Tenensque
manum pueri ducebat eum ad ecclesiam.
Et ecce dyabolus cum multitudine demo-
num ad eum venit et invisibiliter
apprehendens puerum conabatur
eripere de manu eius. Et cepit cla-
mare. Sancte dei adiuva me. Et
tanta eum improbitate et instancia ag-
gressus est ut eciam sanctum repelle-
ret trahens puerum. Cui ait ad
eum. Improbissime non sufficit

tibi perdicio tua nisi et dei mei temp-
tas plasma. Dyabolus autem dixit
ad eum audientibus multis. Preiudi-
cas michi o basili. Tunc omnes clama-
verunt kyrieleyson. Dixitque ad eum
basilius. Increpet te dominus dyabole.
Cui ait. Preiudicas michi o basili.
Non abii ego ad eum sed ipse venit
ad me. Abnegavit christum suum
et professus est michi. Ecce habeo scriptum
eius in manu. Cui ait. Non
cessabimus orare donec reddas scrip-
tum. Et orante basilio et tenente in
celum manus ecce carta in aere de-
lata et ab omnibus visa venit et in-
posita est in manibus basilii. Quam
ille suscipiens dixit puero. Cognos-
cis tu has litteras frater. Et ille. Etiam
domine. Et dignum eum fecit sancto mis-
terio et bene instruens et regulam
ei dans reddidit mulieri. Et
Mulier quedam peccata multa ha-
bens et ea in carta conscribens
in fine quoddam gravius conscripsit
et scriptum ipsum beato basilio tradidit
rogans ut pro ea oraret et suis
orationibus sua peccata deleret. Qui
cum orasset et mulier cartam aperuis-
set omnia peccata preter illud gravius
deleta invenit. Que ait ad
basilium. Miserere mei serve dei et pro hoc
michi indulgenciam impetra sicut
pro aliis impetrasti. Qui ait ad
illam. Recede a me mulier quia homo
peccator sum et indigens indulgencia
sicut et tu. Cumque illa instaret dixit
ei. Vade ad sanctum virum effrem Ef-
frem. Et cum ad eum a beato basi-
lio missa fuit. cum intimasset ille
ait. Recede quia homo peccator ego sum
sed redi ad beatum basilium et qui
tibi pro ceteris veniam impetravit pro
isto quoque impetrare valebit.

Festina cito ut cum vivum invenias
Et cum ad civitatem venisset ecce ba-
silius ad tumulum ferebatur. Illa
autem post eum clamare coepit dicens
Videat deus et judicet inter te
et me quia valens deum placari pro
me ad alium misisti me. Tunc
projecit chartam super feretrum et post
modicum illam recipiens et aperi-
ens illud peccatum penitus deletum
invenit. Mulier ipsa et omnes qui
aderant deo immensas gratias
reddiderunt. ¶ Ante autem quam
vir dei migraret a corpore posi-
tus in infirmitate qua et mor-
tuus est quendam judaeum nomine yo-
seph medicinali arte valde
peritum quem vir dei plurimum di-
ligebat eo quod se eum quandoque
ad fidem perducturum praevidebat. ad se quasi
ejus opera indigeret vocavit. Ille
vero ejus pulsum tangens et ex
tactu mortem vicinam esse cognoscens
dixit familiae. Quae ad
sepulturam sunt necessaria praeparate quia
continuo morietur. Quod basi-
lius audiens dixit ei Nescis quid
dicis. Cui yoseph Crede domine quia
sol cum sole occidis hodie id est cum
sole occides. Cui basilius
et si usque in crastinum supervixero
Cui yoseph Hunc non est possibile.
Et basilius. et si usque in crastinum
ad horam sextam supervixero quid facia-
es. Respondit yoseph Si usque ad il-
lam supervixeris horam moriar ego
moriar. Et basilius Etiam morie-
ris peccato vivas autem christo. Et ille
Scio quid dicis et si usque ad illam
horam supervixeris faciam quod hortaris.
Tunc basilius licet secundum naturam
illico moriturus esset. a domino tamen im-
petravit inducias et usque in cras-
tinum in hora nona Juxta quod
yoseph videns et stupens in christum
credidit Basilius autem virtute ani-
mi imbecillitatem corporis superans
de lectulo suo surrexit et ecclesiam in-
grediens eum suis propriis manibus
baptizavit. Postea vero ad suum
lectum rediit et statim spiritum feliciter
deo reddidit.

De sancto Johanne eleemosynario.

Johannes eleemosynarius patri-
archa alexandrinus quadam
nocte in oratione persistens vidit
quandam puellam pulcherrimam sibi
assistentem et coronam olivae in capite
bajulantem. Quam ille videns nimi-
um stupefactus est. Et quae esset inquisivit
Et illa Ego sum quae dei filium de cae-
lo adduxi. me sponsam accipe et
bene erit tibi. Intelligens quod per olivam mi-
sericordiam designari. ab illa die sic
factus est misericors ut eleymon id est
eleemosynarius vocaretur. Pauperes
autem semper suos dominos appellavit
et inde hospitalarii hucusque dominos
suos vocant. Omnes igitur suos fa-
miliares convocavit eisque dixit. Eun-
tes per totam civitatem conscribite
mihi omnes dominos meos. Illis vero
non intelligentibus subjunxit. Quos vos
mendicos et egenos vocatis istos
dominos et auxiliatores praedico. Isti enim
vere auxiliari et caeleste regnum
donare poterunt. Volens homines
ad eleemosynam invitare narravit
consuevisse quod pauperes se ad solem
calefacientibus coeperunt invicem
de eleemosynatoribus conferre et
bonos laudare et malos vitupera-
re. ¶ Erat autem quidam thelona-
rius nomine petrus dives valde
et potens sed nimis pauperibus im-
misericors qui ad domum suam accede-
ntes cum indignatione nimia re-
pellebat. Cum igitur multi convenissent in

Joannes Eleemosinarius claruit
circa annum domini, sexcentesimum [illegible],
[illegible] tempore Focae
Imperatoris.

fuisset quod in domo sua eleosinam recepisset. Unus illorum dixit. Quid mihi vultis dare si ego hodie eleosinam ab eo accipiam. Et facientibus cum eo pactum ad domum eius venit et elemosinam postulavit. Et ille domum reuertens et pauperem pre foribus videns cum mancipium eius panes in domum referret siligineos ille lapidem non inveniens panem siligineum arripuit et cum furore in eum proiecit. Quem protinus accipiens ad pauperes rediit et quod de manu eius eleosinam acceperat indicavit. Post duos autem dies infirmatus ad mortem vidit se ante iudicium stare et mauros quosdam super stateram eius mala appendere. Et alia autem statera quidam dealbati tristes stabant eo quod nihil quod ibi apponerent invenire valebat. Tunc unus eorum dixit. Vere nichil habemus nisi unum panem siligineum quem ante duos dies xpo coactus dedit. Quem super stateram ponentes equalitas facta est. Dixeruntque ei. Auge ad siliginem hunc alioquin te mauri apprehendent. Evigilans autem et liberatus dicebat. Pape si una siligo quam per furorem iactavi ita proficiat quanto magis omnia sua indigentibus elargiri. Quadam igitur die cum optimis vestimentis indutus per viam pergeret quidam naufragus aliquod tegumentum ab eo postulabat. Continuo ille precioso vestimento se expoliavit et illi dedit. Quod ille accipiens statim vendidit. Cum autem theolonarius rediret et vestimentum suspensum vidisset contristatus est valde adeo ut nec cibum vellet sumere dicens. Ecce non fui dignus ut mei memoriam

haberet egenus. Et ecce dum dormiret vidit quendam super solem fulgentem et super caput crucem ferentem et ante indutum vestimento quod dedit egeno dicentem sibi. Quid ploras petre. Qui cum causam sue tristicie sibi dixisset. Ille ait. Cognoscis hoc. Et ille ait. Etiam domine. Et dominus ad eum. Illo ego vestior ex quo mihi dedisti et gratias ago bone voluntati tue quia frigore affligebar et cooperuisti me. Ipse ergo reversus cepit egenos beatificare et dicere. Vivit dominus non moriar donec fiam unus ex eis. Datis igitur pauperibus omnibus que habebat vocato notario suo dixit ei. Vade in sanctam civitatem secretum tuum nolo committere quod si propalaveris aut si me non audieris barbaris vendam te. Et dans ei x. libras dixit ei. Vade in sanctam civitatem et emes tibi mercem et precium pauperibus tribue. Illo autem recusante dixit. Si me non vendideris ego barbaris vendam te. Ducens ergo eum ut dixi argentario vestibus sordidis indutum tanquam servum suum vendidit et xxx numismata inde accipiens pauperibus erogavit. Petrus ergo omnia officia vilia faciebat ita quod ab omnibus contempnebatur et ab aliis conservis frequenter percutiebatur et etiam amens appellabatur. Dominus autem frequenter ei apparebat et vestimenta et numismata ostendens ipsum consolabatur. Interim imperator et universis de amissione tanti viri dolentibus quidam vicini eius a constantinopoli ad visitanda loca sancta venerunt. qui a domino ipsius invitati erant ut secum pranderent et in medio

mauire dicebat. Quam similis est
puer iste petro thelonario. Et
illos respicientibus dixit. Vere
hic dominus petrus est surgam et
tenebo eum. Ille autem petrus
latenter fugit. Erat autem hosti-
arius surdus et mutus qui per signum
hostium hostiariis aperiebat. Cui pe-
trus non signis sed verbis ut sibi
aperiret imperavit. Et continuo
audiens et loquelam recipiens
surgens ei aperuit et domum
regrediens cunctis de eius loquela
mirantibus dixit. Ille qui co-
quinam faciebat exivit et fugit
sed videte ne servus dei sit. Cum
enim mihi dixit tibi dico aperi mox
exivit ab ore flamma que linguam
et aures meas tetigit et statim
auditum et loquelam recepi. Et
exilientes omnes et concur-
rentes post eum ipsum amplius
invenire non potuerunt. Tunc omnes
de domo illa penitentiam egerunt
eo quod talem virum sic viliter
tractaverunt. Monachus
quidam nomine vitalis voluit
sanctum johannem temptare si posset sibi
verbis persuaderi et ad scanda-
lum faciliter inclinari. Ingrediens
civitatem omnes publicas meret-
rices conscripsit. Intrabat quasi ad il-
las per ordinem dicens. Dona
mihi noctem istam et noli fornicari.
Ipse autem domum eius intrans in
angulo flexis genibus tota
nocte in orationibus stabat et pro
illa orabat. Et postea mane
exibat precipiens cuilibet ne
alicui revelaret. Una autem
vitam eius manifestavit et statim
orante sene a demone vexari
cepit. Cui omnes dicebant. Red-
didit tibi deus quod merebaris quoniam
mentita es. Ut hic fornicetur
enim ingreditur pessimus iste et
non propter aliud. Vespere autem sero
dicebat predictus vitalis cunctis au-
dientibus. Volo ire quia talis do-
mina expectat me. Multis vero
illum increpantibus respondebat. Nun-
quid ego non habeo corpus ut omnes
aut monachis solis iratus est deus
vere et ipsi sunt homines sicut ceteri.
Dicebat autem quidam. Accipe tibi
mulierem abba et muta habitum
ne sic scandalizes alios. Ille
autem fingens se iratum. Vere non
audiam vos. Ite a me. Qui vult
scandalizari scandalizetur et det
de fronte in pariete. Numquid iudices
mei constituti estis super me. Ideo
ite et de vobis curam habete vos pro
me non reddetis rationem. Hoc autem
cum clamore dicebat. Cum ante
querimonia ad beatum johannem de-
ferretur deus cor eius induravit
ne huiusmodi fidem adhiberet. De-
precabatur autem deum ut post mor-
tem suam opus suum alicui re-
velaret ut non imputaretur in
peccatum hiis qui eum scandaliza-
bant. Multas igitur depredatas
mulieribus ad conversionem per-
duxit et in monasterio plurimas
collocavit. Quodam mane
dum ab una illarum egrederetur
obviavit ei quidam ingrediens
ad fornicandum cum ea dansque
ei alapam dixit. Usque pessime
non emendas te huius turpitu-
dinibus. Et ille. Crede mihi acci-
pies a me alapam talem
ut tota alexandria congregetur.
Et ecce post modicum dyabolus
in specie mauri alapam ei dedit
dicens hec est alapa quam transmi-
sit abbas vitalis et statim a
demonio vexatur. Ita quod ad eius

voces omnes audiebat. Tunc ille penitens per eius orationem liberatus est. Vir autem dei morti appropinquans hanc scripturam reliquit: Nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autem confitentibus quod fratres omnes glorificabat dominum. Et precipue beatus Iohannes dicebat: ultima alapa quam ille accepit accepissem ego.

Quidam pauper in habitu peregrini ad Iohannem venit et ab eo elemosinam postulavit. At ille vocato dispensatore: Da ei, dixit, vi numismata. Que ille accipiens et abiens habitum mutavit et iterum ad patriarcham rediens ab eo elemosinam postulavit. Ille iterum dispensatore vocato dixit: Da ei sex aureos. Quos cum ille dedisset et ille abscessisset, dixit ei dispensator: Per orationes tuas pater, ille hodie idem mutato habitu bis accepit. Beatus autem Iohannes quasi se hoc nescire dissimulavit. Iterum ille tertio mutato habitu ad beatum Iohannem venit et elemosinam postulavit. Tunc dispensator beatum Iohannem tetigit innuens quod ille esset. Cui beatus Iohannes respondit: Vade et da ei xii numismata, ne forte sit dominus meus Ihesus Christus qui temptare me velit, utrum plus potest hic accipere quam ego dare. Quadam vice cum patricius quidam pecuniam ecclesie in mercatoribus ponere vellet et patriarcha nullatenus consentire, sed pauperibus eam dispensare vellet, ambo plurimum contendentes irati sunt et ab invicem recesserunt. Adveniente vero hora xi mandat patriarcha patricio per archipresbyterum dicens: Domine, sol ad occasum est. Quod ille audiens lacrimis fusis ad eum venit et veniam postulavit.

Cum quidam nepos suus a quodam tabernario gravem iniuriam audivisset et coram patriarcha lacrimabiliter quereretur nullatenusque consolari posset, patriarcha respondit: Quo ausus est aliquis et quo dicere et os suum contra te aperire? Crede mee parvitati, fili, quia faciam in eo hodie talem rem ut tota Alexandria miretur. Et ille audiens consolacionem accepit, putans quod eum graviter faceret flagellari. Videns Iohannes quod consolatus est, recepit pectus eius et osculatus est dicens: Fili, si vere nepos mee humilitatis existis, para te et flagellari et ab omnibus convicia pati. Vera enim cognatio non ex carne et sanguine sed ex virtute mentis agnoscitur. Confestim igitur pro homine illo mittens et ab omni pensione et tributo liberum eum fecit. Et omnes audientes admirati sunt et intellexerunt hoc esse quod dixerat: faciam in eo talem rem quod tota Alexandria mirabitur. Audiens patriarcha consuetudinem esse quod mox ut imperator coronatus est, monumentorum edificatores sumunt iiii^{or} vel v particulas marmorum diversi coloris et ingredientes ad imperatorem dicunt: De quali marmore vel metallo iubet imperium tuum fieri monumentum? Imitatus hoc monumentum fieri precepit, sed usque ad obitum suum illud imperfectum manere precepit. Ordinavit quoque aliquos qui in celebri

festinitate cum clericis considerent
et attenderet vel quod diceret Domine
monumentum tuum imperfectum est perfice
ut consuetum est eo quod nescias qua
hora fur veniat. Dives
quidam cum vidisset beatum Johannem
in stratu suo viles pannos ha-
bere eo quod ceteros pauperibus ero-
gasset quoddam preciosum coopertorium
emit et beato Johanni tradidit. Qui
cum illud nocte super se haberet tota
nocte dormire non potuit cogi-
tans quod ccc domini mei de tanto
precio cooperiri possent. Et totam
noctem lamentabatur et dicebat
Quanti incenati quanti in foro
pluvia madefacti quanti pre frigore
dentibus stridentes hodie dor-
mierunt. Tu vero grandes pisces
devorans in thalamo requiescis
cum omnibus malis tuis insuper
de coopertorio xxxvi numismata
tu calefacis. Humilis Johannes alia
vice hoc non vestietur. Statimque
facto mane illud vendi precepit
et precium pauperibus erogare
iussit. Quod audiens ille di-
ves illud coopertorium iterum emit
et beato Johanni tradidit rogans
ut ipsum de cetero non venderet
sed super se ipsum teneret. Ille illud
accipiens iussit iterum vendi
et dnis suis precium erogari
Quod ille dives iterum redemit
ac beato Johanni detulit. cuique gra-
tulabundus dixit Videbimus
quis deficiat aut tu in vendendo
aut ego in redimendo. Et sic
suaviter quasi divitem illum
vindemiabat dicens quod si pos-
sit aliquis intentare dandi pau-
peribus divites taliter expo-

liare non peccat. Duo enim lucra-
talis videmur quia animas illorum salvat
Alterum quidem exhibet ipse mercedem non
modicam habet volens homines ad
elemosinam provocare. Consue-
vit narrare de sancto Serapione
quod cum amictum suum pauperi tribuis-
set et alteri obvians qui frigus
paciebatur tunicam suam tribuisset
et ewangelium tenens nudus sederet
Interroganti eum quidam dicens
Abba quis te expoliavit et de-
monstrans ewangelium ait Istud me
expoliavit. Alias autem alium pau-
perem videns ewangelium ipsum ven-
didit et precium pauperi dedit. Cumque
interrogaretur ubi ipsum ewangelium ha-
beret respondit Ewangelium precepit va-
de et vende omnia que habes
et da pauperibus. Et ipsum habebam
et se vendidi ut mandabit.
Cum quidam elemosinam petenti dari
precepisset quinque nummos ille in-
dignatus quod maiorem elemosi-
nam non fecisset conversus ad contume-
liam ipsius prorupit ac in eius
faciem conviciari cepit. Quod cum
famuli audientes in eum irrue-
re vellent ac ipsum graviter
cedere. Quod beatus Johannes prohibu-
it dicens Sinite fratres sinite ut
me maledicat. Ecce enim lx
annos pro opera mea blasphemavi
Christum et unum convicium non porta-
bo ab isto. Iussitque sacculum sibi
afferri et coram ipso apponi ut
inde tolleret quantum vellet. Cum
post lectum ewangelium clerus exiret
et foris in verbis ociosis vacaret
quadam vice post ewangelium patriar-
cha cum eis exivit et in medio eorum
sedere cepit. Omnibus vero hoc miran-
tibus dixit ad eos Filii ubi oves

oues ibi pastor. Aut intrate et
ingrediar. aut manete hic et
ego pariter manebo. Domus igitur et
bis hec fecit et sic populum in catholica
fide erudiuit. ¶ Cum quidam iuue-
nis monialem quandam rapuisset
et clerici coram beato Johanne iuuenem
talem exprobrarent et ipsum ex-
communicandum esse dicerent ut puta
qui duas animas perdidit scilicet suam
et illius. Compescuit eos sanctus Johannes
dicens. Nolo sic filii non sic. Vnde
vos quia et vos duo peccata committi-
tis. Primo contra preceptum domini fa-
citis quod dicit. Nolite iudicare ut
non iudicemini. Secundo quia nescitis quod
certo si usque hodie peccat et non
peniteat. ¶ Frequenter autem existen-
te beato Johanne in oratione et exta-
si mentis posito. talibus verbis cum
deo disputare auditus est. Si sic
bone ihesu ego dispergendo et tu
ministrando videamus quis vincat.
Cum febre correptus mortis se
appropinquare cerneret dixit.
.... Gratias ago deus
quia exaudisti miseriam meam
per grande bonitate tua. neque ve-
niret michi morienti nisi unum
trecis misse hec igitur pauperibus
dari iubeo. Positum est igitur venera-
bile corpus eius in sepulchro ubi
duorum episcoporum corpora fuerunt tu-
mulata. Et ecce corpora illorum
mirabiliter corpori sancti Johannis cesse-
runt et ei locum medium medium
vacuum dimiserunt. ¶ Ante autem
paucos dies quam moreretur cum
quedam mulier quoddam flagitiosis-
simum peccatum haberet aut commisisset

et nulli unquam auderet confiteri dixit
ei sanctus Johannes ut saltem in scribe-
ret quia scribere sciebat et sigillatum
ei afferret et ipse pro ea oraret. Cui
illa assentiens peccatum scribens di-
ligenter sigillauit et beato Johanni tra-
didit. Sed post paucos dies beatus
Johannes in infirmitate in domino quieuit.
Illa autem audiens eum defunctum
se vituperatam et confusam putauit.
Credens quod illud scriptum alicui
commisisset et ad manus alicuius de-
uenisset. Ad tumulum autem sancti Johannis
accessit et ubi rime flens cla-
mabat dicens. Heu heu putans
confusione vitare confusio omnibus
facta sum. Cumque amarissime fleret
et beatum Johannem rogaret ut sibi
ostenderet ubi scriptum suum dimisisset.
Ecce beatus Johannes in habitu pontifica-
li de tumulo processit duobus episcopis
qui secum quiescebant hinc inde
vallatus. Dixitque mulieri. Cur
me tam infestas et sanctos istos
qui mecum sunt quiescere non permit-
tis. Ecce stole nostre lacrimis tuis
omnes madefacte sunt. Porrexitque sibi
scriptum suum sigillatum ut prius fuerat
dicens. Vide sigillum hoc et aperi scrip-
tum tuum et lege. Quod illa aperi-
ens peccatum suum omnino deletum inuenit
et ibi taliter scriptum reperit. Propter
Johannem seruum meum deletum est peccatum
tuum. Itaque illa in mensas deo gratias
retulit et beatus Johannes cum aliis
duobus episcopis in monumentum rediit. Re

De conversione sancti pauli

Conuersio sancti pauli apostoli
facta est
eodem anno quo passus est christus
et lapidatus est stephanus. anno
non naturali sed emergenti. Nam christus
passus est viii. kalendas aprilis
Stephanus eodem anno tertio ydus

augusti lapidatus est. Paulus uero iiij. kalendas februarij conuersus est. Quare autem eius conuersio pocius quam aliorum sanctorum celebratur triplex solet racio assignari. Primo propter exemplum ut nullus quantumcumque peccator desperet de venia quum illum in culpa talem postmodum conspicit in gracia. Secundo propter gaudium. Sicut enim ecclesia magnam tristiciam habuit in eius persecucione ita magnam leticiam habuit de eius conuersione. Tercio propter miraculum quod dominus in eo ostendit dum de seuissimo persecutore fecit fidelissimum predicatorem. Eius enim conuersio fuit miraculosa racione efficientis et disponentis et patientis. Primo racione efficientis id est christi qui eius conuersionem fecit. Ibi enim suam mirabilem potenciam ostendit in hoc quod dixit ei Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et in hoc quod ipsum tam subito inmutauit. Vix enim inmutatus respondit domine quid me vis facere. Augustinus super hoc verbo. Occisus agnus a lupis. fecit agnos de lupis. Iam paratus est ad obedienciam qui prius seuiebat ad persequendum. Secundo eius mirabilem sapienciam ostendit. Sapiencia enim fuit in hoc quod ipsum a tumore superbie deiecit offerendo infima humilitatis non sublimia maiestatis. Ego inquid sum ihesus nazarenus quem tu persequeris. Et glossa. Non dixit deus vel dei filium se uocat sed humilitatis mee infirma suscipe et superbie tue squamas depone. Tercio ibi ostendit suam mirabilem clemenciam quod notatur in hoc quod ipsum

existentem in actu et uoluntate persequendi conuertit. Licet enim haberet deformem affectum quia spirans minarum et cedis. et deformem conatum quia accessit ad principem sacerdotum. et deformem actum quia ibat ut victos perduceret in ierusalem. et ideo iter pessimum eius erat. ipsum tamen misericordia conuertit. Secundo eius conuersio fuit miraculosa racione disponentis scilicet lucis que ipsum ad conuersionem disponebat. Ipsa enim lux dicitur fuisse subita inmensa et celestis. Et subito inquit circumfulsit eum id est circumquaque circumfulsit eum lux de celo. Paulus autem in se tria vicia habebat. Primum erat audacia quod notatur in hoc quod dicitur accessit ad principem sacerdotum. Et glossa. Non uocatus sed sponte zelo concitante eum. Secundum erat superbia quod notatur in hoc spirans minarum. Tercium erat carnalis intelligencia quam scilicet in lege habebat. Unde glossa super verbo. Ego sum ihesus etc. Ego deus de celestibus loquor quem mortuum putas sensu iudaico. Ipsa igitur lux diuina fuit subita ut audacem terreret. Fuit inmensa ut sublimem et superbum in ima humilitatis prosterneret. Fuit celestis ut carnalem eius intelligenciam in celestem mutaret. Vel potest dici quod illud disponens fuit in tribus in uoce acclamante in luce fulgente et in uirtute potente. Tercio eius conuersio fuit miraculosa racione patientis scilicet ipsius pauli in quo facta est ipsa conuersio. Nam licet tria miraculose exterius facta fuerint scilicet prostracio obcecacio

et cotidiana ieiunatio. Est enim
prostratus ut erigatur. quantum ad
depressum affectum Aug. prostratus est
paulus ut cecaretur. cecatus est
ut mutaretur. mutatus est ut mit-
teretur. missus est ut pro veritate pa-
teretur. Item aug. Elupus est sevi-
ens et factus est credens. Elupus
est lupus et factus est agnus. Elupus
est persecutor et factus est predicator
Elupus est filius perditionis et e-
rectus est vas electionis Est
obcecatus ut illustretur. quantum
ad tenebrosum intellectum Unde
eciam in illo triduo quo mansit
cecatus doctus fuit evangelium. Ne-
enim recepit illud ab homine ne-
que per hominem sed per revelationem ihesu
xpi. Aug. paulum dico verum
adletam xpi doctum ab illo.
vinctum pro illo. crucifixum pro illo
et gloriosum in illo. et in carne ma-
ceratus ut ipsa caro disponatur.
ad bone operationis effectum. Op-
time enim deinceps corpus eius ad
omne bonum dispositum est Ita esu-
rire et humiliare sciebat et ubique
et in omnibus institutus erat. et
omnia adversa libenter sufferebat
Crisostomus tyrannos et populos
spirantes furore quasi quosdam
culices extimabat. Morte vero
atque cruciatus et mille sup-
plicia quasi ludum putabat esse pu-
erorum. Hec amplexabatur libe-
ter et magis decorabatur cathe-
na vinctus quam dyademate co-
ronatus. Ac libencius recipiebat
vulnera quam alii munera Vel
ista tria dicuntur fuisse gloria in eo
contra tria que fuerunt in primo parente In
ipso enim fuit contra deum erec-
tio in paulo ad terram prostratio
In ipso oculorum apertio in paulo o-
culorum obcecatio In ipso autem

fuit cibi fruendi et cetera In pau-
lo abstinentia cibi liciti et cetera

De sancta paula.

Paula fuit
nobilissima matrona roma-
norum. cuius vitam beatus Ieronimus compo-
suit in hec verba. Si cuncta corporis
membra verterentur in linguam et
omnes artus humana voce reso-
narent nichil dignum sancte ac venerabilis
paule virtutibus dicerem. Nobi-
lis genere sed nobilior sanctitate po-
tens quondam diviciis sed nunc xpi
paupertate insignior. Testor et
ihesum et sanctos angelos eius proprium
angelum qui custos fuit et comes
admirabilis femine me nichil
in gratiam nichil dicere more lauda-
tium sed quod dicturus sum pro eius testi-
monio minus esse meritis. Vult
lector breviter eius scire virtutes
Omnes suos pauperes pauperior
ipsa dimisit Et sicut inter
multas gemmas preciosa gemma
micat et iubar solis parvos
igniculos stellarum obruit et ob-
scurat Ita cunctorum virtutes et
potencias sua humilitate superavit.
Minima que fuit inter omnes ut
omnium maior esset Et quanto plus
se deiciebat tanto magis a xpo
sublevabatur. Fugiendo glo-
riam merebatur que virtutem quasi
umbra sequitur. et appetitores
suos deserens appetit contempto-
res. Hec cum quinque filios edi-
disset blesillam super cuius morte
eam rome consolatus sum pau-
linam que sanctum et admirabilem virum
et propositum rerum suarum pamachi-
um reliquit heredem ac super hoc
eius obitum parvum libellum edi-
dimus Eustochium que nunc in
sanctis locis virginitatis et ecclesie mo-
nile preciosissimum est Rufinam que

in matrimonio fuit quinque liberis eam constrinavit. et thorothium postquam parere desijt ut intelligeres eam non servire voluisse officio coniugali sed mariti desiderio mares optabat liberos edidisse. Postquam autem vir eius mortuus est ita eum planxit ut ipse cum moreretur. Ita se convertit ad dei servitutem ut mortem videretur optasse. Quid ergo referam Ample et nobile domus et quondam opulentissime omnes pene divitias in pauperes erogatas. Hoc paulini episcopi anthiocheni et epiphanii qui romam venerant attensa virtutibus permonita patriam deserere cogitabat. Quid ultra differo. Descendit ad portum cognatis et affinibus et quod his maius est liberis prosequentibus. Iam carbasa tendebantur et remorum ductu navis in altum trahebatur. Parvus thorotius supplices manus tendebat in littore. Rufina iam nubilis ut suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat. Et tamen siccos oculos tendebat ad celum et pietatem in filios impietate in deo superans nesciebat se matrem ut christi probaret ancillam. Torquebantur sua viscera et quasi a suis membris traheretur cum dolore repugnabat. Hec quod mira ne plena fide patiebatur ymo gaudens etiam appetebat. Et amorem filiorum amore in deum maiore contemptendens in solo

custochio que et propositi et navigationis eius fuit comes adsectebat. Sulcabat interim navis mare et cunctis qui cum ea vehebantur respicientibus. Illa aversos oculos tenebat ne videret quod sine tormento videre non poterat. Cumque ad loca sancta venisset et proconsul palestine qui familiam eius optime noverat. Premissis apparitoribus iussit parari pretorium. Elegit humilem cellulam et cuncta loca tanto ardore ac studio circuibat quod nisi ad reliqua festinaret a primis non posset abduci. Prostrata que ante crucem quasi pendentem dominum cerneret adorabat. Ingressa sepulcrum resurrectionis. Lapidem osculabatur quem ab hostio monumenti amoverat angelus et ipsum corporis locum in quo dominus iacuerat quasi sitiens desideratas aquas fidei ore lambebat. Quid ibi lacrimarum quid gemituum quid doloris effuderit testis est tota ierusalem testis ipse dominus quem rogabat. Deinde proficiscitur in bethleem atque in specu salvatoris ingrediens vidit sacrum virginis diversorium. Et audiente me iurabat cernere se fidei oculis infantem pannis involutum vagientem in presepe dominum magos adorantes stellam fulgentem desuper matrem virginem nutricium sedulum pastores nocte venientes ut viderent verbum quod caro factum erat. et ut evangeliste iohannis principium dedicarent. In principio erat verbum et verbum caro factum est. Parvulos interfectos herodem sevientem Joseph et

·ſrm·

mariam fugientes in egiptum. mix-
tisque gaudijs loquebatur. Salue
bethleem domus panis in qua pa-
nis natus est qui de celo descen-
dit. Salue effrata regio uber-
rima cuius fertilitas deus est
Dauid confidenter loquitur. Introi-
bimus in tabernaculum eius adora-
bimus in loco ubi steterunt pedes
eius. Et ego misera atque peccatrix
digna sum iudicata deosculari
presepe in quo dominus paruulus va-
giit orare in spelunca in qua virgo
puerpera dominum fudit infantem
Hec requies mea quia domini patria est
hic habitabo quoniam elegi eam salua-
tor. Tanta se humilitate deiciat
ut qui eam vidisset et pro celebrita-
te nominis videre gestisset ipsam non
esse crederet sed ultimam ancillarum
Et cum frequentibus choris virginum
cingeretur veste ac voce ac habitu
et incessu minima omnium erat
Nunquam post viri mortem usque
ad diem dormicionis sue cum ullo
viro comedit quamuis eum sanctum
et in pontificali culmine positum
sciret. Balnea nisi periclitans non
adijt mollia etiam in grauissima
febre. Lectuli strata non habuit
sed super durissimam humum stratis
ciliciolis quiescebat Si tamen il-
la quies dicenda est que iugibus pene
orationibus dies noctesque iunge-
bat. Ita leuia peccata plangebat
ut illa grauissimorum criminum se cre-
deret fore ream. Cumque a nobis
crebrius moneretur ut parceret o-
culis et eos seruaret euangelice
lectioni dicebat Turpanda est
facies quam contra dei preceptum

frequenter purpurisso et cerusa et stibio sepe
depinxi. Affligendum est corpus
quod multis vacauit delicijs. Longus
risus perpetuo compensandus est fletu
Lintheamina mollia et serica precio-
sissima asperitate cilicij commutanda est
Viro et seculo placui nunc christo pla-
cere desidero. Inter tales tantasque vir-
tutes si castitatem in illa voluero pre-
dicare superfluus videar. In qua etiam
cum secularis esset omnium rome ma-
tronarum exemplum fuit. que se ita gessit
ut nunquam de illa maledicorum
quicquam auderet fama confingere
Fateor errorem meum cum in largien-
do esset profusior arguebam illam.
conferens de apostolo Non ut alijs sit
refrigerium vobis autem tribulacio
sed ex equalitate in hoc tempore ut habundancia
vestra sit ad illorum et illorum habundan-
cia sit ad vestram inopiam. Et prouidendum
esse ne quod libenter faceret non
posset semper. Multaque huiusmodi que illa mira
verecundia sermone parcissimo dissol-
uebat. Teste inuocans dominum semper
in illius nomine cuncta facere et hoc habere
voti ut mendicans ipsa moreretur
ut unum nummum filie non dimitte-
ret et in funere suo aliena sindone
ne vestiretur. Ad extremum inferebat
Ego si peciero multos inueniam
qui tribuant. Iste mendicans
si a me non accepit quod ei possum
etiam de alieno tribuere si mor-
tuus fuerit a quo eius anima requiretur
Nolebat in hijs lapidibus effun-
dere pecuniam qui cum terra et seculo
transituri sunt sed in viuis lapidi-
bus qui voluuntur super terram de
quibus in apocalipsi iohannis ciuitas magni
regis extruitur. Festiuis diebus
vix oleum in cibo accipiebat ut ex
hoc vno existimaretur quid de vino
et legumine et piscibus et lacte et

melle et ouis et reliquis que gustui
sunt suauia manducare. In quibus
sumendis quidam se abstinentissimos
putant et si hiis uentrem ingurgi-
tauerint tutam pudiciciam suspican-
tur. Noui susurronem quendam
quod genus hominum videtur. quasi benivo-
lo nunciasse ut pre nimio feruore
quibusdam videretur in-
sania et cerebrum illius confouen-
dum dicerent. Cui illa respondit. The-
atrum facti sumus mundo angelis
et hominibus. Nos stulti propter Christum
sed stultum dei sapiencius est hominibus.
Post virorum monasterium quod viris
tradiderat gubernandum plures
quas ex diuersis prouinciis con-
gregauerat tam nobiles quam
mediocres et infimi generis in
tres turmas monasteriique diui-
sit. Ita dumtaxat ut in opere et ci-
bo separate psalmis et orationibus
iungerentur. Iurgantes inter se ser-
mone lenissimo sedabat. Las-
ciuientem adolescentularum carnem
crebris et duplicatis frange-
bat ieiuniis. malens eis sto-
machum dolere quam mentem. dicens
Inmundiciam corporis atque uesti-
um animi esse inmundiciam. Et quod
inter homines seculi uel leue pu-
tatur. uel nichil in monasterium
grauissimum esse dicebat delictum.
Cum aliis languentibus
large preberet omnia. et esum quoque
exhiberet carnium. si quando ipsa e-
grotasset sibi non indulgebat. et eo
inequalis videbatur. quod in aliis
clemenciam in se duriciam commu-
tabat. Referam quod expertus sum.
Ardente Julio feruentissimis es-
tibus incidit in ardorem febris
Et post desperacionem cum dei miseri-
cordia respirasset. medici suaderent

ob recreacionem corporis vino esset
opus tenui et paruo ne aquam bibens
in ydropem uerteretur. Et ego beatum
papam Epyphanium clam rogaui
ut eam moneret immo compelleret
vinum bibere. ut erat prudens et
sollertis ingenii statim sensit
insidias et subridens meum esse quod
ille diceret intimauit. Quid plura
Cum beatus pontifex post plurima
hortamenta egressus fuisset querenti
michi quid egisset. respondit. Tantum pro-
feci ut seni homini persuaserit ne bi-
bam vinum. In luctu mitis erat
et suorum mortibus frangebatur
et frangebatur maxime liberorum.
Nam et uiri et filiorum dormicione
semper periclitata est. Et cum os stoma-
chumque signaret et ad matris dolorem
crucis niteretur impressione leni-
re superabat affectum et credulam
mentem parentis viscera consternabant
animoque vincens fragilitate
corporis vincebatur. Scripturas sanctas
memoriter tenebat. et cum amaret
historiam et illam veritatis diceret fun-
damentum magis sequebatur in-
telligenciam spiritualem. et hoc cul-
mine edificacionem anime protegebat.
Loquar et aliud quod forsitan emu-
lis videbitur incredulum. Hebre-
am linguam quam ego ab adoles-
cencia multo labore et sudore ex
parte didici. et infatigabili medi-
tacione non desero ne ipsa ab
ea deserar discere uoluit. et con-
secuta est. Ita ut psalmos cane-
ret hebraice. et sermonem absque
ulla latine lingue proprietate per-
sonaret. Quod quidem usque ho-
die in filia eius Eustochio cerni-
mus. Huc usque prosperis naviga-
uimus uentis et crispantia

equora labens carina sulca-
uit. uno in scopulis intrito oro.
Quis enim posset siccis oculis pau-
lam narrare morientem. Incidit
in grauissimam ualitudinem ymmo quod
optabat inuenit ut nos dese-
reret et domino plenius iungeretur.
Quid diu differam. et dolorem
meum in aliis in mora facio lon-
giorem. Sentiebat prudentissima
femina ad esse mortem. et re-
frigescente iam parte corporis et
membrorum. solum anime teporem
in sancto et sacro pectore palpita-
rem. nichilominus quasi ad suos pergeret
aliosque despiceret istos uersus su-
surrabat. Domine dilexi decorem
domus tue et locum habitationis glo-
rie tue. Et Quam dilecta tha-
bernacula tua domine uirtutum etc.
Et Elegi abiectus esse in domo
dei mei etc. Cumque a me interroga-
retur cur taceret nollet respondere clamanti
an doleret aliquid. Respondit. Nichil
se habere molestie. et omnia tranquil-
la et quieta respicere. Atque hoc
obmutuit et clausis oculis
quasi humana despiceret. usque ad ex-
pirationem anime eosdem uersiculos
repetebat ut uix audire quid
diceret. Que monachorum la-
tentium in heremo cellula sua
tenuit. Quam uirginum cubiculo
in secreta tenuerunt. Sacrilegium
putabat non tali femine ultimum
reddidisse officium. Donec subter
ecclesiam et iuxta specum domini con-
deretur. Vena lib filia eius eu-
stochium quasi ablactata super matrem
suam abstrahi a parente non potuit
nisi deosculari oculos here-

re uultui totum corpus amplexari
et se cum matre uelle sepeliri. Tes-
tis est ihesus ne unum quidem nummum
ab ea filie derelictum. sed magnum
es alienum et quod his difficilius est
fratrum et sororum in mensam multi-
tudinem quam est sustentare ar-
duum et abicere impium est. Vale
paula et cultoris tui ultimam
senectutem orationibus tuis ad-
iuua etc. De sancto Johanne Crisostomo

Iohannes cognomine crisostomus
anthiocenus sedis et anchiue
nobilium fuit. Cuius uita ge-
nus et conuersatio et persecutio in
hystoria tripartita declaratur. Hic
cum philosophie studium impendisset ta-
men haud deserens diuinis lectio-
nibus intendebat. Qui presbiter
ordinatus propter castitatis zelum
seuerior habebatur. et feruori
magis quam consuetudini ser-
uiebat. Et propter uite rectitudi-
nem intentus ad futura prospice-
re nesciebat. In confabulatione
arrogans incipientibus pu-
tabatur. In docendo erat precipu-
us. preexponendo egregius.
Ad mores corrigendos opti-
mus. Regnantibus igitur archa-
dio et honorio augustis et
damaso in romana sede pre-
sidente factus est constantinopo-
litanus episcopus. Qui dum uitam
clericorum repente corrigere uo-
luit omnes in se in odium exci-
tauit. Cuncti eum uelud fu-
riosum declamabant et apud
homines ei detrahebant. Et
quia numquam aliquem ad prandium
inuitabat nec ab aliquo inui-
tari uolebat. Dicebatque eum

cum ideo facere quia turpius manducaret. Alii autem propter excellentem et exquisitum usum ciborum. hoc eum facere praedicabant. Revera autem propter abstinentiam stomachi. et capitis saepe dolebat et ideo splendidiores epulas evitabant. Plus autem propter simoniacos quos in ecclesia faciebat eum plurimum diligebat. Quippe pendens quicquid contra eum aemuli loquerentur. Apposuit quoque iohannes et quendam presbiterum obiurgare. et ideo contra eum maior invidia est accensa. Aliud quoque fecit quod multos valde commovit. Eutropius namque praepositus imperatoris et huius consulis dignitate volens in quibusdam ad ecclesiam fugientibus vindictam studuit ut lex ab imperatore poneretur. ut nullus ad ecclesiam fugeret. ymo qui dudum confugerant ad eam traherentur. Atque paucos autem dies cum eutropius regem offendisset. ad ecclesiam mox confugit. Episcopus autem hoc audiens ad eum sub altari latitantem accessit et omeliam quandam in tractatoria eum faciens ipsum durissime obiurgavit. ex qua re multos offendit. eo quod homini infelici non solum noluit misericordiam impendere sed insuper non destitit obiurgare. Imperator autem eutropium rapiens eius caput abscidit. Pro diversis igitur causis multos homines fiducialiter obiurgavit et ideo erat pluribus odiosus. Theophilus autem alexandrinus episcopus iohannem deponere volebat et presbiterum quendam nomine ysydorum intrudere affectabat. et ideo causas depositionis diligenter quaerebat. Plus autem defendebat iohannem et eius doctrinam aviditate mira pascebatur. Sacerdotes quoque iohannis secundum ecclesiasticas sanctiones vivere cogebat dicens non debere frui honore sacerdotii qui eorum vitam contempnere imitari. Non solum autem civitatem constantinopolitanam strenue gubernabat sed etiam plures adiacentes provincias imperiali auctoritate providis legibus ordinabat. Cumque cognovisset in finice adhuc demonibus sacrificia ministrari. clericos illuc et monachos destinavit. Omniaque templa ydolorum destrui fecit. Eodem tempore Gaymas quidam. erat genere celticus. consilio barbarus. studio tyrannico. vehementer elatus. arriana heresi depravatus. magister militum factus. Hic imperatorem rogavit ut infra civitatem ei suisque ecclesiam daret. Quod cum promisisset imperator rogat iohannem ut unam ecclesiam illi concederet. et sic eius tyrannidem refrenaret. At iohannes ubi virtute fortissimus et toto zelo ignitus. Noli inquit o imperator hoc promittere neque sanctum canibus dare. Neque hunc barbarum metuas. Sed ambos nos iube vocari et subsilentio quae inter nos dicuntur audi. Ego namque eius linguam sic refrenabo ut hoc petere non praesumat. Quod audiens imperator gavisus est et utrumque altera die vocavit. Cumque Gaymas unam sibi oratorium peteret dixit.

Johes vero ubique divina domus ap-
ta est ut nullus te vetet orare
At ille Ego altius sette sum
et unum templum cum meis here-
ticis posto Multos quidem pro roma-
na re publica labores assump-
si et ideo non debeo in mea pe-
titione contempni Cui Johes
Plurima premia recepisti et quod
tu ostendit tua contumacia Magis-
ter militum factus es consulari roga
insuper exornatus et oportet
te considerare quod dudum fuis et qua-
lis modo consideraris quem primum
paupertas et quam modo substantia
quibus vestimentis ante ute-
baris et quibus modo ornaris Igitur
quia parva labores magna tibi
premia contulerunt contra honoran-
tem te ne sis ingratus His
omnibus sermonibus eius os obstruc-
tum ipse compulit ut taceret Du-
ius constantinopolitanam urbem
strenue gubernarunt Gaynas pre-
dictus imperium ambiens cum in die
non ageret possit nocte barbaros
misit qui pallacium incenderent crema-
rent Tunc repente multitudo quo-
rum Johes custodiebat civitatem
Barbaris cum angelorum arma-
torum ingens corpus humanum
copiosa turba apparuit que
statim ipsos effugavit Quod cum
suo domino nunciassent Ille valde mi-
ratus est sciens exercitum per civita-
tes alias constitutum Cum igitur sequen-
ti nocte eos item destinasset a vi-
sione angelorum sunt similiter effuga-
ti Novisse ille egressus mira-
culum vidit et fugit estimans mi-
lites in die latere et nocte civitatem

custodire Egressus inde ad
traciam iuit et magno congre-
gato exercitu cuncta vastabit ti-
mentibus cunctis barbaricam feri-
tatem Imperator igitur Johi passio-
nem legationis imposuit Ille autem
inimiciarum immemor alacriter
est profectus Gaynas igitur considerans
eius fiduciam propter sanctitate assumpta
longo itinere eidem occurrit suis
quoque oculis dexteram eius contraposuit
et filios suos sacra eius genua
osculari precepit Huius magnus virtutis
Johes fuit ut etiam valde ter-
ribiles humiliari cogeret et timere
Eodem tempore questio mota est
utrum deus corpus haberet Ex
questione contentio et contumacia
surrexerunt Aliis hoc aliis illud
affirmantibus maxime cum mona-
chorum turba simpliciter est decep-
ta dicentium deum corporea effigie
esse distinctum Theophilus autem
episcopus alexandrinus contrarium sapi-
ebat Ita ut in ecclesia contra eos
qui humane forme asseruerunt
Quod egipciorum monachi agno-
scentes habitacula sua reliquer-
runt et alexandriam venientes
sediciones contra theophilum exci-
tarunt Ita ut eum occidere niterentur
Quod ille cognoscens et timens
ait illis Sic vos inquit video
sicut dei vultum Et ille Si vere
dicis quod dei vultus sit est ut
nunc anathematiza libros Orige-
nis qui nostre opinioni adver-
santur Quod si non feceris que
deo et imperatoribus rebella sunt
a nobis sine dubio sustinebis
Et ille Nolite in me sevire
ego quidem quod vobis placet faciam

Et sic monachos a suo impe-
tu revocavit. Excitati vero et
predicti monachi in hoc seducti non con-
sunt sed simplices ardore fidei con-
fices quamvis sapientes insur-
rexerunt et multos occidi fece-
runt. Dum hec in egipto fierent
Iohannes apud constantinopolim
doctrina florebat et apud omnes
admirationi habebatur. Tunc cum ar-
riani plurimum pullularent et
extra civitatem ecclesiam haberent
sabbato et dominica intra por-
tas et porticus convenientes ympnos
et antiphonas nocte cantabant.
Diluculo autem cum ipsis antiphonis
per mediam civitatem portis egres-
si ad sua ecclesias concurrebant.
Hoc autem ad iniuriam ortho-
doxorum facere non cessabant fre-
quenter hoc decantantes: Ubi sunt
qui dicunt tria unam virtutem? Io-
hannes autem metuens ne sim-
plices huius cantationibus trahen-
tur instituit ut fidelium turba
noctibus ympnis insisterent
ut illorum opus obfuscaret et
fidelium professio firmaretur. Fecit
quoque cruces argenteas cum quibus
argenteis cereis portabant.
Tunc arriani zelo accensi in vindic-
tam usque ad necem insurgunt. Una
nocte namque petra percussus est
Brison eunuchus auguste qui ad
ympnos excitandos a iohanne fuerat
deputatus. Quidam etiam de populo
utrimque partibus extincti sunt. Ex hoc
motu imperator prohibuit arria-
nos ympnos publice decan-
tare. Eo tempore Severianus gabalensis
episcopus honorabilis apud multos
precierens et ab ipso imperatore et
augusta multum dilectus constantino-
polim venit et a iohanne gratanter
susceptus est. Cumque iohannes in
asiam perrexisset suam ei dedit ecclesiam
commendavit. Ille autem non fideliter
ambulabat sed semetipsum populo
commendabat. Serapion autem clericus
iohannis hoc iohanni studuit nuntiare.
Transeunti autem Severiano non as-
surrexit Serapion. Ille autem in-
dignatus ait et clamat: Si Serapion
clericus moritur christianus christus
in humana natura non est natus. Hoc
audiens iohannes rediit et ipsum tan-
quam blasphemum de civitate e-
iecit. Quod auguste multum dis-
plicuit et ipsum revocari fecit ro-
gans iohannem ut ipsum sibi reconcilia-
ret. Quod ille tamen renuit
donec augusta filium suum theodo-
sium eius genibus imponeret sed sup-
plicans et coniurans ut Severianum
reconciliaret. Eodem quoque tempore the-
ophilus allexandrinus episcopus dy-
oscorum virum sanctissimum et ysidorum presbyterum
sibi amicissimos iniuste eiecit. Qui
constantinopolim venerunt ut princi-
pi et iohanni factum hoc enarrarent. Iohannes
autem eos quidem honorabat sed ante
cause cognitionem cum eis communicare
nolebat. Falsus tamen rumor ad
theophilum venit quod iohannes cum
illis communicaret. Ad theophilus
indignatus non solum in illos vin-
dictam exercere sed et iohannem depo-
nere fortiter se armabat. Celans
igitur intentionem suam misit ad singu-
lares episcopos civitatum dicens se
origenis libros dampnare. Epy-
phanium quoque episcopum cypri virum
sanctissimum et famosum convenit et
amicum fecit rogans ut ipse si-
militer libros origenis dampnaret.
Epyphanius autem propter suam sanctitatem
eius fallacias non attendens in cypro
suos episcopos convocavit et

lectionem origenis interdixit. rogavit
iohannem pluribus ut se ab eorum lectio-
ne librorum suspenderet et que ordi-
nata fuerant confirmaret. Iohannes autem
huiusmodi parvipendens in doctrina ecclesias-
tica laborabat et in ea florebat. Ni-
que de hiis contra eum cogitabat
curabat. Demum theophilus
odium diu celatum manifestavit
et se velle iohannem deponere indicavit.
Horum(?) inimici iohannis multi cle-
rici tempus oportunum invenientes
nitebantur ut contra iohannem apud
constantinopolim concilium fieret. Post hec
autem epyphanius constantinopolim
venit. dampnatorem liba'orum ori-
genis secum ferens et in iniuriam
iohannis causa theophili dedicavit.
Et quidam propter epyphanium vene-
rantes dampnationi librorum
origenis subscribebant. Plurimi
autem hec recusabant quorum fuit theo-
timus scythie presul vir rectitudine
vite famosissimus qui ita respondit.
Ego inquit o epyphani eum
cuius qui dudum bene requievit in-
iurias non facio neque rem blasphe-
miam temptare presumo. Dampnans
eos q' ḡ porcos non respicere volue-
runt. Ita neque malam doctrinam
in libris eius conspicio qui hiis con-
tumelias infert nescit semet
ipsos. Damasus autem defensor
niceni concilii contra arrianos tes-
tem sue fidei huiusmodi virum appellat
illius libros suis quingentis et di-
cens. Nam in libris inquit et laboriosissi-
mus origenes hoc de filio dei
nobis testimonium perhibet asserens
coeternum patri. Iohannes autem indigna-
tus non est. Cum absque regulis in
ecclesia sua epyphanius ordinationem

faceret sed tamen rogabatur ut inter episcopos
cum eo maneret. At ille non se cum
manere nec orare respondit nisi dyaco-
nos eiceret et dampnationi librorum
origenis se subscriberet. Iohanne hec
scribere renuente ad versus iohannem
aboniis(?) invidiis epyphanius incitatur.
Unde epyphanius libros origenis
dampnavit et dyaconos adiudi-
cavit. Ac iohannem tamquam horum defen-
sori detrahere cepit. Cui iohannes
mandavit contra regulam multa
gessisti o epyphani. Primum quia
ordinationem fecisti in ecclesia sub meo
iure institutam. Deinde quia in ea
auctoritate propria celebrasti. Rursus
quia invitatus excusasti. et nunc
denuo quasi iure confidis. quapropter
observa ne in populo seditio oriatur
et huius rei pricl'm ipse suscipias.
Epyphanius audiens discessit.
Qui cum ad cyprum reversus esset
mandavit iohanni. Spero quia episcopus
non eris. At ille remandavit. Spe-
ro quia ad tuam patriam non redibis
redibis. Quod sic evenit. Nam
epyphanius in via obiit et iohannes
post modicum de episcopatu est depo-
situs et in exilio vitam finivit.
hoc dicitur gloria plebis tue israel Tunc
enim occurrimus Christo in eterna
vel potest dici quia laudatur Christus in
hoc cantico ut pax ut salus
ut lux ut gloria Pax quia
mediator. Salus quia redemp

tor. Lux quia ductor. gloria
quia remunerator. Dicitur etiam hoc
festum candelaria ex eo quod cande-
las portamus accensas in manibus.
Quare autem ecclesia hoc ordinavit
ut scilicet in hac die candele por-
tentur in manibus potest assig-
nari iiii or rationes. Primo propter
removendam erroneam consuetu-
dinem. Romani enim olim in
kalendis februarii ad honorem febe
matris martis qui erat deus
belli urbem de quinto in quintu
anno cum cereis et facibus tota
nocte lustrabant ut filius su-
us eis victoriam de inimicis
concederet cuius matrem sic tam
sollempniter honorabant. Et illud
spatium dicebatur lustrum. Romani
etiam in februario sacrificabant
februo id est plutoni et ceteris
diis infernalibus pro animabus
antecessorum suorum. Ut ergo misera-
rentur eorum ideo eis sollempnes
hostias offerebant et tota
nocte eorum laudibus insisten-
tes cum cereis et accensis facibus
vigilabant. Et quoniam difficile est
consueta relinquere christiani de gen-
tibus ad fidem conversi difficile
poterant relinquere huius consuetu-
dinem paganorum. Ideoque ser-
gius papa hanc consuetudinem
in melius commutavit ut scilicet christi-
ani ad honorem matris dei omni
anno in hac die totum mundum cum
accensis et candelis cereis illustrent.
Secundo ut ostendamus virginis puri-
tatem. aliqui enim audientes vir-
ginis purificationem possent credere

ipsam purificatione indiguisse.
Ut ergo ostendat quod tota fuit pu-
rissima et splendida, ideoque or-
dinavit ecclesia ut luciosos cere-
os baiulemus. ac si ipso facto
dicat ecclesia: Virgo sancta purificatio-
ne non indigens sed tota rutilans
tota splendens. Hec enim purifi-
catione non indigebat quia ex suscep-
to semine non conceperat et in matris
utero perfectissime mundata et sanctifica-
ta erat. Ideo autem fuit in matris
utero et in adventu spiritus sancti sancti-
ficata et mundata quod [illegible] aliquid in-
clinationis ad peccatum in ea penitus
non remansit. Sed etiam virtus eius
sanctitatis et castitatis usque ad ali-
os extendebatur et diffundebatur.
Et ita quod in aliis omnibus car-
nales motus concupiscentie exting-
uebantur. Unde dicunt iudei quod cum
maria pulcherrima fuit quidam non
nunquam potuit concupisci. Ratio enim
est quia virtus sue castitatis cunc-
tos aspicientes penetrabat
et omnem in eis concupiscentiam expelle-
bat. Unde comparatur cedro quia cedrus
serpentes interficit suo odore. Ita
eius sanctificatio in aliis irradiabatur.
Et omnes motus in carne serpentina
occidebat. Comparatur etiam mirre
quia mirra interficit vermes. Sic
eius sanctitas concupiscentias carnales.
et hac prerogativa fuit pre ceteris
virginibus sanctificatis in utero quia
radius castitatis non in alios diffunde-
batur nec carnales motus in aliis
extinguebat. Virtus autem castita-
tis virginis et impudicorum corda pe-
netrabat et ea quo ad ipsam penitus
casta reddebat. Tertio propter repre-
sentandam hodiernam processionem. Maria
scilicet maria et ioseph et symeon

et anima venerabantur secundum processionem hoc
fecerunt et pueri hebreorum putaverunt
Sic et nos processionem facimus et
cereum accensum per quem signatur christus
in manibus tenemus et baiulamus
et usque in ecclesiam deferimus. Tria
enim sunt in cereo scilicet Cera. lichinus
et ignis. Et per hec tria significantur
tria que fuerunt in christo. Nam cera signi-
ficat carnem christi que nata est de virgine
sine corruptione sicut apes ceram
gignunt sine alterutrum commixtione.
Lichinus significat autem candidis-
simam animam in carne latentem. Ignis vero
sive lumen significat divinitatem quia deus
noster ignis consumens est. Unde quidam
obmittens eum de lichino sic ait.
Accipe preter carnem de virgine
veram per lumen numen maiestatis
que cacumine. Certo ergo apostolus iram
instructorem iuliani enim instruunt. quod
si volumus esse ante deum purifi-
cati et mundi. tunc in nobis habere debe-
mus fidem veram. actionem bonam. In-
tentionem rectam. Nam candela in ma-
nu accensa est fides cum operatione
bona. Et sicut candela sine lu-
mine dicitur esse mortua. et lumen
per se sine candela non lucet sed mor-
tuum videtur. Sic operatio sine fi-
de et fides sine bono opere mor-
tua esse videtur. Lichinus autem
intus in cera occultatus est inten-
tio recta. Unde Gregorius. Sic sit o-
pus in publico ut tamen intentio
maneat in occulto. Quedam matro-
na nobilis in beata virgine maximam
devotionem habens quandam capellam
sancte marie iuxta domum suam con-
struxerat et proprium capellanum habens
omni die missam de beata virgine au-
dire volebat. Appropinquante autem
festo purificationis sancte marie sa-
cerdos ob suum quoddam negotium

longius recessit. et domina die illo
missam habere non potuit. Sicut ali-
bi legitur. ut omnia que habere poterat
etiam vestimenta pro honore virginis
dabat. Unde cum clamidem dedis-
set et ad ecclesiam ire non posset sine mis-
sa illa die ea permanebat opor-
tebat. De quo cum plurimum doleret
capellam intravit et ante altare beate
virginis se prostravit. Tunc subito
in excessu mentis videbatur ei se
in quadam ecclesia pulcherrima et spe-
ciosa collocatam esse. Et respiciens
vidit turbam maximam virginum in
ecclesiam venientem. quas precedebat virgo
pulcherrima dyademate coronata
sedebat. Cumque omnes per ordinem conse-
dissent. Ecce alia turba iuvenum
qui et ipsi iuxta ordinem consederunt
Et ecce quidam maximam cereorum
sacculum vel fascitulum deferens
cereum primo virgini que ceteras pre-
ibat dedit. Et postea aliis vir-
ginibus et iuvenibus tribuit.
Deinde ad illam matronam venit
et cereum obtulit quem ipsa libenter ac-
cepit. Tunc per chorum respiciens
vidit duos ceroferarios subdi-
aconum et dyaconum et sacerdotem
sacris indutos vestibus ad alta-
re procedentes. tamquam missarum
sollempnia celebrare volentes.
Videbatur autem ei quod acoliti essent
laurencius et vincencius. Subdy-
aconus et dyaconus duo angeli. Sa-
cerdos autem ipse christus. Facta autem confes-
sione duo pulcherrimi iuvenes
in medium chori ierunt et officium
misse alta voce et devotissime
inceperunt. et ceteri qui in choro
erant prosecuti sunt. Cum ad oblacionem
ventum fuisset regina virginum et
cetere virgines cum aliis qui erant
qui erant in choro cereos suos

ut moris est sacerdoti flexis geni-
bus obtulerunt. Cum autem sacer-
dos illam matronam expectaret ut
cereum suum offerret et illa nollet
misit ad eam regina virginum quod
per rusticitatem faceret quod sacerdotem
tamdiu frustra expectare. Illa autem
videns quod totus sacerdos in missa sua
procederet quia cereum suum sibi datum
non offerret. Tunc iterum regina
alium nuncium misit. Cui similiter
illa respondit quod cereum sibi datum
penitus nulli daret sed illud ex de-
vocione teneret. Regina autem
virginum nuncio precepit dicens Va-
de et iterum roga eam ut cereum offe-
rat. Si non autem ipsum de manibus
eius violenter eripias. Cumque nun-
cius misisset et rogantem audire re-
cusaret dixit se in mandatis habere
ut ipsum ab ea violenter auferret.
Tunc ille cum magna violencia ce-
reum arripuit et ipsum auferre co-
nabatur. Illa autem fortius tenebat
et se viriliter defendebat. Cumque lon-
ga fieret altercatio et hinc inde cereus
violencius traheretur subito fractus
est et medietas in manu nuncii et ali-
a medietas in manu ipsius domine
remansit. Ad hanc igitur vehemen-
tem fractionem illa subito ad se re-
dijt et se in mota altare ubi se po-
suerat inveniens cereum fractum
in manu sua repperit. De quo val-
de admirans immensas gratias
beate virgini reddidit que eam sine
missa illa die remanere non permi-
sit. Illa autem cereum diligenter repo-
suit et pro maximis reliquiis re-
servavit. Et omnes qui tangebantur
de eo a quacumque detinebantur in-
firmitate protinus liberabantur.
Quedam matrona dum esset gravida
quadam nocte vidit se portare
quoddam vexillum quod colore sanguineo
erat tinctum. Evigilans continuo sen-
su amisit. Qua adeo ludificabatur
ut videretur quod christianam fidem quam
hactenus habuerat in se minime
haberet et continuo exiret. Que cum
nullatenus curari posset in qua ca-
beate virginis purificationis pernoctavit
ubi integram sanitatem recepit.

De sancto Blasio

Blasius quasi blandus
vel blasius quasi be-
lasius et dicitur abela quod est habitus
et syor parvulus. Blandus propter dul-
cedinem sermonis, habitus propter habitum vir-
tutum, parvulus propter humilitatem morum.

Blasius cum omni mansuetudine
et sanctitate polleret christiani eum in Se-
baste civitate Capadocie in episcopum
elegerunt. Qui episcopatu suscepto
ob dyocleciani persecutionem spelun-
cam peciit et ibi heremiticam vitam
duxit. Cui aves pabulum affere-
bant ac fere unanimiter ad eum
confluebant. Et dum usque in ponere-
ret manus eis benediceret non
recedebant. Denique si qui infirma-
bantur ad eum continuo veniebant
et sanitatem ad integrum repor-
tabant. Preses igitur regionis
illius dum milites suos ad ve-
nandum misisset et in vanum ibi la-
borantes casu ad antrum sancti
Blasii pervenissent magnam ibi-
dem bestiarum multitudinem ante ipsum
stantium repererunt. Quas dum nulla-
tenus capere possent hoc suo domino
nunciaverunt. Qui statim mili-
tes plures misit et ut ipsum cum
omnibus christianis ad se adduce-
ret precepit. In ipsa autem nocte
rex ei christus apparuit dicens
Surge et offer mihi sacrificium. Ecce
autem milites advenerunt dicentes
Egredere vocat te preses. Quibus

Audit blaſius Bene veniſtis
filij Nunc video quod dominus non est obli-
tus mei Pergens uero cum eis nun-
quam a predicatione ceſſauit et co-
ram eis miracula multa fecit. ¶
Tunc mulier quedam filium ſuum mo-
rientem in cuius gutture os piſcis
tranſuerſum erat ad pedes attulit
et ut ſanaretur cum lacrimis poſtu-
labat. Statius uero blaſius ſuper
eum manus imponens orauit. ut
puer et omnes qui in eius nomine ali-
quid peterent ſanitatis beneficium
obtinerent et ſtatim ſanatus
est ¶ Mulier quedam paupercula
unum ſolummodo porcum habens quem
violenter lupus rapuerat ſanctum
blaſium deprecabatur ut ſibi reddi
faceret porcum ſuum Qui ſubri-
dens dixit Mulier noli contriſta-
ri reddetur tibi porcus tuus Et
continuo lupus venit et porcum
vidue reddidit Ingrediens
vero ciuitatem iuſſu principis car-
ceri mancipatur Alio vero die iuſſit
preſes ipſum ſibi preſentari Quem videns
blandis ſermonibus ſalutauit dicens
Gaude blaſi amice deorum Cui
et blaſius Gaude et tu optime
preſes ſed ne dicas eos deos ſed
demones qui eterno igni cum eis
qui eos honorant tradentur. Ira-
tus preſes cum fuſtibus cedi iuſſit
et in carcere retrudi fecit Cui bla-
ſius O inſenſate ſperas me
per penas tuas dei mei auferre
amorem qui ipſum in me habeo corro-
boratorem. Audiens hec vi-
dua que porcum ſuum receperat
et caput cum pedibus candela
et panem ad ſanctum blaſium depor-
tauit Ille gratias agens comme-
dit eique dixit Singulis an-
nis candelam nomini meo in eccleſia

offeras et tibi et cunctis qui hoc fecerit
bene erit Quod ſemper egit et ſibi proſperi-
tas multa fuit ¶ Poſt hoc cum
eductum preſes a carcere ad deos
inclinare non poſſet. iuſſit eum in
ligno ſuſpendi et carnes eius
ferreis pectinibus laniari et
ſic iterum in carcerem reportari ¶
Septem igitur mulieres ſeque-
tes guttas ſanguinis colligebant
Que mox tenentur et ad deorum
ſacrificia compelluntur. Que dixe-
runt Si vis ut deos tuos ado-
remus cum reuerentia mitte eos
ad ſtagnum ut faciebus ablutis
mundius adorare poſſimus. Le-
tus preſes efficitur et citius quod
dixerunt adimpletur Ille vero
deos arripuerunt et eos in ſtag-
ni medium proiecerunt dicentes
Si dij ſunt videbimus Quod pre-
ſes audiens pre ira inſaniens
et ſeipſum percuciens dixit miniſtris
Cur non tenuiſtis deos noſtros
ut non mitterentur in profundum la-
ci Qui dixerunt Dolose ſecum
locute ſunt mulieres et eos in ſtag-
num proiecerunt Cui dixerunt
mulieres Deus verus dolum non
patitur. ſed et ſi dij fuiſſent
preſciuiſſent utique quod eis facere
volebamus Et iratus preſes
iuſſit plumbum liquefieri et pec-
tines ferreos et ſeptem lori-
cas igne candentes ex una
parte parari et ex alia ſeptem cami-
ſias lineas afferri Quo di-
cente ut eligerent quod mallent e-
ligerent. Una illarum duos
paruos pueros habens audac-
audacter cucurrit et lineas

canistras afferens in carcerem ei porre-
xit. Quinque vero mulieres dixerunt: Ne
nos inter delicias patris tui relin-
quas, sed sicut nos replesti
dulcedine lactis sic nos re-
pleas dulcedine regni celestis.
Tunc preses iussit eas suspendi
et carnes earum pectinibus fer-
reis laniari. Quarum carnes
ut nix albissime erant et pro sangui-
ne lac fluebat. Cum autem supplici-
a invite ferrent, angelus dei
ad eas venit et eas confor-
tavit viriliter dicens: Nolite ti-
mere, bonus est operarius qui bene
incipit et bene perficit et ad con-
summandum se benedictionem meretur. Pro
completo opere et mercedem ac-
cipit pro labore et gaudium pos-
sidet pro mercede. Tunc preses iu-
ssit eas deponi et in caminum
mitti. Que divinitus igne ex-
tincto exierunt illese. Quibus
preses: Iam nunc arte magica
dimittite et deos nostros adora-
te. Que dixerunt: Perfice quod ce-
pisti, quia iam ad celeste regnum
vocate sumus. Tunc ille data
sententia eas decollari iussit. Que
cum decollari deberent, flexis
genibus adoraverunt dicentes:
Deus qui nos a tenebris separasti et
in hanc dulcissimam lucem ad-
duxisti, qui nos tuum sacrificium
fecisti, animas nostras suscipe et
ad vitam eternam facias pervenire.
Et sic truncatis capitibus ad
dominum migraverunt. Post hec ius-
sit preses beatum Blasium presentari et dixit
ei: Vel nunc adores deos vel non?
Cui Blasius: Impie, non timeo
minas tuas, age quod vis. Corpus

meum penitus tibi trado. Et
tunc iussit eum mitti in stagnum.
Ipse vero aquam signavit et mox
sicut arida sub eo permansit. Dixit:
Si vere sunt dii vestri, ostendite vir-
tutem eorum et ingredimini huc. In-
gressi sunt lxv viri in stagnum et
continuo submersi sunt. Angelus
autem descendens dixit ei: Egre-
dere Blasi et coronam tibi a deo pa-
ratam suscipe. Cumque exisset dixit
ei preses: Decrevisti ne adora-
re? Cui Blasius: Cognosce
miser quia Christi sum servus et
demones non adoro. Et sta-
tim iussit eum decollari. Ipse autem
oravit ad dominum ut quicumque pro
infirmitate gutturis vel alia qua-
cumque infirmitate eius patrocinia
postularet exaudiri continuo
mereretur. Et ecce vox de celo
venit ad eum dicens quod sic fieret
ut oravit. Sicque cum duobus
puerulis decollatus est etc. De

De sancta agatha

Agatha dicitur ab agios quod est sanctus et
theos quod est deus, quasi sancta dei. Vel
dicitur ab a quod est sine et geos terra et
theos deus, quasi dea sine terra, id est
sine terrenorum amore. Vel ab
aga quod est loquens et thau consumma-
tio, quasi consummate et perfecte loquens,
quod patet in suis responsis. Vel ab
agat quod est servitus et thaas su-
perior, propter illud quod dixit: Sum-
ma ingenuitas ista est etc. Vel
ab aga quod est sollempnis et thau
consummatio, quasi sollempniter consumma-
ta, id est sepulta, quod patet in an-
gelis qui eam sepelierunt. Aga-
tha virgo ingenua mente et cor-
pore pulcherrima in urbe Ca-
thanensi deum semper in omni-

sitate colebat. Quincianus autem
consularis sicilie cum esset ignobilis
et libidinosus avarus et ydolis
deditus beatam agatham comprehende-
re nitebatur. Et quia erat ignobilis
comprehendendo nobilem timeretur. quia
libidinosus eius pulcritudine
frueretur. Quia avarus eius divici-
as raperet. Quia ydolatra diis
eam faceret ymolare. Fecit quod eam
ad se adduci. Que cum adducta
esset et eius inmobilem propositum cog-
novisset tradidit eam cuidam mereti-
ci nomine affrodisie et novem filiabus
eius eiusdem turpitudinis ut per
xxx dies suaderent ei quod eius
animum inmutaret. Que modo promit-
tendo leta modo terrendo prospera
sperabat se eam ab omni proposito re-
vocare. Quibus beata agatha.
Mens mea fundata est supra pe-
tram et in christo solidata verba vestra
venti sunt. terrores vestri flumina
sunt. promissiones vestre pluvie
sunt. que quamvis impingant fun-
damenta tamen domus mee cadere
non valebunt. Hec autem dicens
cottidie flebat et orabat siti-
ens ad martirii gloriam pervenire.
Videns igitur affrodysia ipsam
inmobilem permanere dixit quincia-
no. Facilius possunt saxa emolli-
ri et ferrum in plumbi mollici-
em converti quam ab intencione christi-
ana mens illius puelle revo-
cari. Tunc quincianus fecit eam ad se
adduci. Et ait illi. Cuius condi-
cionis es. Cui illa. Non solum
ingenua sum sed expectabilis gene-
ris ut omnis parentela mea testatur.
Cui quincianus. Si ingenua di-
ceris cur moribus servilem
personam te ostendis. Illa respondit

Summa ingenuitas ista est in qua
servitus christi comprobatur.
Quincianus dixit. Elige quod vo-
lueris aut scilicet diis sacrifi-
care aut diversa supplicia sus-
tinere. Cui agatha. Sit talis
uxor tua qualis fuit venus dea
tua. et tu talis sis qualis
fuit deus tuus iovis. Tunc
quincianus iussit eam alapis
cedi dicens. In iniuria iudi-
cis noli temerario ore garrire.
Agatha respondit. Miror te virum
prudentem ad tantam stulticiam
devolutum. ut illos dicas
deos tuos esse quorum vitam
non cupias tuam coniugem vel te
imitari. ut dicas tibi inferri iniuriam
fieri si per eorum vivas exempla. Nam
si dii tui dii sunt bonum tibi
optavi. Si autem execraris eorum
consorcia mecum sentis. Quinci-
anus dixit. Quid multa verba superfluis
superfluis curris. Aut sacrifica
diis aut te faciam variis inte-
rire suppliciis. Agatha res-
pondit. Si feras mihi promittis
audito christi nomine mansuescunt.
Si ignem ad liberacionem mihi rorem in
salutiferum de celo angeli minis-
trabunt. Si plagas vel tormen-
ta ingeris habeo spiritum sanctum per
quem despicio universa. Tunc
iussit eam trahi ad carcerem
quia eum voce publica confun-
debat. Ad quem letissime et glo-
riose ibat et quasi ad epulas in-
vitata agonem suum domino preci-
bus commendavit. Sequenti die
dixit ei quincianus. Abnega christum
et adora deos nostros. Que

cum venit iussit eam in ecu-
leo suspendi et torqueri. Dixit
autem agatha Ego in hiis penis
delector sicut qui bonum nunci-
um audit. aut qui videt quem
diu desideravit videre. Aut qui
multos thezauros invenit. Non
enim potest triticum in horreum poni nisi
theca eius fuerit fortiter concul-
cata et in paleas redacta. sic
anima mea non potest intrare in para-
disum nisi cum palma mar-
tirii diligenter a carnificibus
attrectari feceris corpus meum
Tunc iratus quincianus iussit eius
mamillam torqueri et tortam
diutissime iussit abscidi. Cui
agatha Impie crudelis et di-
re tyranne non es confusus am-
putare in femina quod ipse in matre
suxisti. Ego habeo mamillas
meas integras intus in anima
mea quas ab infantia domino
consecravi. Tunc iussit eam
in carcerem recipi prohibens in-
gressum medicorum. et panem
vel aquam ab aliquo ministrari
Et ecce circa mediam noctem
venit ad eam quidam senex quem
antecedebat puer luminis porti-
tor diversa secum ferens medica-
menta Et dixit ei. Licet consularis
insanus te tormentis variis
afflixerit tu eum tuis responsis
amplius afflixisti Et licet
ubera tua torserit sed illius
ubertas in amaritudinem vertetur.
Et quoniam ibi eram cum hec pate-
rebaris. Vidi quia mamilla tua
curam salutis potest suscipere Cui
agatha Medicinam carnalem
numquam corpori meo exhibui
Et turpe est ut quod tam diu ser-
vavi nunc perdam Dixit ei se-

nex Filia ego christianus sum ne
verearis. Cui agatha. Et un-
de verecundari possum. cum tu senex et
grandevus. ego vero tam lacerata
sum quod nemo de me possit capere
voluptatem. Sed ago tibi gratias domine
pater quia sollicitudinem mei impen-
dere dignatus es. Cui ille Quare
non permittis ut curem te Respondit
quia habeo dominum ihesum christum qui solo
verbo curat et sermone restaurat
universa. Hic si vult potest me conti-
nuo curare Et subridens senex
dixit Et ego apostolus eius sum
et ipse misit me ad te et in nomine
eius scias te curatam Et conti-
nuo apostolus petrus disparuit
Et procidens beata agatha gratias
agens invenit se undique sana-
tam et mamillam suo pectori res-
titutam Cum ergo ex immenso lumine
custodes territi aufugissent. et
apertum carcerem reliquissent rogat
eam quidam ut abiret. Absit
inquit ut fugiam et coronam pa-
ciencie perdam et custodes meos
tribulationibus tradam Post
iiijor dies dixit ei quincianus
ut deos adoraret ne gravio-
ra supplicia sustineret Cui
agatha Verba tua fatua sunt
et vana aerem maculancia et
iniqua miser sine sensu et intel-
lectu. quomodo vis ut lapides ado-
rem et deum celi qui me sanat
dimittam. Quincianus dixit
Quis te sanavit. Cui agatha
dixit. Christus filius dei Quinci-
anus dixit Iterum tu audes no-
minare christum quem ego nolo
audire Cui agatha dixit
Quam diu vivo christum corde
et labiis invocabo Quincianus

dixit. Nunc videbo si Christus te curabit. Et iussit testas fractas spargi et subtus testas carbones ignitos immitti et per has nudo corpore volutari. Quod dum fieret ecce terre motus nimius factus est qui totam civitatem ita concussit ut parietes corruentes duos consiliarios Quinciani opprimerent. Et omnis populus ad eum concurrens clamabat quod propter iniustum Agathe cruciatum talia paterentur. Tunc Quincianus ex una parte terre motum, ex alia seditionem populi metuens ipsam iterum in carcere recipi iussit. Ubi sic oravit dicens: Domine Ihesu Christe qui me creasti et ab infantia custodisti, qui corpus meum a pollutione servasti et a me amorem seculi abstulisti, qui tormenta me vincere fecisti et in eis virtutem patientie prebuisti, accipe spiritum meum et iube me ad tuam misericordiam pervenire. Hec cum oratione cum ingenti voce spiritum tradidit.

Cum autem fideles cum aromatibus corpus eius condirent et in sarcophago collocarent, quidam iuvenis sericis indutus cum plusquam centum viris pulcherrimis ornatis et albis vestibus indutis qui numquam in illis partibus visi fuerant ad corpus eius venit et tabulam marmoream ad caput eius ponens ab oculis omnium statim disparuit. Erat autem in predicta tabula scriptum: Mentem sanctam spontaneam honorem deo et patrie liberationem. Quod sic intelligitur: Mentem sanctam habuit, spontaneam se obtulit, honorem deo dedit et patrie liberationem fecit. Hoc autem divulgato miraculo etiam gentiles et iudei eius sepulcrum plurimum venerari ceperunt. Quincianus autem dum ad investigandas eius divitias pergeret duo equi fremitum inter se dantes calcesque iactantes unus eum morsu, alter morsu et calce percussum in flumine proiecit, ita ut corpus eius numquam potuit inveniri. Revoluto anno circa diem natalis eius mons quidam maximus circa civitatem eruptus eructavit incendium, qui quasi torrens de monte descendens saxaque et terram liquefaciens ad urbem cum magno impetu veniebat. Tunc paganorum multitudo de monte descendens et ad sepulcrum eius fugiens velum quo opertum erat sepulcrum arripuit et ipsum statuit contra ignem statimque in die natalis ipsius virginis ignis stetit et ulterius nullatenus processit. De hac virgine sic dicit Ambrosius in prefatione: O felix et inclita virgo que meruit domini pro laude fidelis martyrii sanguinem clarificare suum. O illustris et gloriosa gemino decore illustrata que inter tormenta aspera cunctis prelata miraculis et mistico pollens suffragio apostolicis meruit visitatione curari. Sic nupta Christo susceperunt ethera. Sic humandi artus gloriosa fulget obsequia, ubi angelorum chorus et sanctitatem et patrie indicat liberationem etc.

De sancta Dorothea

Gloriosa virgo et martyr Dorothea ci-

patre doro et matre thea progeni-
ta ex nobili sanguine senatorum.
Illis temporibus viguit persecutio
christianorum in terra romanorum. Tum
beatus dorus spernens ydola
roma relinquens cum posses-
sionibus agris vineis cas-
tris ac domibus transfreta-
vit cum uxore sua beata thea
et duabus filiabus criste
et caliste perrexit in regnum ca-
padocie. Pervenitque in civita-
tem cesaream ibique peperit ge-
nuit filiam decoris mira nimis
intendimus loqui. Et ipsa ge-
nita more christianorum occulte
baptizata a quodam sancto episcopo
qui nomen ei imposuit compo-
situm patre et matre dorothea. Ipsaque
puella repleta spiritu sancto. Virtuti-
bus et omni pacis disciplina
imbuta formosa valde super
omnes puellas regionis. Hanc
videns prefectus in immitus cas-
titatis non sustinens fabricium
prefectum terre potestate in amorem glori-
ose dorothee virginis stimulans
ut ipsam in coniugio appeteret. Al-
mittens preciosa spondens the-
sauros et res absque composita
determinatione pro dote ipsamque
legitimo thoro dimonendam.
Audiens hec dulcis dorothea
quasi lutum terre despiciens terre-
nas divicias et intrepida se
christo desponsatam fatebatur. Hec
audiens fabricius ira succen-
sus est et ut verba non retraheret
in catastam mersa est id est in
dolium fervente olei plenum
ipsaque adiutorio christi illesa.

manens ac si balneo ungere-
tur. Multi autem paganorum vi-
dentes hoc miraculum intra se
ad christum conversi sunt. Fabricius vero
credens hoc magicis artibus
fieri ipsam in carcere reclusit novem
diebus absque ciborum alimentis
que nutrita a sanctis angelis domino
producitur ad tribunal pulcrior quam
umquam visa fuit apparuit. Cuncti
mirabantur quod tot diebus absque
cibo tam formosa videretur. Fa-
bricius vero dixit. Nisi deos
adores in pena eculei penas non
evades. Dorothea vero dixit. Deum
adorabo non demones. Dii tui de-
mones sunt. Et prostrata in terram
ad dominum oravit ut ostenderet po-
tentiam suam. et quod ipse esset solus
deus et non alius preter eum. Erexe-
ratque fabricius columpnam et de-
super columpnam ydolum. Et ecce mul-
titudo angelorum cum impetu ve-
niens contrivit ydolum ita quod nec
particula inveniretur. Et audie-
bantur demones in aere clama-
ntes. Dorothea dorothea cur nos
sic devastas. Et multa milia pa-
ganorum ad christum conversi sunt. Quod eciam
palmam martirii sunt aggressi. Ipsa
in eculeo suspensa pedibus
sursum virgis laceratur corpus
eius virgis castigatur flagellis
flagellatur. Deinde ad mamil-
las virginales facule arden-
tes applicate sunt. Et ipsa semi-
viva in carcere usque in crastinum
reclusa. De mane producta nec
ulla macula nec ulla lesio ap-
paruit. De quo cunctis ipse prefectus
mirabatur. et dixit ei. Adhuc re-
vertaris. Damena puella
satis iam castigata es. Et

misit eam ad duas sorores su-
as scilicet cristen et calisten que
metu mortis a xpo recessissent
ut ipsi dotheam sororem suam si-
militer ab eo euellerent a xpo.
Dothea autem leniter alloquens
sorores suas predictas et au-
ferens ab eis cecitatem cordis
et eas ad xpm conuertit. Quod
audiens fabricius ambas so-
rores dorsum ad dorsum ligari
iussit et igne periri et cremari.
Et dixit dothee Quousque
tu maleficia nos contrahis aut
sacrifica ut viuas aut sententia ca-
pitali plecteris. Illa leto vul-
tu respondit Quicquid vis passu-
ra sum pro xpo domino et sponso me-
o in cuius orto delicias rosas
cum pomis colligam. et letabor
cum ipso in eternum. Audiens hec
tirannus in serpentem fremuit pre-
cepitque ut pulcherrima facies
eius baculis et fustibus ce-
deretur ut tortores fatigarentur.
et quod nec vestigia faciei apparerent.
et sanata in crastinum Que
mane ideo producta illesa a sal-
uatore nostro curata. Deinde
capitali sententia iudicatur. et dum
extra muros ducitur videns
eam theophilus prothonotarius
regis qui illusorie rosas de
viridario sponsi sui petens sibi
promitti Quod illa promisit. Dum
autem peruenit ad locum decolla-
cionis rogauit dominum ut omnibus
qui ad honorem sui memoriam
passionis sue peragerent in omni-
bus tribulacionibus saluaren-
tur et precipue a verecundia et

paupertate et a falso crimine libe-
rarentur. Contricionem et remis-
sionem peccatorum obtineret. mu-
lieres pregnantes nomen eius
inuocantes celerem senciant
in doloribus suis profectum Et
ecce vox de celo audita est.
Ueni dilecta mea. veni spon-
sa mea omnia que petisti im-
petrasti Inclinata autem ad ic-
tum speculatoris apparuit puer
purpurea veste indutus. discal-
ciatus. crispato crine Cuius
vestis stellis aureis fuerat
ferens in manu crarium id est
sportula cum tribus rosis et
tot malis. Cui dothea dixit
Obsecro mi domine feras ea
theophilo scribe et decollata
recessit ad xpm viij. ydus
februarij Theophilus
autem stans in pallacio presidis
et ecce puer apparuit coram
eo et sustulit eum in parte dicens
Has rosas cum pomis mittit
tibi soror mea dothea de pa-
radyso et viridario sponsi sui. et
puer vero statim disparuit. Theo-
philus prorumpit in voces lau-
dando et glorificando xpm dominum
dothee qui in mense februario
dum magna frigora terram conge-
lant nec aliquod virgultum fron-
dibus vestitum vestitur rosas
et poma quibus vult mittere
potens est cuius nomen sit bene-
dictum Et sic sua affirmacione
et predicacione fere tota terra
conuertitur. Uidens hec tirannus
theophilum scribam pluribus
tormentorum generibus quam

dotheam cruciauit Ultio
vero in particulas minimas in
cidi precepit ipm bestijs
& volatilibus ad manducan-
du proiecit Theophilus vero
puntus sacro baptismate mis-
tico qz corpore & sangne xpi
communicauit et sic precepit ad dnm
qui glorificat sctos suos et
ipse glorificatur in eis qui cum pa-
tre & spu consubstancialis & coeter-
nus viuit & regnat in celis
in scla sclorum amen Anno dni
CC lxxxvij viij ydus febru-
arij passa e virgo & martir do-
thea sub dyocleciano & maxi-
miano imperatoribus apud de fa-
bricio in ciuitate cesarea c...

De sctis vedasto & amando

Vedastus qi ve dans estus
quia vere dedit se estus af-
flictionis & penie vel quasi ve
distans qa ve i eternu abco-
distat Vedastus abto re-
migio in attrabaten epm
ordinatus fuit Qui cu ad
portam ciuitatis venisset & ibi
dem duos paupes vnu cecu
& aliu claudu petentes ele-
mosinam inuenisset dixit eis
Aurum & argentum no e michi
qd aut habeo hoc vob do & sta
orone vtrosqz sanauit Cu
in quadam ecclia derelicta vepri-
bus opta lupus latitaret eidem
precepit ut inde fugeret Quod
et factu e Deniqz cu vbo et
ope multos conuertisset xl anno
sui epatus vidit columpna
ignea a celo usqz in domu sua
descendentem Qui finem suu ad
esse considerans post modum
in pace quieuit

Amandus
dicitur qa amabilis fuit Aman
dus ex nobilibus parentibus fuit
ortus monasteriu intrauit Qui
du p monasteriu ambularet queda
maiorem sponte i venit qi sta-
tim uirtute crucis & oronis ad
foueam nunqa inde exiturum
coegit Post hec du roma iuisset
et in ecclia sci petri pnoctare cu-
stos eccie ipm irreuerenter foras
eiecit Qui du ad monitum sci
petri q b an fores eccie dormi-
enti apparuit ut ad gallias iret
mutiens & cu iuisset & ibidem
rege de suis ominibus increparet
Iratus rex cu de suo regno eie-
cit Deniqz cu rex filiu non
haberet & orone sca ad dnm fi
liu habuisset cogitare cepit quo
a sancto suu facere baptizari
Venitqz in mente eius ut ab amando
do cu faceret baptizari Quesito
igitur amando et ad regem ad
ducto rex ad pedes eius prosterni-
tur rogauitqz ut ei indulge-
ret & suu filium quem ei dns
dederat baptizaret Ille vero
prima peticione benigne concessit
secularibus negocijs impli-
cari metuens sedem renuit &
abscessit Tande victus pci-
bus annuit voto regis Post
hec rex ipm in traiecten epm sb-
limari fecit Ubi cu ap luribus
ubiu pdicacois contempni videret
in vasconiam iuit Ubi cum quidam
ioculator verbis eius irridens a
demone arripitur & ppijs den-
tibus se discerpens qz viro dei
iniuria fecerit confitetur & statim
miserabiliter moritur Du aute

quadam vice manus s laNaret
quidam epus aqua illam seruari
fecit de qua quidam cecus perfecto mo-
do curatus fuit ¶ Cum in quodam
loco de uoluntate regis monasterium
construere vellet Epus quidam eius
ciuitatis moleste hoc sustinens
misit famulos suos ut aut impe-
dirent aut eum occiderent Qui ve-
nientes ibidem dolose dixerunt ut
secum pergeret et locum aptum ad
monasterium ostenderet Ille autem ma-
liciam eorum precognoscens usque
ad cacumen montis ubi eum occi-
dere cupiebant cum eis iuit eo quod
multum martirium affectaret Sed
tanta est pluuia et tempestate
omnes cogit ut se mutuo vide-
re non possent Et cum se mori pu-
tantes prostrati ueniam postula-
runt et ut eos viuos abire per-
mitteret exorabant Qui oronem
effudit et serenitatem maximam im-
petrauit Illi ergo ad propria redie-
runt et sanctus amandus euadens
et miracula multa alia faciens
in pace quieuit etc. De sancta appolonia

Sancta appolonia uirgo et mar-
tir gloriosa in allexandria
ex nobili sanguine progenita Ipsa
autem puella in perfecta sponso suo
virtutibus et omni disciplina in bu-
ta formosa ualde Quod in-
vidus serpens inimicus casti-
tatis non sustinens Illis temporibus
viguit persecucio xpianorum in terra
allexandrinorum ut omnes qui se
xpianos esse fatentur ad sacri-
ficia ydolorum compellentur ¶
Deinde appolonia sancta uirgo
pro xpi nomine trahitur ad iudicem
Qui ait Appollonia pro pul-
critudini et sacrificia dijs Aut

morte turpissima morieris
Que rudit Obsessa dyaboli
insaciabilis qui ut aper denti-
bus tuis frendis in me in in-
sidians saluti mee Dij tui
surdi et muti sunt et flecoma
dyaboli Dominus meus ihesus xpus
fecit celum et terram mare et omnia
que in eis sunt Illum solum adoro
et deos tuos surdos et mutos
contempno ¶ Tunc iratus iudex
iussit ut omnes dentes eius
tortores malleis excuterent
Quod et factum est Post hec di-
uersis penis cruciata dixit
Domine ihesu xpe rex glorie a-
mator castitatis te deprecor
ut quicumque dolorem dentium ac a-
liquam oculorum aut corporis ne-
cessitate grauatus fuerit et
te eam in memoriam mee passi-
onis inuocauerit celeres tue
propiciacionis auxilio se sentiat
esse sanatos Tunc vox de
celo facta est dicens Veni dilec-
ta mea quia que postulasti pro
hominibus impetrasti Quod au-
dientes multi de incredulis
conuersi sunt ad dominum Tunc
iudex iratus fecit rogum
et sanctam appolloniam in medio
proici Et ita victrix feliciter
migrauit ad dominum etc. De
scolastica

Scolastica uirgo soror sancti benedicti ab ipso
pueritie tempore omnipotenti deo dedi-
cata ad colloquium fratris sui semel
in anno venire consueuerat ad quam
vir dei non longe a ianua mo-
nasterij descendebat ¶ Quadam
uero die hec sancta uirgo venit
ex more et usque ad eam cum dis-
cipulis frater eius venabilis des-
cendit Qui tota die in dei

laudibus · sacrisque colloquijs
ducentes Incumbentibus iam noc-
tis tenebris simul acceperunt
cibum ¶ Cumque sanctus benedictus et
soror eius scolastica adhuc
ad mensam sederent · et iam sa-
cra colloquia tardior se hora pro-
traheret · eadem sanctimonialis fe-
mina soror eius eum rogavit
dicens Quesso te ut ista nocte
non me derelinquas sed ut usque ma-
ne aliquid de celestis vite gau-
dijs loquamur. Cui cum ille nul-
latenus acquiesceret Illa caput
in manibus rogatura dominum in-
clinavit Cumque caput levasset
tanta choruscacionis et tonitru-
i virtus · tantaque inundacio plu-
vie erupit ut nec quidem pede
movere posset · cum antea serenitas
mira esset Illa enim gratia lacrima-
rum fluvios fudit serenitatem
aeris ad pluviam traxit Cui vir
dei contristatus ait parcat tibi
omnipotens deus soror Quid est hoc
quod fecisti Cui illa Rogavi te
et audire noluisti · rogavi do-
minum et exaudivit me Modo
ergo egredere si potes Dicque
factum est ut tota illa nocte pervi-
gilem ducerent atque per sacra colloquia
sese vicaria relacione sociarent
Et cum post triduum cum ille ad mo-
nasterium redisset · elevatis oculis
animam sororis sue in specie columbe
celi secreta penetrare aspexit
Qui mox corpus eius ad mo-
nasterium iussit deferri et in mo-
numento quod sibi paraverat collocari ·

Valentinus De sco valetio

quasi valorem tenens hoc est in
sanctitate perseverans Vel valentinus

quasi valens tyro id est miles xpi

Valentinus reverendus presbiter
fuit quem claudius imperator ad se
adduci faciens interrogavit
dicens Quid est valentine Cur
amicicia nostra non frueris ut deos
nostros adorans supersticionem tue
abicias vanitatis Cui valen-
tinus Si graciam dei scires ista nec-
quaquam diceres sed ab ydolis animum
revocares et deum qui est in celis a-
dorares Tunc quidam qui claudi-
o astabat dixit Quid vis dicere
valentine de sanctitate deorum nostrorum
Cui valentinus Ego nichil de
eis dico · nisi quod fuerunt homines
miseri et omni immundicia pleni
Ad quem claudius Si xpus deus
verus est cur tu non dicis quod
verum est Cui valentinus Vere xpus
deus solus est Si crederes anima
tua salvabitur · res publica
augebitur · omnium inimicorum tibi vic-
toria concedetur Respondens claudi-
us astantibus dixit · Viri roma-
ni audite et quam sapienter et
recte loquitur homo iste Tunc dixit
prefectus Seductus est imperator
Quomodo deseremus quod ab infancia nostra
tenuimus · et tunc cor claudij in
mutatum est Traditus est autem cui-
dam principi in custodia Cum autem
in domum fuisset inductus ait Domine
ihesu xpe qui es verum lumen illu-
mina domum istam ut te verum deum
cognoscat Cui prefectus Miror
te dicentem quod xpus est lumen
Et quidem si filiam meam diu cecam
illustraverit faciam quecumque precipis
Tunc valentinus orans eius filiam
cecam illuminavit et omnes de do-
mo sua convertit Tunc imperator
hec audiens sanctum valentinum
fustibus cesum decollari pre-
cepit etc. De sancto Juliano

circa annum
domini · 280 ·

Juliana dū eulogio pfēo nicho-
medie desponsata esset et nollz
ei aliquatenus copulari n̄ reci-
peret fidem xpi. Jussit eā pat
suus expoliari et gravis-
sime cedi at ipo pfēo tradi.
Tuc pfcus ait dulcissima mea
iuliana cur me ita delusisti
ut me sic renueres Cui illa
si tu adoraveris deū meū acqui-
escam tibi alioqn nunq dns meus
eris Cui pfcus Dna mea
hoc facere nō possū qa impator
amputari faceret caput meū
Cui iuliana si ita times im-
patorē mortalez quō vis ut
in mortalem nō timeam Fac
quitqd vis qa me decipe non
valebis Tuc pfcus iussit ea
gravissime virgis cedi et dimi-
dia die p capillos appendi
et plūbū liquefactū i capite
eius fundi Quod cū nichil
ei nocuisset ipaz cathenis liga-
vit et i carcere inclusit Ad quā
venit dyablus i spe angli di-
cens Juliana ego sū angelus
dni q me ad te misit ut debe-
am te amonere qtēs diis sacri-
fices ne tam diu cruciēris et ta
male moriaris Tuc iuliana
flens oravit dicēs Dne des
meus ne me pmittas pire sed
ostende m qs est iste q talia michi
suadz Facta ē vox ad eā ut
ipm apphenderet et qs esset ipm
cogeret confiteri Que cū te-
nuisset et qs esset i terogasset dixit
ei qd demon esset et qd ad
decipiendū ipaz pat suus mi-
sisset ipm Cui iuliana Et qs
est pr tuus Rndit Beelzebub
qui ad omnia mala nos dirigit
et facit nos duriter verberari quo-
tiens a xanis fuim superati et
ideo scio qd p malo meo huc ve-
ni qa te supare nō potui Int
alia aut que cfessus ē dixit
qa tūc a xanis maxie elon-
gator qn misterium dnici corporis
agit. qn orones et pdicacoes
fiūt Tuc iuliana manibus
retrorsum ipm ligavit et ad
terram deiciens cū cathena q
erat ligata ipm durissime ver-
beravit Dyabolus aut clamans
rogabat ea dicēs Dna mea
iuliana miserere mei Tunc
iussit pfcus ut iuliana de
carcere duceret et exiens tra-
hebat post se demone alliga-
tū Demon aut rogabat ea
dicens Dna iuliana noli
de me amplius ridiculum face
Nō eni potero ultra i quēquā
pvalere xpiani dicunt miseri-
cordes esse et tu nulla de me mi-
sericordia hēs Sicq p totū
forū ipm traxit et postea i qua-
dam latrinā ipm piecit Cū
aut venisset ad pfcm i quādam
rota adeo ē extensa qd omia
eius ossa usq ad medullā
[illegible] fuit cfracta Angelus
aut dni rota cominuens ipam
i momento sanavit Quod vi-
dentes qui aderant crediderūt
et statim decollati sūt viri quīge-
ti et mlieres centū xxx. De-
inde cū i quādā olla plūbo li-
quefacto plena missa fuisset et plūbū
velud balneū tpatū factū esset
maledixit pfcus diis suis
qui una puellam punire nō
potuerūt que tantam eis i iuri-
am irrogabat Tuc iussit ea

decollari. Que dum ad decollandum duceretur demon quem uberauerat in specie iuuenis apparens clamabat dicens Nolite ei parcere quia deos uestros vituperauit et me hac nocte grauiter uerberauit reddite ergo ei quod meruit. Cum iuliana paululum oculos aperuisset ut videret quis esset qui talia loqueretur demon fugiens exclamauit Heu me misero adhuc puto quod me uult capere et ligare. Cum beata iuliana decollata fuisset presens cum nauigantibus in mari cum xxxviii viris orta tempestate submersus est. Hororum ante corpora cum mare iactasset a feris et auibus sunt comesta.

De sancto symeone

Sanctus symeon fuit iherosolimitanus episcopus qui passionem saluatoris nostri domini ihesu christi scilicet crucis extitisse narratur. Hic fuit filius cleophe qui fuit frater ioseph sponsi sancte marie. De isto sancto symeone in pluribus locis inuenitur quod tunicis patibulo sit affixus. Et hoc idem magister beleth in summa sua testatur. Cum enim sanctus symeon ut aiunt in egipto predicasset et multos ibidem ad fidem dei conuertisset iherosolimam rediit. Et post mortem beati iacobi minoris fratris domini nostri in episcopum iherosolimitanum ab apostolis vnanimiter electus est. Et ante mortem suam triginta mortuos resuscitasse narratur. Vnde decem cantatur. Terdenos mortuos fluctibus submersos humane vite reddidit. Cum autem sanctus symeon ecclesiam iherosolimitanam multos annos rexisset et iam centesimum vicesimum annum ageret tempore traiani imperatoris cum atthicus consularis heretici iherosolimis et ab eo captus multis iniurijs afficitur et ad ultimum crucem adeunte figi iussit omnibus qui aderant et ipso iudice admirantibus ut centum viginti annorum senex crucis patibulum pertulisset.

De kathedra petri

Kathedra triplex dicitur esse scilicet regalis unde Reg. xxiij. dauid sedens in cathedra etc. Sacerdotalis unde .i. Reg. i° hely sacerdote sedente super sellam etc. Magistralis Math. xxiij. Super cathedram moysi etc. Beatus ergo petrus sedit in kathedra regali quia fuit princeps omnium regum. Sacerdotali quia fuit pastor omnium clericorum. Magistrali quia fuit doctor omnium cristianorum. Kathedra sancti petri ab ecclesia festiue recolitur quia tunc petrus aput antiochyam in kathedrali honore sublimatus fuisse perhibetur. Cum autem beatus petrus antiochie predicaret theophilus antiochie princeps ciuitatis illius dixit ei Petre quare populum meum subuertis. Cum ergo petrus fidem christi ei predicaret ille eum vinculari fecit et sine cibo et potu manere precepit. Cum iam petrus pene deficeret resumptis viribus eleuauit oculos in celum ait Ihesu christe miserorum adiutor adiuua me in hijs tribulationibus deficientem. Cui dominus ait Petre credis te derelictum esse a me. Nec bonitati derogas si talia garris me dicere non formidas. Presto enim est qui subueniat miserie tue. Audiens autem paulus detentionem petri ad theophilum venit et se in multis artibus opificem esse asseruit ligna et tabulas se scire sculpere tentoria depingere et multa alia industria operari dixit

Qui a theophilo obnixe roga-
tur ut in eius curia secum consistat
Evolutis autem paucis diebus
paulus ad petrum absconse in car-
cerem intravit Quem videns pe-
ne mortuum et consumptum amaris-
sime flere cepit et in amplexus
eius quasi flendo deficiebat Et pro-
rumpens sic ait O petre frater meus
gloria mea gaudium meum dimi-
dium anime mee meo intuitu re-
sume vires Tunc petrus oculos
aperiens et ipsum cognoscens lacri-
mari cepit sed loqui non potuit
Et nauires paulus vix eius
os aperuit et ponens cibum ipsum
refocillavit Cum autem petrus
cibo confortatus fuisset accurrens
in oscula pauli ruit et ambo
plurimum fleverunt Paulus
autem occulte rediens theophi-
lo dixit O bone theophile mag-
na est gloria tua et curialitas
tua honestatis amica de ho-
nestate multa exiguum remisisse
quid fecisti illi dei cole qui dicitur petrus
velud esset aliquis magnus pannosus
macie consumptus per omnia vilis est
solo sermone clarescit Et talem
decet te incarcerem ponere si potius
libertate frueretur posset tibi aliquid
esse utilis Nam sicut de illo ho-
mines quidam aiunt infirmos sanat
mortuos suscitat Cui theophi-
lus Fabulosa sunt ista que di-
cis paule quia mortuos suscitare
posset seipsum de carcere libera-
re posset Cui paulus Sicut xpi-
stus a mortuis resurrexit ut
dicunt et tamen de cruce descendere
noluit Sic petrus ut aiunt homines
ipse non liberat et pati pro xpo

non formidat Cui theophilus
fac ut ergo filium meum iam per xiiij
annos mortuum resuscitet et eum
incolumem reddat et liber exibit Ingre-
diens igitur paulus dixit quod re-
suscitationem filii principis sponpo-
disset Cui petrus Rem grandem
paule promisisti sed dei virtute fa-
cillimam Sed cum petrus de carcere
eductus monumento aperto pro
eo orasset continuo resurrexit
Sed hoc per omnia simile non videtur ut
aut paulus humana astucia se
talia fabrilia componere fingeret
aut sua iuvenis per xiiij annos
suspensa fuisset Tunc theophilus
et universus populus antiochie
et alii quamplures domino credide-
runt et gloriosam ecclesiam fabrica-
verunt In cuius medium excelsam
kathedram collocaverunt et petrus
ut ab omnibus audiri et videri
posset exaltaverunt In qua sep-
tem annis sedit Postmodum ro-
mam venit In romana ecclesia sedit
xxv annis De primo honore
ecclesia celebrat quia tunc primo prelati ec-
clesie ceperunt loco petri pota-
te et nomine sublimari Tunc ergo im-
pletum est illud quod dicitur in psalmo Exaltent
eum in ecclesia plebis etc Et notandum
quod triplex ecclesia est in qua beatus petrus
fuit exaltatus scilicet ecclesia mili-
tancium malignancium et triumphancium
In hac triplici ecclesia exaltatus
est beatus petrus scilicet triplici festi-
vitate quam de eo ecclesia celebrat
Est enim exaltatus in ecclesia milita-
cium eidem presidendo et eam in fide
et moribus laudabiliter regendo
Et hoc quantum ad sollempnitatem hodi-
ernam que dicitur kathedra quia tunc
super antiocenam ecclesiam pontifi-
catum accepit et eam annis septem

laudabiliter rexit. Secundo est exaltatus in ecclesiam malignantium ipsam scilicet dissipando et eam ad fidem christi convertendo. Et hoc pertinet ad secundam festivitatem que dicitur ad vincula. Tunc enim ecclesiam malignantium dissipavit et multos ad fidem christi convertit. Tertio est exaltatus in ecclesiam triumphantium in ipsam scilicet fideliter introeundo et hoc convenit ad tertiam sollempnitatem que est passionis ipsius quia in ecclesiam triumphantium introivit. Non dum ecclesia quam pluribus aliis omnibus. ecclesia ter in anno eius festivitatem facit. Scilicet propter privilegium propter officium propter beneficium propter debitum et propter exemplum. Propter privilegium quia beatus petrus ab aliis apostolis in tribus fuit privilegiatus propter que tria privilegia ecclesia ter eum in anno honorat. Fuit enim pre ceteris dignior auctoritate. quia princeps apostolorum extitit et claves regni celorum accepit. Fervencior in amore. Tum maiore enim fervore christum dilexit quam ceteri sicut in multis locis evangelii manifestatur. Et efficacior virtute. Nam ad umbram sancti petri universaliter sanabantur infirmi. Secundo propter officium. Ipse enim officium prelationis super universam ecclesiam habuit. Et ideo sicut petrus fuit princeps et prelatus totius ecclesie que diffusa est in tribus partibus mundi scilicet asya. affrica. et europa. Ita ecclesia ter in anno celebrat festum eius. Tertio propter beneficium quia ipse est qui potestate accepta ligandi atque solvendi. Liberat nos a tribus generibus peccatorum scilicet cogitationis locutionis et operationis vel istud beneficium potest

esse triplex. Iuxta beneficium quod virtute clavium peccator in ecclesia consequitur. Primum est absolutionis reatus ostensio. Secundum pene purgatorie in temporalem commutatio. Tertium pene temporalis secundum partem relaxatio. Et propter hoc triplex beneficium petrus tripliciter est honorandus. Quarto propter debitum. quia ipse tripliciter pavit et pascit nos scilicet verbo exemplo et temporali beneficio seu subsidio. Ideo obligamur ut ipsum tripliciter honoremus. Quinto per exemplum ut nullus peccator desperet si etiam ter sicut petrus dominum negaverit tibi tamen sicut et ipse velit. corde. ore et opere confiteri. Hoc autem festum de in kathedratione petri consuevit appellari festum beati petri epularum. Consuetudo enim fuit antiquitus gentilium ut ait Iohannes beleth singulis annis in mense februarii certo die epulas offerre super tumulos parentum suorum et eas de nocte epulas demones consumebant. Ipsi autem ab animabus circa tumulos errantibus quas umbras vocabant vastari putabant. Solebant enim antiquitus dicere ut idem ait quod anime in humanis corporibus sunt dicuntur. Cum in inferis manes. spiritus vero vocabantur cum ad celos ascendebat. Umbre cum recens erat sepultura. sive cum circa tumulos errabat. Hec autem consuetudo de ipsis epulis nisi a christianis potuit extirpari. Quod sancti patres attendentes et hoc penitus extirpare volentes festum de in kathedratione beati petri tam de illa que fuit antiochie quam de illa que fiebat rome statuerunt illo scilicet die quo hec fiebat. Unde ab illis epulis ad hunc

ab aliquibus festum beati petri epularum vocatur. ¶ Nono dicitur quod iuxta aliquorum traditionem corona clericorum hic primo suscepit initium. Nam dum petrus antiochie predicaret in contumeliam nominis christiani summitatem capitis eius abraserunt quod quidem pro ignominia toti clero traditur quod a christo apostolorum principi in contumeliam fuerat irrogatum. Circa autem ipsam coronam clericorum tria attenduntur scilicet capitis abrasio. capillorum detruncatio et forme circulatio. Abrasio autem in superiori parte capitis fit triplici ratione quarum duas assignat dyonisius in ecclesiastica ierarchia. Detonsio capillorum significat munditiam et non formabilem vitam. Nam capillorum cum detruncatione sive capitis abrasione tria sequuntur scilicet mundicie conservatio. deformatio et denudatio. quia ex capillis sordes in capite aggregantur. Deformatio quia capilli ad ornatum sunt dati. Significat ergo tonsura mundam et deformabilem vitam. quod significat quod clerici debent habere mundiciam mentis intus et non formabilem id est non exquisitum habitum exterius. Denudatio autem significat quod inter se et deum nichil debet esse medium sed inmediate deo debent uniri et revelata facie gloriam domini speculari. Capillorum detruncatio fit ut ex hoc detur intelligi quod omnes clerici cogitaciones superfluas a mente sua debent abscidere et ad verbum dei sensum audiendum et expeditum habere. et omnia temporalia preter quam ad necessitatem a se penitus removere. ¶ Fit autem circularis figura multiplici ratione. Primo quia talis figura non habet principium neque finem per quod datur intelligi quod clerici sunt dei ministri qui non habet principium neque finem. ¶ Secundo quia hec figura nullum habet angulum significat quod clerici non debent habere sordes ut ait bernhardus. Et debent habere veritatem in doctrina. quia veritas angulos non amat sicut dicit iheronimus. Tercio quia hec figura est omnium figurarum pulcherrima. Unde in hac deus celestes creaturas fecit. Per quod significatur quod clerici debent habere pulchritudinem intus in mente et exterius in conversatione. ¶ Quarto quia hec figura est omnium figurarum simplicissima. Nulla enim figura ut dicit augustinus ex una linea consistit. Sola circularis figura est que una tamen linea clauditur. Per quod significatur quod clerici habere debent simplicitatem columbinam iuxta illud Estote simplices sicut columbe etc.

De sancto mathia

Mathias hebraice. latine dicitur donatus domino vel donatio domini. vel humilis sive parvus. Nam donatus a domino fuit. quia quem de mundo elegit. inter lxxii discipulos designavit. Donatio domini fuit. quia sorte electus est et inter apostolos enumerari promeruit. Parvus fuit quia veram semper humilitatem servavit. Vel dicitur amanum quod est bonum et thesia quod est porcio. inde mathias bonum pro malo positum id est pro iuda. Mathias apostolus in locum iude substitutus est. Hic primo ortum et originem ipsius iude proditoris videamus. Legitur enim in quadam hystoria licet apocrifa quod fuit quidam vir in iherusalem nomine ruben. qui alio nomine dictus est symon de tribu iuda vel secundum iheronimum de tribu ysachar qui habuit uxorem que cyborea nuncupata est. Quadam igitur nocte cum sibi mutuo debitum exsoluissent cyborea obdormiens sompnium vidit.

est unus ex his viris qui nobiscum
semper fuerunt et domini miracula
viderunt et eius doctrinam audierunt.
Et statuerunt duos de his
LXXII discipulis scilicet Joseph qui
cognominatus est iustus pro sanctitate
sua, qui frater erat Iacobi Alphei et
Mathiam de cuius laude subtice-
tur, quia sufficit pro laude quia in apos-
tolum electus. Et orantes dixe-
runt: Tu domine qui nosti corda ho-
minum ostende quem elegeris ex his
duobus accipere unum locum huius
apostolatus quem Iudas amisit.
Et datis sortibus cecidit sors
super Mathiam et annumeratus est cum
undecim apostolis. Et notandum quod huius
exemplo ut ait Ieronimus non est sortibus uten-
dum, quia privilegia paucorum communem
legem non faciunt. Rursus secundum
Bedam: Donec veniret veritas fi-
guram licuit observare. Vera enim
hostia fuit in passione immolata.
Et ideo in electione Mathie que ante
pentecosten consummata sortibus usi
sunt ne a lege discreparet in qua
summus sacerdos sorte querebatur.
Post pentecosten vero veritate promulga-
ta VII dyaconos non sorte sed
apostolorum oratione discipulorum vero
electione et manuum impositione ordi-
nati sunt. Cuiusmodi autem hee
sortes fuerunt duplex sanctorum patrum
constat sententia. Ieronimus enim et Beda vo-
lunt quod hee sortes tales fuerunt
quales ille quarum in lege veteri
crebrius usus erat. Dyonisius
autem qui fuit Pauli discipulus ir-
religiosum existimat hoc ar-
bitrari asserens sed videri quod illa
sors nichil aliud fuit nisi qui-
dam splendor et radius divinitus
super Mathiam emissus per quem
ipse ostendebatur in apostolum assumendus.

Ait enim sic in libro de ecclesiastica ierarchia:
De divina autem sorte que super Mathi-
am divinitus cecidit. Alii quidem
sic dixerunt non religiose sicut ar-
bitror, mea autem et ipse intentio
sic dicam. Videntur mihi eloquia sor-
tem nominare thearchicum quoddam
donum demonstrans illi thearchico
choro a divina electione susceptum.
Hic igitur Mathias Iudeam in sorte
accepit et predicatione ibidem insis-
tens et multa miracula faciens
in pace quievit. In nonnullis co-
dicibus legitur quod patibulum crucis
pertulit et tali martirio coronatus
celos ascendit. Cuius corpus Rome
in ecclesia sancte Marie maioris sub quo-
dam lapide porphiretico sepul-
tum esse dicitur et ibidem caput eius populo
demonstratur. Invenitur quedam nichilominus alia le-
genda que Treveris invenitur, sic in-
ter cetera legitur: Mathias in lege erat
doctissimus, corpore mundus, animo pru-
dens, in solvendis questionibus sagax,
sententia acutus, in consilio providus, in
sermocinatione expeditus. Qui
cum verbum dei per Iudeam predicaret mul-
tos signis et prodigiis convertebat.
Unde Iudei invidentes ipsum in con-
cilio statuerunt. Duo igitur falsi
testes qui ipsum accusaverunt primo
in ipsum lapidem miserunt. Quos
lapides in testimonium illis secum
petiit sepeliri. Qui dum lapida-
retur securi percutitur et extensis
in celum manibus spiritum deo reddi-
dit. Et subditur ibidem: Cuius cor-
pus de Iudea Romam. Deinde de
Roma Treveris ulterius est
translatum etc. **De Gregorio**

Gregorius dicitur a grex et gore
quod est predicare sive dicere, unde
Gregorius quasi gregis predicator. Vel
dicitur Gregorius quasi egregius, ab
egregius et gore quod est doctor quasi egre-
gius doctor vel predicator. Vel
Gregorius in nostra lingua vigilans

signat. qa ipe vigilauit sibi
dno. et gregi sibi p munditie
conseruatoz. deo p intna qte-
platonez. gregi p assiduam
predicatone. Eius vitam qpo-
sit paulus longobardoz hi-
toriographus qua iohes dyaco-
nus diligencius pt modu qpilau.

Gregorius senatoria stirpe
pgenitus cuius pr gordianus
fuit et mr silua dicebat. Cu
summu phie apice i ipa sui ado-
lescentia attigisset. ac rez et
diuiciaz copia plurimu hun-
daz. cogitauit tn hec omia
desere et i religione se trāsfre.
Sz du longius qusione ptra-
herz. et tucius se xpo famula-
turus putarz. et sub ptois ur-
bani habitu mundo spetenus de-
seruire. cepert multa qtra eu
ex secli cura succrescere. ita ut
no tn spe s; vi teneret et mete.
Tande pre orbatus sex mo-
nasteria in sicilia qstruxit. septi-
mu intra vrbis menia sub
honore sci andree apli i ppria
domate fabricauit. In quo relic-
tis sericis auro gemmisq radi-
antibus vili monastico habitu
tegebat. Ubi ad tantam pfecto-
nem i breui deuenit ut i ipo
se qusionis i icio posset ia i p-
fectoz nuo computari. Tanta
deniqz districtone corpus suu
afflixit ut i firmato stomacho
subsistere vix ualerz. et incisio-
ne vitaliu qua greci sincopi
vocant paciens crebris an-
gustijs phorrens morte ad
extremu ppinquarz. Quadam
vice du quedaz i monasterio suo
ubi abbas peat scriberz. an-
gelus dni in specie naufragi
affuit. et ut misereri lacrimat.
postulauit. Cui cu gregorius
sex argenteos dari fecisset abijt.
Eadem die iterum rediit. seqz mul-
ta pdidisse pauca uero recepis-
se phibuit. Cui cu alios toti-
dem argenteos recepisset iterum
tcia die reuersus misereri sibi
i portunis clamoribus postula-
bat. Cui cu pcuratore sui mo-
nasterij dixisset nichil dandu
pt scutellam argentea qua
mr sua cu leguminibus mittere
solebat i monasterio remasisse
illam statim dari pcepit. quaz
libent accepit. letus abscessit.
Hic aut angelus dni fuit sic
pximodu s reuelauit. Qua-
dam die beatus gregorius p foru
vrbis rome transiens cernit
qsdam pueros forma pulchri-
mos vultu venustos capillo-
ru nitore pspicuos esse vena-
les. Interrogauit igit mcatore
de qua illos pria detulisset. Qui
rndit. de britania. cuius incole
sili candore refulgent. Introgat
igit. si xpiani. Cui mcator no
s; paganis erroribus implicati
tenent. Tunc gregorius ait in-
gemiscens. Heu pdolor inqt
qua splendidas facies pnceps
tenebrarum nunc possidz. Introgat
insup q esset illius gentis vo-
cabulu. Cui ille. Anglia uocat.
Bn inqt angli qa angelici
qui et angelicos vultus habent.
Interrogante itm eo quo nomen
haberet illa puincia. Ait mcator
puinciales illi uocant deiri.
Et gregorius. Bn inqt deiri. qa
de ira sut eruendi et vocandi.
Rursus de noie regis introga-
te ait mcator q alle dicet. Cui
gregorius. Bn alle qa alla i illis
ptibus decantari oportz. Qui
mox accedens ad summu pontifice

cum multa instantia a patribus viro
optinuit ut ad illos convertendos
mitteretur. Cumque iam iter arripuisset
sed romani de eius absentia plu-
rimum perturbati papam adeunt
et eum taliter alloquuntur. Petrum offen-
disti. romam destruxisti. Gregorium
vero dimisisti dimisisti. Tuncque papa
perterritus ad eum revocandum cyti-
ssimo nuncios destinavit. Tuncque
gregorius iam cum tercia dies iter peregis-
set et in quodam loco diverterent
quidam ceteris quiescentibus legentem
locusta supervenit eum coegit
a legendo quiescere. et ex consideratione
nominis sui docuit eum in eodem
loco stare debere. Quod ille spiritu
prophetico discernens statim comites
hortatur ut velocius debeant
proficisci. Sed supervenientibus
nuncijs multociens redire compelli-
tur, licet plurimum contristaretur. Tunc
monasterio suo papa ipsum abstraxit
et suum dyaconum cardinalem ordi-
navit. Quodam tempore tyberis
fluvius alveum suum egressus in
tantum excrevit quod supra muros ur-
bis influeret. Tunc autem per tyberim
fluvium multitudo serpentum cum dra-
cone magno in mare descendit.
Qui a fluctibus maris suffocati
et ad littus proiecti totum ae-
rem sua putredine corruperunt
Unde pessima plaga quam ingui-
nariam vocant secuta est ita ut
corporali visu sagittas celitus
venire singulosque percutere vide-
rentur. Que primo omnium pelagium
papam percussit et sine mora extinxit
Deinde in reliquum vulgus
ita desevit ut subtractis habita-
toribus domos plurimas in urbe
vacuas relinquerent. Sed quia ecclesia
dei sine rectore esse non poterat
gregorium licet totis viribus renite-
ntem plebs omnis elegit. Cum ergo

benedici deberet et lues populum devas-
taret sermonem ad populum fecit et proces-
sionem faciens letanias instituit
et omnes ut deum attencius exora-
rent ammonuit. Cum igitur deum
omnis congregatus populus exoraret
in tantum lues ipsa desevit ut in una
hora lxxx homines spiritum exhala-
rent sed nequaquam cessavit populum
ammonere ut ab oratione nequaquam
desisteret donec pestem ipsam diva
misericordia expulsaret. Finita proces-
sione fugere voluit sed non potu-
it quia die noctuque portas ur-
bis propter eum vigiles observabant
Tandem mutato habitu a quibusdam
negociatoribus obtinuit ut in
quodam dolio super quadrigam
positum de urbe educeretur. Qui mox
silvas expetijt cavernasque lati-
bulas requisivit ibique tribus
diebus latuit. Verum dum sol-
licite quereretur columpna lucis
perfulgida a celo dependens
super locum in quo latitabat appa-
ruit. In qua columpna angelos
ascendentes et descendentes qui-
dam reclusus aspexit. Moxque
ab omnibus populis capitur trahitur
et summus pontifex consecratur
Quod non ad honoris culmen
invitus ascenderit qui verba sua
legit patenter advertit. Nam
in epistola ad narsum patricium sic
ait. Dum contemplationis alta de-
scribitis ruine mee iam gemitum
renovatis. Et quia audivi quod in-
tus perdidi dum foras ad culmen
regiminis immeritus ascendi tan-
to autem me percussit merore con-
noscite ut vix loqui sufficiam
Nolite ergo me vocare noemi id est
pulchram sed vocate me amaram
quia amaritudine plena sum. Item alibi
Qui me ad episcopatus ordinem
congnoscitis pervenisse si me di-
ligitis plangite quia ego in-
cessanter defleo. atque pro me

ut dominum exoretis rogo. Cum ergo adhuc Romana pestis super dictam nascebatur, more solito processionem cum letaniis per circuitum civitatis in quodam paschali tempore ordinavit. In qua ymaginem beate virginis que adhuc ut aiunt est Rome in ecclesia que dicitur sancta Maria in ara celi in capitolio, quam Lucas arte medicus et pictor egregius et eidem virgini similem per omnia perhibetur, ante processionem portari fecit. Et ecce tota aeris infectio et turbulencia ymagini cedebat, ac si ipsam ymaginem fugeret et eius presenciam ferre non posset. Sicque post ymaginem mira serenitas et aeris puritas remanebat. Tunc in aere ut fertur iuxta ymaginem audite sunt voces angelorum canencium: Regina celi letare alleluia. Quia quem meruisti portare alleluia. Resurrexit sicut dixit alleluia. Statim beatus Gregorius quod sequitur addidit: Ora pro nobis rogamus deum alleluia. Tunc beatus Gregorius vidit super castrum Crescencii angelum domini qui gladium cruentatum detergens in vaginam revocabat. Intellexitque Gregorius quod pestis illa cessasset, et sic factum est. Unde et castrum illud castrum angeli deinceps vocatum est. Tandem ut desideraverat Augustinum, Mellitum et Iohannem cum quibusdam aliis in Angliam misit et eos suis meritis et precibus ad fidem Christi convertit. Tante autem humilitatis beatus Gregorius extitit ut se laudari nullomodo permitteret. Nam Stephano episcopo qui eum in suis epistolis laudabat ita scribit: Multum me et ultra quam audire debui indignus favorem in vestris epistolis demonstrastis. Et cum scriptum est:

Ne laudes hominem quamdiu vivit, tamen et si audire talia dignus non fui, orationibus vestris peto ut dignus efficiar, ut si bona ideo in me dixistis quia non sunt, ideo sint quia dixistis. Et in epistola ad Narsum patricium quod causas et nominis similitudine faciendo per septinas clausulas declarationes formatis, dicite frater karissime simiam leonem clamas et vocas, et quod nos eo modo agere conspicimus, quo scabiosos sepe catulos pardos vel tygres vocatis. Item in epistola ad Anastasium patriarcham Antiochenum: Quod vos me os domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodesse multisque posse lucere perhibetis, existimationem meam fateor in dubitationem maximam perduxistis. Considero namque quis sim et nichil in me huius boni signi deprehendo. Considero autem et vos qui estis mentiri posse non arbitror. Cum credere volo quod dicitis contradicit mihi infirmitas mea. Cum disputare nolo quod in laude mea dicitur contradicit michi sanctitas vestra. Sed queso sanctissime vir, sit nobis aliquid de certamine nostro, ut si me dicitis quia ita est, sit ita quia dicitis. Vocabula etiam iactancie vel vanitatem sonancia omnino respuebat. Unde Eulogio patriarche Alexandrino qui eum universalem papam nominaverat ita scribit: In prefatione epistole quam ad me direxistis superbe appellationis verbum universalem me papam dicentes imprimere curavistis. Quod peto dulcissime sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plus quam ratio exigit prebetis. Ego enim vos prosperari no[n]

quod secundum moribus nec honorem esse
puto in quo fratres honorem suum
perdere cognosco. Recedant verba
que vanitatem inflant, cari-
tatem vulnerant. Hinc est quod cum
Iohannes episcopus constantinopolitanus
hoc vocabulo sanctitatis sibi usur-
pavit et se universalem papam
nominari fraudulenter a synodo ob-
tinuisset, inter cetera sic de eo scribit
Gregorius: Quis est iste qui contra statu-
ta evangelica, contra canonum de-
creta novum nomen usur-
pare presumit? ut vel si non in minu-
tione sit unus qui esse appetit u-
niversus. Verbum etiam iussionis
se accepisse dici nolebat. Unde
ait epistola ad Eulogium episcopum Al-
exandrie. Ita in altius lo-
quitur dicens: Sicut iussistis
verbum iussionis peto amodo au-
ditu removeri, quia scio qui sum
et qui estis. Loco enim mihi fratres
estis, in moribus patres. Insuper
omnimoda humilitate qua erat
preditus nolebat quod matrone
ancillas suas dicerent. Unde
in epistola ad patriciam Rusticianam scribens
ait: Unum in vestris epistolis ego sus-
tinui quod semel esse potuit sepius
dicebatur: Ancilla vestra et ancil-
la vestra. Ego enim qui per episcopatus one-
ra omnium servus factus sum qua
ratione te mihi ancillam dicis cuius
ante episcopatum susceptum proprius
fui. Et ideo rogo te per omnipo-
tentem Deum ne hoc verbum aliquando in
scriptis tuis inveniam. Ipse pri-
mus in litteris suis se servum servorum
nominavit et alios nominari insti-
tuit. Libros suos dum adhuc
viveret omnimoda humilitate pu-
blicari nolebat et in aliorum com-
paratione suos nichil valere
existimabat. Unde Innocentio
prefecto Affrice sic scribit: Quod
expositionem sancti Iob nobis trans-
mitti voluistis vestro studio congau-
demus. Sed si delicioso cupitis pa-
bulo saginari beati Augustini
compatriote vestri opuscula le-
gite et ad comparationem illius
simulaginis nostrum furfurem
non queratis. Item: Nec enim volo
dum in hac carne sum si que me
dixisse contigerit ea facile homi-
nibus innotescere. Legitur etiam in quo-
dam libro de greco in latinum
translato quod quidam sanctus pater ab-
bas nomine Iohannes cum Romam ad
advisitanda apostolorum limina ve-
nisset et beatum Gregorium papam
procedentem civitatis transire vidis-
set, voluit ei occurrere ac ut
decebat reverentiam exhibere. Cer-
nens autem beatus Gregorius quod se in
terram vellet prosternere festinavit
et primo coram ipso se in terram prostra-
vit nec inde surrexit quousque
abbas primo surrexit. In quo
magna eius humilitas commen-
datur. Erat autem largitatis
et elemosinarum effectiu ut non
solum presentibus sed etiam longe po-
sitis. Etiam in monte Synai mo-
nachis necessaria ministraret. Nam
omnium indigencium nomina scripta
habebat et eis liberaliter sub-
veniebat. Cottidie etiam ad
mensam suam peregrinos quoslibet
invitabat. Inter quos die quo-
dam unus accessit in cuius mani-
bus dum ipse ex humilitate aquam
fundere vellet, conversus urceum ac-
cepit sed repente eum in cuius ma-
nibus aquam fundere voluerat
non invenit. Cumque hoc factum secum
ipse miraretur, eadem nocte
dominus per visionem ei apparuit dicens:
Ceteris diebus me in meis me-
bris, hesterna autem die me

in memetipso accepi. Alio
quoque tempore precepit cancellario
ut duodecim peregrinos ad pran-
dium invitaret. Qui preceptis ius-
sa complevit. Dum autem simul
discumberent intuens papa xiii
numeravit. Et accersito cancella-
rio cur contra iussionem suam
tredecim invitare presumpserit
inquisivit. Quos cancellarius
numerans et tantum xii inveniens
ait: Crede mihi pater non sunt nisi
xii. Tunc advertit Gregorius unum prope
discumbentem vultum crebro mu-
tare, nunc adolescentem, nunc
vero veneranda canitie simula-
re. Finito convivio illum in cubi-
culum induxit vehementer
adiuravit ut ei se nomen
suum pandere dignaretur. Cui
respondens ait: Et quid inquiris
de nomine meo quod est mirabile? Ve-
rumptamen scito quod ego sum naufra-
gus ille cui scutellam argente-
am tribuisti quam tibi miserat cum
leguminibus mater tua. Et hoc
pro certo sit cognitum quod ab illo
die quo eam mihi dedisti desti-
navit te dominus fieri ecclesie sue pre-
sulem et Petri apostoli successorem.
Cui Gregorius: Et tu quomodo hoc
nosti quod tunc me dominus preesse ec-
clesie destinavit? At ille: Quia
angelus eius sum et me iterum dominus
tuo remisit ut te semper debe-
am protegere et omne quod petieris
per me apud ipsum valeas impe-
trare. Statimque ab eo disparuit.
Eo tempore fuit quidam heremita vir
magne virtutis qui omnia propter
deum reliquerat et nichil preter
unam gattam possidebat quam
blandiens crebro quasi cohabita-
tricem in suis gremiis refove-
bat. Oravit igitur ad dominum ut
sibi ostendere dignaretur cum quo re-
munerationis mansionem sperare
debuisset quod illius amore nil
cuiusquam divitiis possideret. Qua-
dam igitur nocte sibi revelatum est
ut cum Gregorio romano pon-
tifice mansionem se sperare debe-
ret. At ille fortiter ingemis-
cens parum sibi voluntariam pau-
pertatem profuisse putabat si
cum eo remunerationem acciperet qui
tantis mundialibus divitiis
abundaret. Cumque igitur Gregorii di-
vitias sue paupertati die noc-
tuque suspirando conferret, alia
nocte audivit dominum sibi dicentem:
Cum divitem non faciat possessio
divitiarum sed cupido, cur audes
paupertatem tuam Gregorii divitiis
comparare? Et qui magis illam
gattam quam habes cottidie pal-
pando diligere probaris quam ille
tantas divitias quas non amando
sed contempnendo cunctis libera-
liter largiendo dispergit. Itaque
solitarius ille deo gratias retulit
et quod meritum suum decrevisse puta-
verat si Gregorio conferretur ora-
re cepit ut cum eo mansionem
aliquando recipere mereretur. Gregorius
cum apud Mauricium imperatorem
et filios eius super morte cuius-
dam episcopi falso accusaretur, sic-
ut in epistola quam apocrisario mi-
sit legitur: Unum est quod breviter suggeras
dominis nostris quia si ego servus
eorum in mortem Longobardorum
me miscere voluissem,
hodie Longobardorum gens nec
regem nec duces nec comites ha-
beret ad quod in confusione sua esset
sed quia deum timeo in mortem

tiuis libris hominis me misce-
formido. Et ecce quante humilitatis
qui cum pontifex summus esset impera-
toris se servum vocabat et do-
minum suum eum appellabat. Et ec-
ce quante innocentie qui in mor-
te inimicorum suorum consentire
nolebat. Cum Mauricius im-
perator Gregorium et ecclesiam dei
persequeretur inter cetera sic ei rescripsit
Gregorius. Quia enim peccator sum cre-
do vos omnipotenti tanto nobis
amplius placatis quanto me
ei male servientem affligitis.
Quadam igitur vice quidam mo-
nastico habitu indutus spatam
evaginatam tenens coram im-
peratore intrepidus astitit et
contra eum vibrans illum gla-
dio moriturum predixit. Territus
Mauricius a persecutione Gregorii
cessavit et ut pro se orare
deberet instanter petiit quatenus
ipsum in hac vita de malis suis
deus puniret et non puniendum ex-
tremo examini reservaret. Qua-
dam igitur vice vidit Mauricius
se ante tribunal iudicis stare
et iudicem proclamare. Date Mau-
ricium. Et capientes eum ministri
ante iudicem posuerunt. Cui ille
Ubi vis reddam tibi mala que in
hoc seculo perpetrasti. Ille dixit. Hic
potius ea domine et non in seculo
futuro retribue. Statim divina
vox iussit tradi Mauricium ux-
orem filios et filias Foce mili-
ti occidendos. Quod et factum est.
Nam post parum multum etiam temporis quidam
Focas miles eius ipsum cum to-
ta familia sua occidit et ei in im-
perio successit. Cum apud
sanctam Mariam maiorem ibi in die
pasche celebraret et pax domini

pronunciaret Angelus domini al-
ta voce respondit. Et cum spiritu tuo.
Ideo papa apud illam ecclesiam in die
pasche stationem faciens cum dicit
pax domini in huius miraculi testimoni-
um non respondetur. Quodam tempore Tra-
ianus imperator romanus ad quo-
dam bellum vehementissime festi-
nabat. Cui vidua quedam flebi-
liter occurrit dicens. Obsecro ut
sanguinem filii mei innocenter perem-
pti vindicare digneris. Cumque Tra-
ianus si sanus rediret se vindi-
care testaretur vidua dixit. Et quis
mihi hoc prestabit si tu in prelio mori-
turus fueris. Traianus dixit. Ille
qui post me imperabit. Cui vidua
Et quid tibi proderit si alter michi
iusticiam fecerit. Traianus utique
nichil. Et vidua. Nonne melius
est ut tu michi iusticiam facias et
pro hoc mercedem accipias quam
alteri hanc transmittas. Tunc
Traianus pietate commotus de
equo descendit et ibidem innocen-
tis sanguinem vindicavit. Fertur
quoque quod dum quidam filius Tra-
iani per urbem equitando nimis
lasciviens filium cuiusdam vidue in-
terfecit. Quod cum vidua lacrima-
biliter exponeret ipse filium suum
qui hoc fecerat vidue loco filii
sui defuncti tradidit et mag-
nifice ipsam dotavit. Dum igitur
quadam vice diu iam defuncto
Traiano Gregorius per forum Traiani
transiret et eius mansuetudinem
recordatus fuisset ad sancti Petri
basilicam pervenit et ibidem pro eius
errore amarissime flevit. Tunc
ei divinitus responsum est. Ecce
petitionem tuam completam et Tra-
iano penam eternam pepercî. De cetero autem

diligentissime caveas ne pro damnato aliquo preces fundas. Damascenus autem in quodam sermone suo narrat quod Gregorius pro Traiano orationem fundens audivit vocem sibi divinitus allatam. Vocem tuam audivi et veniam Traiano tribuo. Cuius rei ut ibidem dicit testis est oriens et occidens. Super hoc dixerunt quidam quod Traianus fuit ad vitam revocatus et gratiam consecutus veniam meruit et sic gloriam obtinuit. Alii dicunt quod non erat in inferno finaliter deputatus nec sententia diffinitiva damnatus. Alii dicunt quod anima Traiani non fuit simpliciter a reatu pene eterne absoluta sed eius pena usque ad tempus scilicet usque ad diem iudicii fuit suspensa. Que pena quo ad locum vel modum alicuius tormenti sub conditione fuit taxata donec orante Gregorio per misericordiam Christi loco sive modo aliquo mutaretur. Alii ut Iohannes dyaconus qui hanc legendam compilavit quod non legitur orasse sed flevisse. Et frequenter dominus misericors concedit quod homo quamvis petere non presumit. Et quod eius anima non est ab inferno liberata et in paradiso reposita sed simpliciter ab inferni cruciatu liberata. Valet enim ut dicitur anima et in inferno esse et inferni cruciatus per dei misericordiam non sentire. Fertur quoque quod angelus istud adiecit: Quia enim pro damnato rogasti duorum tibi datur optio. Aut enim in purgatorio duobus diebus cruciaberis aut tota tempore vite tue infirmitatibus et doloribus fatigaberis. Qui elegit toto tempore vite sue doloribus conteri quam duobus diebus in purgatorio cruciari. Quod factum est quia semper deinceps aut febribus laboravit aut podagre molestia passus fuit aut validis doloribus conquassatus aut dolore stomachi inhibitus cruciatus. Unde in quadam epistola sic loquitur dicens: Tantis podagre tantisque molestiarum doloribus premor ut vita mea mihi gravissima pena sit. Cottidie enim in dolore deficio et mortis remedium expectando suspiro. Item alibi: Dolor meus interdum modicus est interdum nimius sed neque ita lentus ut recedat neque ita nimius ut interficiat. Unde fit ut cottidie in morte sim et repellar a morte. Sic autem me infecto noxii humoris imbibit ut mihi vivere pena sit et mortem cum desiderio expectem quam gemitibus meis sola credo esse remedium. Matrona quedam singulis diebus dominicis beato Gregorio panes offerebat. Cum autem post missarum sollempnia corpus domini ei offerret et diceret: Corpus domini nostri Ihesu Christi custodiat te in vitam eternam, lasciva subrisit. Ille continuo dexteram ab eius ore convertens partem illam dominici corporis super altare deposuit. Postmodum coram populo matronam interrogavit qua ob rem ridere presumpsisset. At illa: Quia panem quem propriis manibus feceram tu corpus dominicum appellabas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris se in orationem prostravit

Et surgens particulam illam
panis instar digiti carneam
repperit factam. et sic matronam
illam ad fidem reduxit. Oravit
igitur iterum et carnem illam in panem
conversam vidit et matrone su-
mendum tradidit. Quibus-
dam principibus aliquas pretio-
sas reliquias petentibus aliquan-
tulum de sancti Johannis evangeliste dalma-
tica tribuit. Quod illi suscipi-
entes tamquam viles reliquias
eidem cum indignatione nimia
reddiderunt. Tunc beatus Gregorius
oratione facta cultellum petiit et
pannum illum pupugit. de cuius
punctionibus sanguis protinus ema-
navit. Sicque quam preciose essent
reliquie divinitus est ostensum.
Quidam ~~divit~~ divitum romano-
rum relicta coniuge fuerat a pon-
tifice communione privatus. Quod
ille molestissime ferens et aucto-
ritati pontificis contraire non
valens magorum suffragia
requisivit. Qui se suis carmi-
nibus agere promiserunt ut im-
misso demone tam diu cabal-
lus pontificis vexaretur quo-
usque cum sessore suo periclitaretur.
Cumque Gregorius aliquando super cabal-
lum transiret immisso demone
magi eius equum tam fortiter
vexari fecerunt ut nequaquam
ab aliquo teneri valeret. Tunc
Gregorius revelante spiritu dyabo-
licam submissionem cognoscens
facto crucis signaculo. tam cabal-
lum a presenti rabie liberavit quam
maleficos perpetua pena ce-
citate multavit. Qui reatum
suum confitentes ad sacri bap-
tismi gratiam pervenerunt quibus
tamen ne arte magica relege-
rent reddi noluit. eos tamen
ecclesiastico subsidio nutriri precepit.
Legitur quoque in libro qui agrecas li-
mo dicitur quod abbas qui preerat monasterio
sancti Gregorii ipse eidem nunciavit quod
quidam monachus penes se tria
numismata haberet. Quem Gregorius
propter aliorum terrorem excommunicavit. Post
modicum tempus frater moritur. sancto Gregorio
nesciente. Qui iratus quod absque so-
lucione mortuus fuerit. Orationem
in pictacio scripsit qua eum ab excommunica-
tionis vinculo absolvebat. Deditque
eam uni dyaconorum precipiens ut ea(m)
super foveam fratris defuncti legeret. Quo
iussa complente sequenti nocte qui de-
functus fuerat abbati apparuit et se us-
que modo in custodia detentum sed heri
absolutum se fuisse perhibuit. Offi-
cium et cantum ecclesiasticum ordinavit et
scolam cantorum instituit et propter hoc
duo habitacula unum iuxta basilicam
sancti Petri alterum iuxta lateranensem ec-
clesiam fabricavit. Ibi usque hodie lec-
tus eius in quo recubans modulabatur.
et flagellum eius quo pueris mi-
nabatur. cum antiphonario autentico
veneratione congrua reservatur. In ca-
none quoque apposuit Diesque nostros
in tua pace disponas atque ab eterna
dampnatione nos eripi et in electorum
tuorum iubeas grege numerari. Tan-
dem cum beatus Gregorius sedisset annis
xiij et mensibus sex diebus decem
plenus operibus bonis migravit a
corpore. In cuius tumba hii versus scrip-
ti sunt. Suscipe terra tuo corpus
de corpore sumptum. Reddere quod valeas
vivificante deo. Spiritus astra petit
nil leti iura nocebit. Cui vite
alterius mors ipsa via est. Pontifi-
cis summi clauduntur membra sepul-
cro. Qui innumeris semper vivit ubique
bonis. Fluxerunt autem anni ab incar-
natione domini dc. vj. Post cuius morte(m) beati
Gregorii regionem totam maxima

fames invasit. Unde pauperes quos
liberaliter pascere solebat ad successo-
rem suum venientes dicebant: Domine,
quos pater noster Gregorius pascere
solebat tua sanctitas fame non
sinat perire. Quibus ille indignatus
semper taliter respondebat:
Si Gregorius ad famam sue laudis
cunctos populos curavit susci-
pere, nos autem non possumus pascere.
Et sic eos semper vacuos dimittebat.
Unde sanctus Gregorius ter ei apparuit
et ter blande de sua tenacitate et
detractione corripuit. Sed ille de-
nullo se emendare curavit. Tunc
illi quarto apparens terribiliter eum
redarguit et in capite cum leta-
liter percussit, cuius dolore vexatus
in brevi vitam finivit. Dum
adhuc predicta fames instaret
quidam emuli Gregorio detra-
here ceperunt asserentes quod totum
thesaurum ecclesie tamquam prodigus
consumpsisset. Unde ob hoc quon-
dam ad comburendos suos li-
bros ceterorum animos inclinaret.
Quorum dum quosdam iam combussis-
sent et ceteros comburere vellent,
Petrus dyaconus eius familia-
rissimus cum quo quatuor dyalo-
gorum libros disputaverat traditur
vehementissime restitisse, asse-
rens hoc ad eius memoriam nil
valere cum diversis mundi partibus
exempla teneret. Addiciens
immane sacrilegium esse tanti
patris tot et tales libros exurere
super caput cuius ipse spiritum sanctum in
similitudine columbe frequentis-
sime prospexisset. Tandem in eos sen-
tenciam adduxit ut illud quod dixe-
rit in reiurando confirmans
continuo mori meruisset, si ipsi
a librorum combustione desisterent;
si vero mori meruisset superstes
sui testimonii exstitisset, ipse quoque

combustoribus manus daret. Itaque
tunc apparatu dyaconi ewange-
liorum librum baiulans vene-
rabilis levita Petrus adve-
niens mox ut tactis sacro-
sanctis ewangeliis Gregorii san-
ctitati testimonium perhibuit, a
dolore mortis extraneus
spiritum inter verba sue confessionis
efflavit. Quidam mona-
chus sancti Gregorii monasterii
quondam penes se peculium
congregavit. Beatus autem Gregorius
alteri monacho apparens dixit
ei ut huic denunciaret quod pec-
culium dispergeret et penitenciam age-
ret quia die esset tercia moritu-
rus. Quod ille audiens
vehementer expavit et penitenciam
egit et reddidit. Moxque fe-
bribus adeo correptus
est ut adiluculo
diei tercie usque ad horam ter-
ciam in extremo i tedio lingu-
wam a bore proiciens ultimum
flatum emittere videretur. Cum-
que circumstantes monachi
coram ipso psallerent, tandem
psalmodiam interrumpentes
ei detrahere ceperunt. Ille con-
tinuo reviviscens et oculos
subridendo contuens ait:
Parcat vobis dominus, fratres. Qua-
re in me detrahere voluistis?
Nam in impedimentum non mo-
dicum gravastis, quia tam a vo-
bis quam a dyabolo sub uno
tempore accusatus fui, nesciebam
cui calumpnie primitus respon-
derem. Sed si quem quelibet migran-
tem videritis, eidem non detrac-
tionem sed compassionem impe-
datis, utpote qui ad tam
districti iudicis cum criminato-
re suo iudicium vadit. Nam
ad iudicium coram dyabolo

ſteti et adimante ſancto gregorio tuc-
tus eius obiectionibus leviter ru-
di. Tamen de una obiectione vic-
tus erubui propter quam ut vidiſtis
taliter ſum vexatus et adhuc me
non potui liberare. Cumque de cau-
ſa requireret ait: Non au-
deo dicere quia cum ad vos a beato
gregorio miſſus venirem. Dixit ergo
de hoc pluribus est conqueſtus putans
quod me ad primam agendam penitentiam
ſanctitas illa me de hoc remitteret. Quia
erat liber gregorii quem adepti dedi
ne commotam causam scripsi cuipiam
quibusdam revelarem. Et hoc ex-
clamans dixit: O andrea hoc
nimio peccas qui me pravo conſi-
lio ad periculum compuliſti. Et ſtatim
revolutis tribulis oculis expira-
vit. Erat autem in urbe quidam
vir nomine andreas. Qui eodem mo-
mento quo ille monachus mori-
ens periculum ſubiit in periculum infir-
mitatis grave morbum decidit ut de-
fluentibus carnibus neſciret poſſet
mori aut non poſſet. Tunc mona-
ſterii monaſterii beati gregorii con-
vocatis confeſſus eſt cum predicto
monacho quendam monaſterii car-
tas rapuiſſe ac ſuſceptis preciis
extraneis reddidiſſe. Mox que-
rens qui dudum mori non potuit inter
verba ſue confeſſionis ſpiritum exala-
vit. Eo tempore dum adhuc ambro-
ſianum officium magis quam gre-
gorianum ab eccleſiis ſeruaretur. Ro-
manus pontifex nomine adrianus
concilium convocavit ubi ſtatutum eſt
ut gregorianum officium deberet
univerſaliter obſervari. Cuius rei
cauſa karolus imperator exe-
cutor exiſtens per diverſas diſcurrens
provincias omnes clericos minis et
ſuppliciis ad hoc ipſum cogebat

et libros ambroſiani offi-
cii ubique comburebat. Multos
quoque clericos rebelles incarce-
rabat. Proficiſcens autem euge-
nius ad concilium invenit ipſum
concilium per triduum iam ſolutum
ſuique prudentia dominum papam
ſic induxit quod omnes prelatos
qui concilio interfuerant et iam
per tres dies receſſerant revoca-
vit. Concilio igitur convocato
omnium patrum hec una fuit ſententia
ut miſſale gregorianum et am-
broſianum ſuper altare beati petri
ponerentur et fores eccleſie
clauderentur ac pluribus epiſcoporum
ſigillis diligentiſſime muni-
rentur et ipſi tota nocte ora-
tioni inſiſterent ut dominus per ſignum
aliquod revelaret quod horum ab ec-
cleſiis magis vellet ſervari.
Cumque per omnia ut ordinaverant
facientes. Mane quidem ape-
riunt fores et utrumque miſſale
ſuper altare apertum invenerunt
vel alii ut aſſerunt. Miſſale
gregorianum penitus diſſolu-
tum et huc illucque diſperſum in-
venerunt. Ambroſianum ſolum-
modo apertum ſuper altare invene-
runt in eodem loco in quo ipſum
poſuerant reperierunt. Quo
ſigno divinitus ſunt edocti ut
gregorianum officium deberet per
totum mundum diſpergi. Ambro-
ſianum autem tantum in ſua eccleſia ob-
ſervari. Unde ſancti patres ut
divinitus docti fuerant ſtatu-
erunt et ſic uſque hodie obſer-
vatur. Narrat iohannes dyaco-
nus qui vitam beati gregorii
compilavit quod dum eius vitam
ſcriberet et compilaret quidam
vir ſanctus doctiliter inſignitus

ei dormienti et ad lectum ut
ei videbatur se vigilanti astitit. Cui
desuper candidissima et adeo te-
nuissima vestis erat ut eius
veritate nigredo subtilioris
tunice appareret. Hic propius
accessit et in planis ~~...~~ lucius
risum continere non potuit. Cu-
mque Iohannes interrogaret eum cur
tam grandis officii sic disso-
lute videretur ait. Ideo tu scribis
de mortuis quos numquam vidis-
ti. Cui Iohannes. Et si illum non no-
vi faciam de illo tamen sermo quod di-
dici lectione. At ille. Tu inquit
ut video sicut voluisti facere
fecisti. et ego quod facere potero
non cessabo. Moxque ille lumen
lectule extitit ac adeo ipsum
perterruit ut putaret se ab alio
gladio iugulatum. Moxque af-
fuit beatus gregorius comitante
secum dextrorsum beato nicolao
sinistrorsum vero petro dyaco-
no ei quoque dixit modice fidei.
quare dubitasti. Cumque prope cor-
tinam lecti adversarius latitaret
Gregorius e manu petri dya-
coni facem quam tenere videbatur
arripiens eius quoque flammis os
faciemque ipsius exurens ad in-
star ethiopis denigravit. Qui-
dam autem scintilla parva ca-
dens in eius vestem candidam
adeo citius conflagravit.
Diutque petrus beato gregorio
satis denigratum se nigrum fuis-
se monstravit. Cumque multo de-
lecto lucem ibidem abierunt
de eis sequitur. De longino

Longinus quidam centurio
centurio qui cum aliis militi-
bus cruci astans iussu pyla-
ti lancea latus domini perforavit
Et videns signa que fiebat
scilicet solem obscuratum et terre mo-
tum in Christum credidit. maxime
ut quidam dicunt quod cum ex in-
firmitate vel ex senectute eius
oculi caligassent. de sanguine
Christi per lanceam decurrente
fortuitu oculos suos tetigit
et protinus clare vidit. Unde re-
nuncians militie et ab apostolis
instructus cesaream capado-
cie xxviij annis monasticam
vitam duxit et verbo et exemplo
multos convertit. Cum autem appre-
hensus a consule fuit et sacrificare
nollet iussit preses dentes
eius excuti et linguam abscin-
di. Longinus tamen ex hoc loquelam
non perdidit sed accepta securi
omnia ydola comminuit et confregit.
Demones autem de ydolis ex-
euntes in presidem et in omnes
eius socios intraverunt et in-
sanientes et latrantes se
longini pedibus prostraverunt
Cumque preses insaniret et oc-
ulos amisisset dixit ei longi-
nus. Scito quia sanari non
poteris nisi cum me occideris
Quam cito mortuus fuero
pro te orabo et sanitatem tibi cor-
poris et anime impetrabo. Et
statim cum decollari iussisset preses
hic abiit ad corpus eius et
prostratus cum lacrimis penitentiam
egit et continuo visum et sani-
tatem recepit et in bonis operi-
bus vitam finivit. De sancto

Benedicto

Benedictus
dictus est vel quia multa bene-
dixit vel quia in hac vita mul-
tas benedictiones habuit vel quia
eternam meruit benedictionem. Hic

Benedictus ex provincia
nursia natus fuit. Cum
autem rome liberalibus

artibus traditus esset. Sed ipse sui in infancia litteras deseruit et deser-
tum petere decrevit. Cuius nutrix sua
que eum tenerrime diligebat us-
que in quendam locum qui dicitur Effide
secuta est. Que sibi ad purgandum tri-
ticum mutuo capisterium peciit et
super mensam incaute posuit et cor-
ruens in duabus partibus frac-
tum vidit. Quod Benedictus flere
conspiciens partes capisterii acce-
pit et ab oratione surgens integre
solidatum invenit. Postmodum
nutricem fugiens occulte in quen-
dam locum venit et tribus annis
hominibus incognitus mansit ex-
cepto quodam monacho roma-
no nomine qui ei sedule necessaria mi-
nistrabat. Cum autem ad speluncam a ro-
mani monasterio iter non esset pa-
nem in longissimo fune ligabat
et eum deponere consueverat. In
tintinabulum etiam ipsi corde inseru-
it ut ad eius sonitum vir dei cognos-
ceret quando sibi romanus panem
porrigeret quem exiens acciperet. Sed
antiquus hostis unius caritati
et alterius invidens refectioni
lapidem iactavit et tintinabu-
lum fregit. Sed tamen eidem romanus
ministrare non desiit. Post hoc
cuidam presbitero refectionem sibi
in pascali tempore preparanti dominus in visu
apparuit dicens. Tu tibi delicias
paras et servus meus in illo loco fa-
me cruciatur. Qui protinus surrexit
et veniens ad eum dixit. Surge
sumamus cibum quia hodie pascha
est. Abstinere te non convenit quia ad
hoc ad te missus sum. Et itaque
deum benedicentes sumpserunt cibum.
Quadam die avis quedam
nigra que merula vocatur in
portune circa eius faciem volita-
vit ita ut ab eo manu ca-
pi potuisset. Sed signo crucis
edito avis recessit. Mox quam
dyabolus feminam quam ante eius
oculos mentis reduxit eiusque
animum tanto igne in speciem eius
accendit ut pene heremum vo-
luptate deserere deserere delibe-
raret. Sed subito divina gratia ad
se reversus se exuit
et in spinis et urticis et tendiis
et vepribus que ibi aderant nu-
dum se involutavit ut toto
corpore vulneratus sanguis
exiret et per cutis vulnera vul-
nera mentis educeret. Vicit
itaque peccatum quia mutavit incen-
dium. Nullo autem tempore nulla
postmodum temptatio in eius cor-
pore pullulavit. Crescen-
te itaque eius fama cum abbas
monasterii mortuus esset eius
congregatio venit ad eum ut
eis preesse deberet. Qui
diu negando distulit suisque
illorum moribus convenire
non posse predixit. Sed tandem
victus assensum dedit. Cumque
illuc districtius regula ser-
vari constringeret semetipsos
reprehendebant cur eum sibi preesse
poposcerant quorum scilicet tortitudo
in norma eius rectitudi-
nis offendebat. Cumque se cum
eo conspicerent illicita non licere
et sedule assueta relinquere
venenum vino miscuerunt
et ei recumbenti obtule-
runt. Sed Benedictus ei signum
crucis edidit et quasi ictu la-
pidis vas illud vitreum fregit.
Intelligens igitur quia potum
mortis habuerat quod portare
non potuit signum vite. Illico
surrexit et placido vultu dixit.

Misereat' viri omipe deo
fres Cumq[ue] no dixi vob ga
vis ac acicis monib[us] vo co-
ueniret Tunc ad locu dilecte
solitudinis rediit ubi cre-
brescentibus signis et vir-
tutib[us] ad eu venientib[us] xij
monastia construxit In uno
aut illor quidam monach[us]
erat qui diu i orone esse
no poterat sed orantib[us] alijs
mox foras exibat Quod cu
abbas illius monastij beato
benedicto narrasset iuit illuc
et vidit qd illum monachum
q[ui] manere i orone no poterat
quidam puerulus niger p[er]
uestimenti fimbriam mona-
chu trahebat Dixit ergo abbati
monastij et mauro monacho
Nunq[uid] aspicitis quis est hic q[ui]
eu trahit Cumq[ue] rndissent
no Ait Oremus ut uos
etiam videatis Orantibus
illis maurus vidit sed ab-
bas vide no potuit Die
igit' illa expleta orone vir
dei monachum foris repit
que p[ro] sui cecitate virga per-
cussit et ex tunc i mobilis
i orone permansit Sicq[ue] an-
tiquus hostis dnari ausus
no est i cogitacoe ac si ipse
percussus fuisset exvbere-
Ex hijs monastijs tria sursum
i rupibus montis erant
qui deorsum aq[ua]s cu magno
labore hauriebant Cumq[ue]
fres illi virum dei sepe ro-
gassent ut monasteria illa
mutaret quadam die cu
quodam puero montem asce-
dit ubi diuci[us] orans tres
petras i eodem loco p[ro] sig-
no posuit Cumq[ue] domum re-
disset et fres p[ro] eade causa

ad eu venissent dixit Ue-
nite et illam rupem i qua tres
positas petras i uenietis i
modico cauate valet eni dns
inde aquam p[ro]ducere Qui cum
tres et ia rupe illam sudante
i uenientes concauum locum fece-
runt et mox aqua repletum vi-
derunt que usq[ue] hodie tam
sufficienter emanat ut ab il-
lo montis cacumine usq[ue] ad
inferiora descendat Quadam
vice cu eccl monastij viri dei
quidam cu falcastro uepres
abscideret ferrum de manubrio
exsiliens i quedam lacum p[ro]fu-
dum cecidit Cumq[ue] de hoc ille mi-
nime angustiaretur vir dei
manubrium i lacum posuit et
mox ferrum ad suum manubrium
enatauit Placidus pu-
er et monachus ad hauriun-
dam aquam egrediens i flumine
cecidit et mox ipsum unda ra-
puit et pene i unius cursu
sagitte a terra introrsum traxit
Vir aut dei i cella consistens
hoc i spu statim nouit Mau-
rum uocauit quid puero acci-
derit indicauit ac ut ad ip-
sum currendo pergeret ~~indicauit~~ im-
perauit Accepta benedictione mau-
rus conatus perrexit et p[er] terram
se ire existimans sup[er] aquas
usq[ue] ad puerum uenit eumq[ue] per
capillos tenens de aqua ex-
traxit Qui ad virum dei ue-
niens retulit qd acciderat
Sed ipse no suis meritis sed eius
obediencie deputabat Quidam pres-
biter quidam florencius nomine
viro dei i uidens ad tantum de

venit malicia ut panem
veneno infectum viro dei tam-
quam pro benedictione transmitteret
Quem sanctus cum gratiarum actione recepit et
corvo qui de manu eius panem
accipere consueverat ipsum proiecit
dicens In nomine Ihesu Christi hunc
panem tolle et eum in tali lo-
co ubi a nullo homine sciri
valeat proice Tunc corvus
aperto ore expansis alis cir-
ca quidem panem cepit discur-
re atque crocitare ut si aperte
diceret et obedire se velle et
tamen iussa adimplere non
posse Cui sanctus iterum precipi-
ebat dicens Leva leva
eum securus atque ipsum proice ut
dixi Qui tandem eum tollens
post tres dies rediit et de ma-
nu eius annonam quam consueverat
accepit Videns Florentius
se corpus magistri necare non po-
tuit se ad extinguendas discipulorum
animas accendit ita ut septem
puellas nudas in orto monas-
terii ludere et cantare faceret ut
sic monachos ad libidinem provo-
caret Quod sanctus vir de cella
conspiciens lapsum discipulorum pertimes-
cens invidie locum dedit et
quibusdam assumptis fratribus
ipse locum mutavit Sed Floren-
tius cum in solario consistens eum
recessisse conspiceret et gauderet re-
pente solarium cecidit et ipsum
protinus extinxit Quod audi-
ens ille vehementer ingemuit
vel quia inimicus occubuit vel
quia de inimici morte discipulus
exultavit Qua de re sanctum est
ut idem penitentiam indiceret quod

mandans talia de inimici in-
teritu gaudere presumpsisset Ipse autem
ad alia monasteria migrans
locum non hostem mutavit Nam
ad montem Cassinum veniens et tem-
plum Apollinis qui ibi fuerat
evertens sancti Iohannis baptiste oratorium fa-
bricavit et cunctum adiacentem
populum ab ydolatria convertit Sed
hec hostis antiquus graviter ferens
furens corporalibus eius oculis
apparebat et in eius oculis flam-
mantibus visibiliter seviebat
atque dicebat Maledicte non be-
nedicte quid me persequeris Qua-
dam die lapidem in terra iacentem
fratres in edificium levare vole-
bant tunc virorum multitudo
adesset et ab eis elevari non
posset adveniens vir dei be-
nedictionem dedit et cum magna
celeritate levatus est ex quo pen-
derunt quod dyabolus ei inside-
bat Cum fratres paulo altius
edificarent antiquus hostis
viro dei apparuit et quia ad labo-
rantes fratres pergeret indicavit
Qui protinus eis per nuncium mi-
sit fratres caute agite quia ad
vos malignus spiritus venit
Vix nuncius verba compleverat
et ecce parietem antiquus hostis
evertit et quendam puerum mona-
chum ruina contrivit Sed vir
dei puerum mortuum et lacera-
tum in sacco ad se adduci fecit
et oratione sua ipsum resuscitatum
operi pristino restituit Laycus
quidam honeste vite singulis
annis ad visitandum virum
dei ieiunus venire consueverat
Quadam igitur die dum illuc
iret se illi alter viator ad-

iunxit, quem sumendos cibos in itinere
portabat. Cumque iam traditoris ho-
ra extremissima dixit: Veni frater
sumamus cibum ne lassemur in via.
Quo respondente quod nullatenus
in via gustaret, ad horam ille ces-
savit. Post modicum ad hoc illum invita-
vit iterum, sed ille consentire
noluit. Denique cum hora preterisset
et eos longum iter fatigasset, pratum
et fontem et quecumque ad refectionem
necessaria sunt corporis invenerunt. Tunc
viator hoc ei ostendens rogavit ut
paululum gustaret et ibidem quiesce-
ret. Cum igitur verba auribus et loca
oculis blandirentur, eidem consensit.
Cumque ad vesperum venisset, dixit ei
vir dei: Ecce frater, malignus hostis
semel persuadere non potuit, secundo
non valuit, sed tercio supplantavit. Tunc
ille pedibus eius advolutus se
deliquisse ingemuit. ¶ Totila
rex Gottorum experiri volens utrum
vir dei prophetie spiritum haberet, cuidam suo
spathario vestimenta tribuit, eumque
cum omni apparatu regio ad monaste-
rium destinavit. Quem ille venien-
tem conspiciens dixit: Pone fili, po-
ne hoc quod portas, tuum non est. Qui
protinus in terram cecidit et quia tanto
viro illudere presumpsisset expavit. ¶
Clericus quidam qui a dyabolo vexa-
batur ad virum dei ut sanaretur
adductus est. Cumque ab eo dyabolum
expulisset, ait: Vade et de cetero
carnes non comedas neque ad ordi-
nes sacros accedas. Quacumque
autem die ad sacros ordines acce-
dere attemptaveris, iuri dei manci-
paberis. Cum vero hoc aliquo tempore custo-
disset, sed minores suos in sacris or-
dinibus se preponi cerneret, verba viri
dei quasi ex longo tempore oblitus post-
posuit atque sacrum ordinem accessit.
Quem mox is qui reliquerat
dyabolus tenuit eumque vexare
quousque animam eius excuteret
non cessavit. ¶ Vir quidam duos
flascones vini per quendam puerum
suum ad eum misit, sed ille unum in
via abscondit et alium detulit.
Vir autem dei vinum cum gratiarum actio-
ne suscepit et discedentem puer-
um ammonuit dicens: Vide fili,
de illo flascone quem abscondis-
ti ne bibas, sed inclina caute et
videbis quid intus habeat. Qui con-
fusus valde ab eo exivit et
reversus volens probare quod
audierat, cum flasconem inclinas-
set, de eo protinus serpens egressus
est. ¶ Quadam vice dum vir dei
in sero cenaret, monachus quidam
filius defensoris ei assistens
et lucernam tenens per spiritum superbie
intra se cogitare cepit: Quis
est cui manducanti assisto,
lucernam teneo, servicium impendo?
Quis sum ego ut isti serviam? Cui
statim vir dei ait: Frater, signa
cor tuum, quid est quod loqueris? Vo-
catisque fratribus lucernam iussit
auferri, a ministerio recedere et
quietum sedere. ¶ Cum quosdam de
fratribus ad locum quendam mitte-
ret ut ibi monasterium construerent,
constituta die se ad eos venturum
dixit et qualiter construi de-
beret indicavit. Nocte vero
eadem qua promissus elucebat
dies monacho quem eis preposue-
rat atque eius preposito in sompnis
apparuit et loca singula ubi
quecumque edificari debuissent sub-
tiliter designavit. Cum autem
visioni fidem non darent, ad-
huc eum ipsum expectarent. Tandem
ad eum reversi dixerunt: Expecta-
vimus pater ut venires sicut

promiseras ut venires non venisti
Quibus ille Quare fratres ita di-
citis Numquid non vobis apparui et
loca singula designavi Ite et
sicut per visionem vidistis cuncta
ordinate. Non longe ab eius
monasterio duae sanctimoniales fe-
minae ex nobili genere erant quae
linguam non restringebant sed eum
qui eis praeerat incautis sermo-
nibus saepe ad iracundiam provo-
cabant Qui cum viro dei hoc re-
tulisset mandavit dicens Cor-
rigite linguam vestram alioquin ex-
communico vos Quam excommunica-
tionis sententiam intulit non profe-
rendo sed interminando Illae nihil
mutatae intra paucos dies de-
functae sunt et in ecclesia sepultae Ubi
dum missae celebrarentur et dyaconus
ex more diceret qui non communicat ex-
eat foras. Nutrix earum quae pro eis
oblationem offerebat eas de
sepulcris suis progredi et ex-
ire ecclesiam videbat Cumque sancto
Benedicto nuntiatum esset ille ma-
nu sua oblationem dedit dicens
Ite et hanc oblationem pro eis offerte
et ulterius excommunicatae non erunt
Quod cum factum fuisset et dyaconus
ex more clamaret ab ecclesia dein-
ceps exire visae non sunt Cum mona-
chus cum ad visitandos parentes
sine benedictione exisset et ea die
qua ad eos pervenit defunctus
esset sed sepultum semel et bis ter-
ra reiecisset parentes eius ad
eum venerunt et ut ei suam im-
penderet benedictionem rogaverunt
Qui corpus domini accipiens
ait Ite et super eius pectus po-
nite eumque sic sepulturae tra-
dite Quod cum factum fuisset
susceptum corpus terra reti-
nuit nec ulterius proiecit Qui-
dam monachus in monasterio
non valens stare viro dei taedio
instetit donec eum iratus ab-
ire permisit Qui mox ut a mo-
nasterio exiit apertum ore draco-
nem invenit Qui cum eum devora-
re vellet clamavit dicens
Currite currite quia draco iste
me devorare vult Currentes
autem fratres draconem minime
viderunt sed trementem atque pal-
pitantem monachum ad monasterium
reduxerunt Qui statim promi-
sit se numquam de monasterio reces-
surum Quodam tempore dum to-
tam illam provinciam fames
valida occuparet et vir dei
omnia quae invenire potuit egen-
tibus tradidisset ita quod nihil
in monasterio praeter modicum olei
in quodam vase vitreo rema-
sisset iussit cellerario ut illud
modicum olei cuidam egenti
daret Ille vero imperium au-
divit sed implere contempsit eo
quod nihil olei fratribus rema-
neret Quod ubi vir dei com-
perit vas vitreum cum oleo per
fenestram proici iussit ne quid
per inobedientiam remaneret
Proiectum itaque cum super saxa
ingentia cecidisset nec vas
est fractum nec oleum effusum
Quod ille levari iussit et
dari integre postulantibus
Monachum autem illum de inobe-
dientia et diffidentia incre-
pans se orationi dedit et con-
tinuo quoddam magnum dolium
quod ibi erat oleo plenum fuit
Quod adeo excrevit ut per
pavimentum diffluere videretur
Quadam vice ad visit

tandem sororem suam descen-
deret. Cum autem ad mensam sederent
rogavit eum ut secum illa noc-
te maneret. Cui cum ille nulla-
tenus acquiesceret, illa caput
in manibus rogatura dominum in-
clinavit. Cumque levasset tan-
ta chorusca(ti)onis et tonitrui
ictus, tantaque inundatio plu-
vie erupit ut nec quidem
pedem movere posset qui antea
sentitus mira esset. Illa cum
tristis lacrimarum fluvios fudit
serenitatem aeris ad pluviam
traxit. Cui vir dei contrista-
tus ait: Parcat tibi omnipotens deus
soror. Quid est hoc quod fecisti?
Cui illa: Rogavi te et audi-
re noluisti, rogavi dominum
et exaudivit me. Modo egre-
dere si potes. Itaque factum
est ut totam illam noctem pervi-
gilem ducerent atque per sacra
eloquia sese vicaria relatione
satiarent. Et ecce post triduum
cum ille ad monasterium redis-
set elevatis oculis animam
sororis sue in specie columbe ce-
li secreta penetrare aspexit.
Qui mox corpus eius ad
monasterium iussit deferri et
in monumento quod sibi para-
verat collocari. Quadam
nocte cum per fenestram aspi-
ceret et dominum exorasset vi-
dit fusam lucem desuper cunc-
tas noctis tenebras effu-
gasse. Subito autem omnis
mundus velut sub uno so-
lis radio collectus ante eius
oculos ductus est. Ibique
animam Germani episcopi Capua-
ni ad celum deferri videns
manifeste postea comperit quod
eadem hora a corpore migra-
vit. Eodem anno quo

de hac vita exiturus erat o-
bitus sui fratribus denuntiavit
diem. Ante sextum vero diem sui
obitus sibi aperiri sepulchrum iubet.
Qui mox febribus correptus
cum per singulos dies languor
ingravesceret, sexto die in ora-
torium se portari fecit. Ibique ex-
itum suum dominici corporis et sanguinis
perceptione munivit atque inter
discipulorum manus imbecillia me-
mbra sustentans erectis manibus
stetit et ultimum spiritum inter verba
orationis efflavit. Ipsa die duobus
fratribus uni in cella morato et
alteri longe posito revelatio
eadem monstrata est. Viderunt
namque viam palliis stratam
atque innumeris choruscantibus
lapidibus a cella beati Benedicti
versus orientem usque ad celum
tendentem. Cui venerando
habitu vir desuper clarus as-
sistens cuius esset via quam
cernerent inquisivit. Qui cum
nescire se dicerent, ait: Hec
est via in qua dilectus domini Be-
nedictus celum ascendit. Se-
pultus vero est in capella beati
Johannis Baptiste quam destruc-
ta ara Apollinis

De sancto Patricio

Patricius
dum Scottorum regi de pas-
sione Christi predicaret stans an-
te eum et appodians se super fe-
rulam quam manu gestabat
et tenebat et casu super regis pe-
di super posuerat, cum aculeo
pedem perforavit. Rex vero
credens sanctum episcopum ex indus-
tria hoc facere et se aliter fidem
non posse suscipere nisi simi-
lia pro Christo pateretur, patien-
ter sustinuit. Sanctus hoc tan-
dem intelligens obstupuit
et precibus regem sanavit
ac toti provincie obtinuit quod
nullum venenosum animal

ibidem vivere possit ymo lig-
na et coria illius regionis
contraria sunt veneno. Quidam
cuiusdam divitis ovem furatus fuerat
et comederat. Et cum sanctus sepi-
us ortaretur ut satisfaceret
quicumque ille esset et nullus ap-
pareret. Dum totus populus
ad ecclesiam convenisset in virtute ihesu
christi precepit ut ovis in ventre
transgressoris coram omnibus balaret
dixit. Quod factum est. Et egit
reus penitentiam et alii a furtis
se cavebant. Erat etiam consue-
tudo illi omnes cruces quas vide-
bat devote honorare. Sed ante
quandam pulchram ante inscius
transiit et a suis admonitus adeo
tur non viderit precibus dum re-
quireret audivit vocem desub-
tus terra. Non vidisti quia hic sepul-
tus sum paganus et signo cru-
cis indignus. Unde fecit crucem
abinde tolli. Cum beatus pa-
tricius per hiberniam predicaret et fruc-
tum ibi permodicum faceret ro-
gavit dominum ut aliquod signum
ostenderet quo illi territi peniterent.
Jussu igitur domini in quodam loco cir-
culum magnum cum baculo de-
signavit. et ecce terra intra
circulum se aperuit et puteus
maximus et profundissimus. Reve-
latum beato patricio quod ibidem quidam
purgatorii locus esset in quem
quisquis vellet descendere alia sibi
penitentia non restaret nec aliud pro
peccatis purgatorium sentiret.
Plurique autem inde non redirent
qui intrarent eos a mane usque
in sequens mane ibidem moram
facere oporteret. Multi igitur
ingrediebantur qui deceteto
non revertebantur. Post igitur

longum tempus mortuo patricio
vir quidam nicolaus nomine
qui peccata multa commiserat cum suo-
rum delictorum peniteret et purga-
torium sancti patricii sustinere vellet
cum ante octo dies ut omnes
faciebat se ieiuniis macaras-
set et per clavem puteum descendit
et quoddam hostium in latere pu-
tei invenit et ingrediens
cum quoddam ibi oratorium repis-
set quidam monachi albis
induti oratorium intraverunt
et officium facientes nicolao
dixerunt ut constans esset
quia multa dyaboli temptamenta
cum pervenire opporteret. Cum
requireret quod adiutorium contra
hec habere posset dixerunt Cum te
penis affligi senseris protinus
clama et dic Jhesu christe fili dei
vivi miserere mihi peccatori. Re-
cedentibus igitur predictis illis
continuo assunt demones
et ut eis obediat primo blan-
dis sponsionibus et familiari-
bus ~~prudent~~ persuadent
asserentes quod eum custodirent
et ad propria reduceret incolu-
mem. Sed cum ille nullatenus obe-
dire vellet protinus diversarum
ferarum terribiles voces au-
divit et mugitus. Ad
quod cum ille timore horribili
palpitaret Jhesu christe fili dei
vivi miserere mihi peccatori protinus
exclamavit. Et statim illarum
ferarum tumultus terribilis ac-
quievit. Procedit et ultra
ad alium locum et ibidem adest
demonum multitudo sibi dicentium
Putas quod manus nostras eva-
seris nequaquam sed potius tor-
queri incipies et affligi. Et
ecce quidam magnus et ter-
ribilis ignis apparuit. Dixe-

Aiunt ergo isti demones. Nisi
nobis assenciais in illum igne te
iactabimus comburendum. Quod
cum ille renueret ipsum arri-
puerunt et in illum ignem terribilem
proiecerunt ubi dum multis penis
cruciaretur protinus exclamavit.
Jhesu xpe fili dei vivi miserere
mei peccatori. Statimque ille ignis
extinctus est. Ad aliud deinde pro-
cedens locum videt quosdam
homines in igne vivos cremari
et laminis ferreis candenti-
bus a demonibus usque ad
viscera flagellari [illegible] quod
cum eis assentire nollet in eundem
ignem proicitur et eisdem laminis
flagellatur. Sed cum ille Jhesu xpe
fili dei vivi miserere mei peccatori
exclamasset a predicta pena pro-
tinus liberatus est. Processit
iterum et quendam latissimum pute-
um intuetur de quo fumus hor-
ribilis et fetor intollerabilis
exibat. Dixerunt ei demones
locus iste quem conspicis est in-
fernus in quo dominus noster Beelze-
buch habitat. In ipsum igitur pu-
teum iactamus te si nobis consen-
tire recusas. Postquam autem illuc
intraveris nullum inde e-
vadendi remedium obtine-
bis. Quos dum ille audire
contempnit ipsum arripientes
in profundum puteum iactaverunt.
Sed dum ille dixit Jhesu xpe fili dei
vivi miserere mei peccatori excla-
masset protinus inde illesus ex-
ivit et omnis multitudo demonum
tamquam evicta evanuit. Cum igitur
redire deberet videt quendam
pontem super quem eum transire o-
portebat qui quidem strictissimus
erat et ad instar glaciei pol-
litus et lubricus sub quo flumi-
us ingens fluebat. Super quem
dum transire se posse omnino despe-
raret tandem recordatus ubi
qui eum de tot malis eripuit
confidenter accessit et unum pe-
dem super pontem ponens Jhesu
xpe fili dei vivi miserere mei pec-
catori dicere cepit. Deinde alium
posuit et verba eadem iteravit.
Ad quemlibet igitur passum verba
eadem protulit et sic securus
transiit. Cum igitur transisset
in pratum quoddam amenissimum
devenit ubi diversorum florum
mira suavitas redolebat.
Et ecce duo speciosi iuvenes
ei apparuerunt qui ipsum ad quandam
civitatem speciosissimam ex auro
et gemmis mirabiliter rutilantem
perduxerunt. Dixerunt
quod ex civitas illa paradisus
esset. In qua cum Nicolaus in-
trare vellet. Dixerunt ei predicti
iuvenes ut primo ad suos re-
diret et post xxx dies in pa-
ce quiescens et tunc illa civita-
tem perpetuus introiret. Tunc
Nicolaus inde abscedens
super puteum se restitutum in-
venit. Omnibus que sibi contigerant
narratis post xxx dies in domino
feliciter requievit. De annunciacione

Annunciacio beate
Marie dicitur quia in tali die
fuit ab angelo adventus dei
in carne fuit annunciatus. Con-
gruum enim fuit ut incarnatio-
nem filij dei precederet angelica
annunciacio triplici
racione. Primo racione ordinis
connotandi ut scilicet ordo repara-
cionis respondeat ordini prevari-
cacionis ut sicut angelus

temptauit mulierem ut eam
pertraheret ad dubitacionem et per
dubitacionem ad consensum et per
consensum ad lapsum. Sic ange-
lus nunciauit virgini ut nunc-
ciando excitaret ad fidem et per fidem
ad consensum et per consensum ad
concipiendum dei filium. Secundo
racione ministerij angeli. quia cum
angelus est dei nuncius et ser-
uus Et beata virgo electa erat.
ut esset dei mater et congruum mi-
nistros domino famulari. et conueni-
ens fuit ut beate virgini annun-
ciacio per angelum per angelum
fieret. Tercio racione lapsus
angelici reparandi. quia cum
incarnacio non tantum fieret
ad reparacionem humani lapsus
sed eciam ad reparacionem ruine an-
gelice. Ideo angeli non de-
buerunt excludi. Unde sicut
sexus mulieris non excluditur
a cognicione misterij incarna-
cionis sic angelus eciam ab
nuncius ymmo deus utrumque
angelo mediante nunciat
mulieri scilicet incarnacionem virgi-
ni marie et resurreccionem
magdalene. Cum igitur virgo
beata tercio anno etatis sue
usque ad xiiij. in templo cum
alijs virginibus extitisset
et uotum de seruanda castitate
emisisset. Et deus aliter dispo-
neret. eam yoseph despon-
sauit deo reuelante et yo-
seph virga frondente sicut
in hystoria desponsacionis virginis
plenius continetur. Erat in be-
thleem unde oriundus erat
communem patrimonium. Ipsa
vero in nazareth in domum

paternam rediit. Nam naza-
reth interpretatur flos. Unde
dicit bernhardus. Quod flos nasci
voluit in flore et de flore et
in floris tempore. Ibi igitur ange-
lus apparuit et ipsam salutauit
dicens. Aue gracia plena dominus
tecum. Bernhardus inuitat nos ad
salutacionem marie gabrielis
exemplo iohannis exultacione et resalu-
tacionis lucretia. Sed hic primo
videndum est. quare deus matrem
suam voluit desponsari. Super
hoc assignat bernhardus tres raciones
dicens necessarium desponsata
est maria cum per hoc ademoribus
misterium absconditur et a spon-
so virginitas comprobatur. et
virginis tam verecundie quam
fame prouidetur. Quarta racio
ut omni gradui mulieris ob-
probrium tolleretur. scilicet coniugatis
virginibus et viduis. Nam
ipsa virgo in hoc triplici statu
fuit. Quinta racio est ut viri
ministerio fruetur. Sexta ut
mirioni in bonum compleretur.
Septima ut per virum genelo-
gie series texeretur. Dixit
ergo angelus Aue gracia plena
Bernhardus. In ventre gracia deitatis
In corde gracia caritatis In ore
gracia affabilitatis In manibus
gracia misericordie et largitatis. Sed vere
plena. quia de eius plenitu-
dine acceperunt. captiui redemp-
cionem. egri curacionem. tristes con-
solacionem. peccatores veniam. iusti
graciam. angeli leticiam. denique
tota trinitas gloriam. Filius
hominis humane carnis substanciam
Dominus tecum. Deus pater tecum qui
creauit quem concipis. Dominus

ſpus ſcus de quo concipis . et
dns filius que carne tua i du =
as ſic' dic' bulg' Benedca tu i
mulieribus id e sup omes mu =
lieres . qa ſz eis mr vgo mr
et mr dei . Triplici male-
dictoni mlieres ſubdite erat
ſz maledictom obpbrij . ma =
ledictoni pci . maledictoni
supplicij Maledico obpbrij
ad no concipientes vn dic'
rachel Abſtul' dns obpbriu
meu . Maledico pci quo ad
concipientes Eo . ps Ecce
i iniquitatibus conceptus
ſu . Maledico supplicij quo
ad parientes vn geneſ In
dolore paries filios tuos Sola
aut vgo maria bndca e in
mlieres cui vgitati adduc
fecunditas . et fecunditati in
conceptu ſtitas . et ſatati
i ptu locunditas Dr gra
plena sic' bulg' appt qua or
que fuerit i eius mete . De
uoto hmilitatis . reuerencia
pudoris Magnitudo credulitatis
charitatis cordis . Dr dns
tecu . appt alia qua or q ei ex
celo fulſerut q ſut malre
ſcificaco . angelica ſalutacio
ſpus ſci ſuppuentio filij dei
i carnaco Dr et bndca tu
i mulieribus appt alia qua or q
sicut dic' idem bulg' fuerut
i eius carne q ſz fuerit vgi =
nitatis inuiccia . ſine corrup =
tone fecunda . ſine grauedine
grauida . et ſine dolore puer =
pera . Que cu audiſſz tba =
ta e i ſmone ei' et cogitab'
qualis eſſz ita ſalutio hinc
apparet laus vgis i audita

i affectu et cogitatu In au =
ditu laudat modeſtia quia
audit et tacet In affectu ve =
cundia vn tbata e In cogitatu
prudencia . Duplici de cau =
ſa tbata e de angeli ſmone
no de ei' viſioe pa qm bta
vgo anglos ſepe videbat ſed
nuqua talia loquetes au
dicbat Alia aſſignat petrus
rauenn Deneat mg' anglos
blandus i ſpe ſz turbidus i ſer =
mone vn qui leuit' ſolicita
uit viſus nimis ptur bant
auditus bulg' q turbata
ſu verecudie vginalis . q no
pturbata fortitudis q tacu
it et cogitauit prudencie
et diſcretonis Et anglos ea
pfortans dix' Ne tieas ma
ria i uenisti graz apd dnm
bulg' Qua graz dei et hom
pace . mortis deſtruccione
et vite reparacom Ecce ycip
es et paries filiu et nomabis
nom ei' ihm id e ſaluatores
q'a ſalui faciet ppl'm ſuu
a pccaus eor' hic erit magnus
et filius altiſſimi vocabit'
bulg' hic e ille q e magnus
deus ſutus e magnus ſz
magnus ho . magnus doctor
magnus ppha . Dix' aute
maria ad anglm Quo fiet
iſtud q'a viru no cognoſco id
e me cognituraz no ppono
et ita fuit vgo . mente tan
ne et ppoſito Ecce maria in
terrogat . et qui i terrogat
dubitat Cur g' ſolus za =
charias tacitunitatis plaga
i currit Reſp' hic petrus
rauenn qua ſt' differencias
dic' Ille pectoris conditor

no vbera sed corda perunde. Non
tent quod dixerit sed quod senserit indi-
cauit. Zacharias interrogauit. ista
dissimiles species perduisus. hic quasi
naturam credidit. ille dubitauit
sicut per naturam. hec integre rei or-
dinem quesiuit. Ille que deus vult fa-
cere non posse presumpsit. Ille impossi-
bilibus exemplis non accedit
ad fidem. hec miratur de partu
virginis sine exemplo currit ad fi-
dem. hec miratur de partu virgi-
nis [illegible]. Ille de conceptu dis-
putat coniugali. Ista quod dubi-
tat de facto sed modum querit et
ordinem. Nam cum triplex sit mo-
dus [illegible] concipiendi natura-
lis spiritualis et [illegible] quo ipsa
concipiat scisitatur. Et videns
angelus dixit ei Spiritus sanctus
superveniet in te quasi ipsum tuum
conceptum efficiet. Vnde et dicitur
conceptus de spiritu sancto et hoc
propter tres rationes. Primo propter
ostensionem eximie caritatis ut
scilicet ostendatur quod ineffabili caritate
verbum dei caro factum est. Iohannes iii.
Sic deus dilexit mundum etc.
Et hec est ratio magistri sententiarum
Secundo propter ostensionem gratie absque
meritis ut patet hic. quod dicitur concep-
tus de spiritu sancto ostendatur quod fit
ex sola gratia quia nulla homi-
num merita precesserunt. Et hec
ratio est augustini. Tertio propter vir-
tutem operationis. quia scilicet opere et
virtute spiritus sancti conceptus
est et ratio hec est ambrosii. Quarto
propter motiuum conceptionis et
hec est ratio hugonis de sancto victore
Motiuum ut ait ad conceptionem
naturalem est amor viri in muliere
et amor mulieris in viro. Sic

in virgine impleta. quia in eius corde a-
mor spiritus sancti singulariter arde-
bat. Ideo in carne eius mirabi-
lia faciebat. Et virtus altissi-
mi obumbrabit tibi. Hoc secundum
glosam exponitur. Vmbra a lumine
et corpore obiecto solet formari
Ista ergo virgo sicut et purus
homo diuinitatis plenitudinem cape-
re nequibat sed virtus altissimi ob-
umbrauit eam dum in corporea
luce diuinitatis corpus in ea sus-
cepit humanitatis ut sic posset
deum pati. Hanc expositionem vi-
detur tangere Bernardus qui sic ait
Quia deus spiritus est nos autem
umbra corporis sui temperauit
se nobis ut obiecto viuifice
carnis. videamus verbum in
carne. solem in nube. lumen
in testa. cereum in laterna. Item
Bernardus sic exponit quasi diceret
Istum modum quo de spiritu sancto
concipiens dei virtus Christus in suo
secretissimo consilio obumbrando
occultauit. ut sibi tantum notum
haberet. quasi diceret Quid a
me queris quod in te mox ex-
perieris. Scies scies et valde felix
scies. sed illo doctore quo et
auctore ego nuncia dire mis-
sus sum. virginalem concep-
tum non creare. Et obumbra-
bit tibi id est ab incendio estu re-
frigerabit. Et ecce Eliza-
beth cognata tua etc. Qua-
tuor de causis concepta Eliza-
beth marie nunciatur secundum
Bernardum. Prima cumulato letitie
Secunda propter facti [illegible] Tertia propter facti
doctrine. Quarta ob presumptionem mi-
sericordie. Dicit enim sic.
Ideo sterilis cognate conceptus
marie nunciatur ut dum miraculum
miraculo additur gaudium

gaudio Vel ideo qa confessio dece-
bat ut virginis mox ubiqz diuul-
gandu utiqz prius sciret virgo
p angelum qua audiret ab hoie
ne mr dei aconsilijs filij vide-
ret sed eos que in tribus tam
ipse gerunt remansisset igna-
ra Vel ideo pocius ut dum
nunc saluatoris nunc precurso-
ris edocet aduentus concernens
tempus et ordinem tenens ipsa
proximodu melius atqz scripto-
ribus et predicatoribus rese-
ret veritatem Vel ideo ut au-
diens cognatam vetulam et
grauidam cogitet iuuencla de
obsequio vel sic ut puulo
prophete dicit locus obsequendi
dno et mirabilius fiat mira-
culum de miraculis Iste Bulh
Da virgo rursum festinus o dna
Unde verbum et suscipe pfer verbum
et suscipe diuinum Emitte transi-
torium et amplectere sempiter-
num Surge curre api Sur-
ge p fidem · curre p deuo-
tionem · api p consensum Tunc
maria expansis manibus et ocu-
lis ad celum eleuatis ait
Ecce ancilla dni fiat michi
secundum verbum tuum Bulh Alijs
in aure alijs in ore alijs in
manu verbum dei fuisse fertur
memorat Maria aut fertur
e in aure p angelicam salu-
tacionem In corde p fidem In ore
p confessione In manu p co-
municacionem Inventur p mater-
nitatem In gremio p sustentaci-
onem In brachijs p obla-
cione Fiat michi secundum verbum tuum
Bulh Nolo q fiat michi

aut declamatorie predicatum
aut figuraliter significatum aut
ymaginatorie sompniatum
Sed silenter inspiratum · perso-
naliter incarnatum · corporaliter in
uisceratum Statimqz filius dei
utero eius conceptus est perfectus
deus perfectus homo · Et in ipsa
prima die concepcionis · tan-
te sapiencie ac potencie extitit
quante in tricesimo anno fuit Exu-
surgens maria abijt ad eli-
zabeth Et cum eam salutas-
set iohes in eius utero exulta-
uit · glo · qui q lingwa non
potuit animo exultante salu-
tat et sui precursoris officium
inchoat · Fuit aut ibi in eius
obsequio tribus mensibus donec
iohes nasceretur · quem mani-
bus suis de terra leuauit
Sicut in libro iustorum legitur
Huic die p multa tempora curri-
cula deus multa operatus est
que quidam sic egregijs versi-
bus declarauit Salue fes-
ta dies que vulnera nra cohercens
Angelus est missus est passus in
cruce xpus Est adam factus
et eodem tempore lapsus · Ob
meritum decime cadit abel · fra-
tris abense Offert melchi-
sedech · ysaac supponitur arietes
Est decollatus xpi bap-
tista · Petrus erectus Ja-
cobus sub herode peremptus Cor-
pora sanctorum cum xpo multa resur-
gunt Latro dulce tamen p xpm
suscipit amen Et miles qui-
dam diues ac nobilis seculo
abrenunciauit et ordinem cis-
terciensem intrauit et qa litteras
nesciebat erubescentes mo-
nachi ei magistrum dederunt si ·

forte modicum addiscere pos-
set et sub hac occasione in-
ter monachos permaneret
Sed cum diu cum magistro fuisset
et nichil omnino preter hec duo
vocabula. Ave maria discere
potuisset. Hec tam avide reti-
nuit ut quocumque deambularet
et quicquid ageret incessanter
ea nominaret. Tandem moritur
et cum aliis fratribus in cimiterio
sepelitur. Et ecce super eius tumu-
lum speciosum excrevit lilium
et quodlibet folium ave maria
litteris aureis habebat inscriptum
Currentes omnes ad tam grande
de miraculum terram de tumulo ef-
foderunt et radicem lilii de ore
defuncti procedere repererunt. In-
tellexerunt ergo cum quanta de-
vocione illa duo verba dixit
quem dominus tanti honoris prodi-
gio illustravit. ¶ Quidam
miles quondam in via qui cas-
trum habebat et omnes transeuntes
sine miseracione aliquando spolia-
bat. Sed genitricem dei cottidi-
e salutabat. nec propter aliquod impedi-
mentum emergenti ab ipsa salu-
tacione aliqua die cessare
volebat. Accidit autem ut quidam
religiosus vir inde transitum
faceret et ipsum continuo miles
expoliari iuberet. Vir autem
sanctus rogavit predones ut ip-
sum ad dominum suum deducerent quia ad
ipsum habuit secreta perferre. Ad-
ductus autem rogavit militem
ut omnes de familia sua et castro
congregari faceret ut eis verbum
dei predicaret. Cum autem congrega-
ti fuissent. Ille ait. Nequaquam
hic omnes estis sed aliquis adhuc
deest. Cui se omnes ibidem

esse asserent. Dicebat. Dili-
genter perquirite et aliquem invenietis
abesse. Tunc unus exclamans
dixit quod illuc solus camera-
rius non venisset. Ille autem dixit
Ecce ipse est qui solus deest. Quo co-
gnito cito mittitur et in medium de-
ducitur. Cum autem virum dei vidisset
terribiliter revolutis oculis ca-
put instar insani agitabat nec
propius accedere audebat. Vir autem
sanctus dixit ei. Adiuro te per no-
men domini nostri ihesu christi ut quis sis nobis
edisseras et qua occasione huc ve-
neris palam pandas. Ille vero ru-
dit. Heu adiuratus prodere cogor
invitus. Ego enim non sum homo sed
demon qui formam hominis ac-
cepi et annis quatuordecim cum hoc
milite permansi. Nam princeps
noster me huc misit ut die qua
hic salutacionem suam non di-
ceret diligencius observarem ut in
eum potestate accepta ipsum continuo
strangularem et sic in malis operi-
bus vitam finiens noster esset.
Quacumque enim die illam saluta-
cionem dicebat in ipsum potestatem habe-
re non poteram. Ecce autem de die in
diem diligencius observavi et
nullam diem quin eam salutaverit
pretermisit. Hec miles audiens
vehementer obstupuit et ad pe-
des viri dei se proiciens veniam
postulavit. et in melius dein-
ceps vitam mutavit. Vir autem
sanctus dixit demoni. Precipio tibi
demon in nomine domini nostri ihesu christi
ut hinc statim abscedas et ta-
lem hactenus locum possideas
ut nulli gloriosam dei genitricem
invocanti nocere presumas. Hic
vero iussa dedit demon absce-
dens evanuit. De passione

Passio domini nostri ihesu xpisti
fuit ex dolore amara.
ex illusione despecta. ex multi-
tudine multis fructuosa. Do-
lor autem causabatur ex quinque.
Primo ex eo quod ipsa passio fu-
it ignominiosa et hoc
propter ignominiosum locum quia in
calvaria ubi malefactores pu-
niebantur. propter ignominiosum
supplicium quia morte turpis-
sima condempnatus est. Crux
enim supplicium erat latronum. Et
licet crux esset tunc multe igno-
minie nunc autem est in maxime glo-
rie. Unde augustinus Crux que erat
supplicium latronum nunc tran-
sit ad frontes imperatorum. Si
tantum deus honorem contulit suo
supplicio propter ignominiosum locum
quantum confert dominus suo filio propter
ignominiosum consortium. quia cum in-
iquis et scelestis deputatus est
et cum latronibus qui primo fuerunt
scelerati sed unus postea conversus
est scilicet dismas qui erat a dex-
tris. sicut dicitur in ewangelio nicho-
demi. Et alius dampnatus est
scilicet gestas qui erat a sinistris. Uni
quoque dedit regnum alii supplicium
ambobus. Auctor pietatis in cru-
ce pendens in singularibus ne-
gotiis pietatis officia dividebat.
Persecutores apostolis. pacem
discipulis. corpus iudeis. spiritum
patri. virgini paranymphum. latroni
paradisum. peccatoribus infernum.
cruce xpistianis penitentibus co-
mendabat. Ecce testamentum quod
fecit dominus pendens in cruce.
Secundo ex eo quod fuit iniusta. quia
peccatum non fecit nec inventus
est dolus in ore eius. et ideo

qui huc venit indigne penam
tolerandam venit. De tribus enim
cum precipue iniuste accusabatur
videlicet quia tributum reddi pro-
hibebat. quia se regem dicebat
et quia se filium dei dicebat. Con-
tra has tres accusationes dici-
tur in passione in persona salvatoris
tres excusationes scilicet popule meus
etc. Ubi exprobrat populus ta-
beneficia eis collata scilicet libera-
tionem ab egipto. regimen in de-
serto. plantationem vinee in loco
optimo quasi dicat xpistus Accusas
me de redditione tributi. potius
debes gratias agere quia liberavi te
a tributo. Accusas quia dixi me
potius gratias agere quia pavi te
regaliter in deserto. Accusas
quia dixi me filium dei potius
gratias age quia in vineam meam
elegi te et in loco optimo te
plantavi. Tertio ex eo quod
fuit ab amicis tollerabilior
cum esset dolor si tolleret ab
hiis qui essent alieni vel extra-
nei vel ab hiis quibus aliqua
incomoda intulisset. sed cum pati-
tur ab amicis id est ab hiis qui debe-
rent esse sui amici. Item a propin-
quis id est ab hiis de quorum stir-
pe natus est. De hiis duobus
dicitur in psalmo Amici mei et proximi
mei etc. Job xix. Noti mei
quasi alieni recesserunt a me. Item
ab hiis quibus multa bona con-
tulerat. Joh. viii. Multa bo-
na opera etc. Bernardus O bone ihesu
quam dulcis cum hominibus conversa-
tus es quam magna et habunda-
tissima eis largitus es. quam
dura et aspera pro eis passus
es. Dura verba dura...

p̄m

ubi ea durissima tormenta ¶ Quarto ex ratione teneritudinis corporis, vnde in figura dauid dicitur decoro 2 Reg. penult. Ipse enim est tenerrimus ligni vermiculus. Vnde Iudei lapides ex-tis super lapidem percutientes meliorem de quo resonat tinnitus pietatis. Item Io. xix. Traditus crudelibus militibus ab eam-dus et illud sacratissimum corpus pectusque dei emparx flagella sciderunt ¶ Quinto ex eo quod fuit vniuersalis quia omnes partes afflictus. Primo fuit hic dolor in oculis quia lacrimatus est sicut dicitur Heb. v. Vnde ascendit in altum ut longius audiretur. Fortius exclamauit ut nullus excusaretur. Clamori lacrimas addidit ut homo compateretur. Alias causa bis lacrimatus est. Semel in resuscitatione Lazari et super Ierusalem. Ille enim fuerunt amoris. Vnde et quidam cum vidissent eum lacrimantem dixerunt Ecce quomodo amabat eum. Secunde fuerunt compassionis. Sed hec tertie fuerunt doloris ¶ Secundo fuit hic dolor in auditu cum ei scilicet obprobria et blasphemie irrogate sunt. Cristus enim quatuor specialiter habuit in quibus obprobria et blasphemias audiuit. Habuit enim excellentissimam nobilitatem quia quantum ad diuinitatem fuit eterni regis filius et quantum ad humanam de regie stirpe genitus. Ita quod in quantum deus et in quantum homo fuit rex regum et dominus dominancium. Habuit ineffabilem veritatem quia ipse est via veritas et vita. Vnde de se intendit. Sermo tuus veritas. Filius enim est sermo siue verbum patris. Habuit insuperabilem potestatem quia omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. Habuit singularem bonitatem quia nemo bonus nisi solus deus. In hiis Christus audiuit obprobria et blasphemias ¶ Primo quo ad nobilitatem Math. xiii. Nonne hic est fabri filius. Nonne mater eius dicitur Maria. Secundo quo ad potestatem Math. xii. Hic non eicit demonia nisi in principe demoniorum. Item Math. xxvii. Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Ecce dicunt ipsum impotentem cum tamen adeo potens extiterit quod persecutores suos sola uoce prostrauit. Nam cum ipse interrogasset Quem queritis et audissent Ihesum Nazarenum continuo ceciderunt in terram. Augustinus: Vna vox turbam odiis ferocem armis terribilem sine ullo telo percussit, repulit, strauit virtute latentis diuinitatis. Quid iudicaturus faciet qui iudicandus hic fecit. Quid regnaturus poterit qui moriturus hic potuit. Tercio quo ad veritatem Ioh. viii. Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Ecce quia dicunt ipsum mendacem cum tamen ipse sit ipsa veritas et vita. Hanc veritatem ipse Pylatus scire non meruit quia ipsum secundum veritatem non iudicauit. Inchoauit quippe iudicium a veritate. Sed in veritate ipse non permansit. Et ideo de veritate questionem meruit inchoare, sed non meruit solutionem audire. Alia ratio est secundum Augustinum Quare solutionem non audiuit. Quia

tū illā questioꝫ fecissꝫ subito ve-
nit illi ī mente ꝯsuetudo iudeo-
rū qua solebat illis vnū ꝯsolus
dimitti ī pascha et ideo statim
exijt et solutioꝫ nō expectauit
Tercia racio ē secundum Crisostomum. quia
sciebat quod quam difficilis in-
dagabatur multo tempore et multa
discussione. et ipse ad liberatioꝫ
xpi properabat et ideo statim exiuit
Legitur tamen ī euangelio nichodemi quod
cū pylatus interrogasset Quid ē
veritas Ihesus ei rñdit Veritas
de celo ē Et pylatus Interrogat ergo
nō ē veritas. Dixit ei ihesus quo-
modo potest esse veritas ī terris q iudi-
cantur ab hijs qui potestatem habent
ī terris ¶ Quarto quo ad eius bo-
nitatem. ducebant eum ipsum esse
peccatorem ī corde suo Joh ix Nos
scimus quia hic homo peccator est. Se-
ductorem ī sermone. luc xxiij Com-
mouit enim populum docens per vni-
uersam iudeam ī cipiens a gali-
lea usque huc. Preuaricatorem
ī lege Joh ix Non est hic homo a deo
qui sabbatum nō custodit. Quinto
fuit ī odoratu quia maiorem fetto-
rem sentire oportuit ī monte
caluarie ubi erant fetida corpora
mortuorum Unde dicitur ī historia
quod caluarie proprie ē os capitis
humani nudum. Et quia ibi decal-
uabantur rei. et quia multa
ossa capitum ibi apparsa erant
Caluarie locus ac caluariarum
dicebatur ¶ Sexto fuit ī gus-
tu Unde cum clamaret Sicio
dederunt ei acetum cum mirra
et felle mixtum Ut ex aceto
citius moreretur et ipsi custo-
des a custodia citius libera-
rentur Dicitur enim crucifix-
us mori si acetum bibat

et cum ex mirra pateretur olfactus
ut ex felle gustus Augustinus
Amaricio repletur sinceritas
aceto inebriatur felle dul-
cedo. adducitur innocencia
reo. moritur vita pro mortuo
Quinto fuit in tactu quia in
omnibus partibus corporis a plan-
ta enim pedis usque ad verticem
capitis nō fuit ī eo sani-
tas. De hoc qualiter ī omnibus
sensibus dolorem habuit dicit
Bernhardus Caput angelicis tremo-
bundum spiritibus densitate spi-
narum pungitur. Facies pul-
cra pre filijs hominum sputis in-
decorum deturpatur. Oculi lu-
cidiores sole caligantur in
morte Aures que audiunt
angelicos cantus audiunt
peccatorum insultus Os quod docet
angelos. aceto et felle po-
tatur. Pedes quorum scabel-
lum adoratur quia sanctum ē cruci
clauis affiguntur Manus
que formauerunt celos sunt
ī cruce extense et clauis
affixe Corpus verberatur
latus lancea perforatur Et
quid plura nō remansit ī
eo nisi lingwa ut pro peccatoribus
exoraret et matrem discipulo
commendaret ¶ Secundo eius
passio fuit ex illusione despec-
ta Quater enim vicibus fuit
ei illusum Primo ī domo anne
ubi recepit sputa et alapas
et uelationem oculorum Bernhardus
Vultum tuum bone ihesu ita de-
siderabilem ī quem desiderant
angeli prospicere sputis inqui-
nauerunt et manibus percusse-
runt velo pro derisione ope-

ruerunt. nec amicis vulne-
ribus pepercerunt. Secundo in domo
herodis qui eum fatuum et non
sane mentis existimans ex eo
quod nullum responsum ab eo habere potu-
erat. pro derisione eum veste al-
ba induit. Unde homo tu homo es
et habes sertum de floribus. et
ego deus et habeo coronam spi-
neam. Tu cyrothecas in ma-
nibus et ego clavos defix-
os. Tu in albis vestibus tri-
pudias et ego propter te derisus
ab herode deludor alba veste.
Tu tripudias cum pedibus et
ego cum pedibus laboravi.
Tu in choreis brachia exten-
dis in modum crucis in gau-
dium. et ego extensa hm̄
ca in cruce in obprobrium. Ego
in cruce dolui et tu in cruce
exultas. Tu in habes latus
apertum et pectus in signum va-
ne glorie. et ego latus ha-
bui effossum propter te. tamen re-
vertere ad me et ego suscipiam
te. Tertio in domo pylati v.
coccineam clamidem ei mili-
tes circumdederunt et arundinem
in manibus dederunt et coronam
spineam super caput eius posue-
runt et genu flexo dicebant
Ave rex iudeorum. Illa autem
spinea corona dicitur fuisse de
iunciis marinis. quorum aci-
es non minus spina dura
est et penetrativa. Unde et
sanguinem de capite eius tradi-
tur corona illa spinea extrax-
isse. Unde hic. Caput illud divinum
multiplici spinarum densita-
te usque ad cerebrum confixum est.
Contra has tres illusio-

nes in parasceue permittimus
an relevatorum crucis tres ado-
rantes dicentes Agyos et cetera
ter honorantes ter illu-
sum propter nos. Quarto in cruce
math. xxvij. Cum principes sa-
cerdotum illudentes cum senioribus
et scribis dicebant Si rex israhel
est descendat nunc de cruce et cre-
dimus ei. Unde super hunc locum
Interim magis paciam exhibet
humilitate que dat obedienciam
implet perficit caritate. Iuliis
nempe virtutum gemmis quatuor
cornua crucis ornantur et super
eminencior caritas. A dextris
obediencia. a sinistris paciencia. Ra-
dix omnium virtutum humilitas in
profundo. Sed omnia quecumque xpus
passus est. Unde breviter recolli-
git dictis si memor es quod diu
versos labores quos xpus pertulit
in predicando. fatigacionum in
discurrendo. vigiliarum in orando
temptacionum in ieiunando. lacrima-
rum in compaciendo. insidiarum
in colloquendo. postremo iniu-
riarum sputorum. colaphorum. sub-
sannacionum exprobracionum. cla-
vorum et cetera. Tercio eius passio
fuit utiliter multiplici fructu-
osa. Cuius utilitas potest esse tri-
plex scilicet peccatorum remissio.
gratie collacio. et glorie exhibi-
cio. Et hec tria notantur in ty-
tulo crucis. quia Ihesus quo ad
primum. nazarenus quo ad secun-
dum rex iudeorum quo ad tercium qua
omnes ibi erimus reges. De
primo utilitate dicit augustinus Cul-
pam delevit xpus presentem.
preteritam et futuram. Preterita pec-
cata tulit ea remittendo.
Presencia homines a vicijs re-
trahendo. Futura gratiam

qua vitarentur offendo. Decimus
etiam utilitatem dicit augustinus Admire-
mur gratulemur amemus lau-
demus adoremus quia per redemptio-
nis nostre mortem de tenebris ad lu-
cem de morte ad vitam de corrup-
tione ad incorruptionem de exilio
ad patriam de luctu ad gaudium
vocati sumus. Qua utilis autem
modus nostre redemptionis exti-
terit patet ex quinque conditionibus evide-
liter. Quia fuit acceptissimus ad
placandum deum et reconcilian-
dum. Congruentissimus ad curan-
dum morbum. Efficacissimus ad
attrahendum genus humanum.
Prudentissimus ad expugnan-
dum humani generis inimicum. Primo
ergo fuit acceptissimus ad placan-
dum et reconciliandum deum quia
sicut dicit anshelmus in libro Cur
deus homo Nichil asperius et
difficilius pati potest homo ad honorem
dei sponte et non ex debito quam
mortem Et nequaquam magis
se homo potest dare deo quam cum se homo
morti tradit ad honorem ipsius
Et hoc est quod dicitur ephesiorum v. Tradi-
dit semetipsum oblationem et hos-
tiam deo placantis et reconci-
liantis Dicit augustinus in libro de trinitate
Quid tam gratanter suscipi posset
quam caro sacrificii nostri corpus
effectum sacerdotis nostri. Nota quod
quatuor considerantur in omni sacri-
ficio. Cui offeratur quid offeratur
et quis offerat Idem ipse unus
verusque mediator per sacrificium
pacis reconcilians nos deo
unum cum seipsum offerebat unum
esset ipse qui offerebat et quod offe-
rebat De hoc etiam qualiter
per christum sumus reconciliati dicit

idem augustinus Quod christus est sacer-
dos et sacrificium deus et templum
Sacerdos per quem sumus reconciliati
Deus cui sumus reconciliati tem-
plum in quo sumus reconciliati Dominus
quibusdam hanc reconciliationem
parvipendentibus augustinus in persona
christi exprobat dicens Tu esses in-
imicus patri meo reconciliavi
te patri Tu esses longe ego
veni ut redimerem te Tu inter
montes et silvas errares que-
sivi te Inter lapides et ligna
inveni te et ne luporum feri-
umque rapidorum laniaretis col-
legi te humeris meis portavi
ut te patri meo reddidi te. La-
boravi sudavi caput meum spi-
nis opposui manus meas
clavis obieci lancea latus
meum aperuit tot non tantum in-
iuriis et asperitatibus laceratus
sum sanguinem etiam meum fudi
animam meam posui ut coniunge-
rem te mihi et tu dividis animo
Secundo fuit congruentissimus
ad curandum morbum Congru-
itas autem attenditur ex parte
temporis et ex parte loci et ex parte
modi Ex parte temporis quia adam
fuit factus in mense marcii et
feria sexta Et ideo christus pati
voluit Item adam peccavit hora
sexta in marcio quia in die qua
filius annunciatus fuit et passus
Item in feria sexta et hora sexta
Secundo ex parte loci quia locus sue
passionis triplex consideratur
scilicet aut communis aut specialis aut
singularis. Locus communis fuit
in terra promissionis Specialis
calvarie locus Singularis
crux In loco autem quo primus
fuit homo formatus quia in partibus
illis iuxta damascum Imag-

damasceno dicitur fuisse forma-
tus. In loco speciali fuit sepul-
tus quia ibidem christus passus
est ubi adam dicitur fuisse sepul-
tus licet autenticum non est.
In loco singulari fuit deceptus
nunquam in illo ligno in quo christus
passus est adam fuit deceptus
Septimo dicitur quia sicut adam de-
ceptus fuit in ligno ita christus
passus fuit in ligno. In quadam
tamen historia grecorum dicitur quod in eodem
certo ex parte mortis currendi est.
Quidem modus fuit per similia et
per contraria. Per similia sicut dicit
augustinus homo homines mortalis
mortales morte mortuos
liberavit. Per contraria. Nam sicut
homo sedit Gregorius pervenerat
per superbiam in obedienciam et gu-
lam. Voluit enim assimilari deo
per sue sublimitatem transgredi
precepti dei limitem et gustare
pomi vetiti suavitatem. Et
ideo curacio fit sicut per contrarium.
Ideo modus iste satisfaciendi
convenientissimus fuit quia fuit
per humiliacionem et afflictionem et di-
vine voluntatis impleccionem.
De hiis tribus ad philippenses ij. humi-
liavit semetipsum quantum ad primum
factus obediens quantum ad secundum usque
ad mortem quantum ad tercium. Tercio
fuit efficacissimus ad trahen-
dum genus humanum. Nequaquam
enim salvo libertatis arbitrio
magis ad amorem suum et fi-
duciam genus humanum attra-
here potuit. Qualiter autem
per hoc nos ad amorem suum attra-
hit dicit Bernardus Super omnia red-
dit te michi amabilem bone ihesu
calix quem bibisti opus nostre
redempcionis. Hoc omnino amorem
nostrum facile vendicat et totum
hoc est quod nostram devocionem et blandi-
us allicit et iustius exigit et
arcius stringit et vehemencius
afficit. Et enim ubi te exinanis-
ti. ubi te naturalibus radiis
exuisti. ubi pietas magis emi-
cuit ibi caritas plus effulsit. ibi
gracia amplius radiavit. Quan-
tum vero ad fiduciam dicit apostolus ad Romanos
viij. Qui eciam proprio filio suo non
pepercit sed pro nobis omnibus tra-
didit illum. Quomodo cum illo eciam
non omnia nobis donavit. De hoc
Bernardus. Quis non rapiatur ad spem
impetrandi fiduciam quis eius at-
tendit corporis disposicionem vide-
licet caput inclinatum ad osculum
brachia extensa ad amplexum
manus perforatas ad largiendum
latus apertum ad diligendum
pedum affixionem ad nobiscum ma-
nendum corporis extensionem ad se
totum nobis impendendum. Quarto
fuit prudentissimus ad expug-
nandum humani generis inimicum.
Job xl. Prudencia eius percussit
superbum. Et ulterius Numquid ca-
pere poteris leviathan hamo.
Christus enim hamum sue divinitatis
abscondebat sub esca humanitatis
Et dyabolus volens capere escam
carnis captus est ab hamo di-
vinitatis. De hac prudenti
capcione dicit augustinus Vicit
redemptor et victus est deceptor.
Et quid fecit redemptor
captivatori nostro. Tetendit deci-
pulam carne sua posuit in ea
escam sanguinem suum. Ipse autem volu-
it fundere sanguinem non debitoris
propter quod recessit a debitoribus.
Huius autem debitum apostolus vocat
cyrographum quod quidem christus
tulit et cruci affixit. De quo
cyrographo dicit augustinus Erat

Qua pecuniam ad usuram mutuavit
cyrographum scripsit · fideiussorem
dedit et ~~usura~~ usura posterita-
ti accrevit. Tunc enim pecuniam ad usuram
mutuavit · quando contra preceptum
dei sue prave suggestioni consensit.
Cyrographum scripsit quando manum
ad pomum vetitum misit. Fide-
iussorem dedit quando adam peccato
consentire fecit. Et sic usura peccati
posteritati accrevit. Contingit igitur cum
tepnetes (?) hac redemptor. Unde
in persona christi exponendo dicit propheta popu-
lus meus ait dominus quid ultra potui facere
et non feci. Quid cause est quod in
inimico meo magis libet servire
quam mihi. Ille creavit vos sed
nec pascit. Et si pura (?) hoc minus in-
gratitudinis · non ille sed ego redemi
vos. Quo pretio? non utique cor-
ruptibili auro vel argento non
sole aut luna nec saltem aliquo
angelorum sed proprio vos cruore re-
demi. Ceterum si nec tam multipli-
ci iure debitum vobis eligere fa-
mulatum · omnibus obmissis
meum saltem ex diurno dena-
rio convenite. Et quia christum in mor-
tem tradiderunt · iudas propter a-
variciam iudei propter invidiam · pyla-
tus propter timorem. Ideo videndum est
de pena horum quam (?) ideo inflicta me-
rito huius peccati. Sed de pena et
origine iude invenies in legenda
sancti mathie. De pena et exci-
dio iudeorum in legenda sancti iacobi
minoris. Et ideo de pena ipsius
pylati et origine breviter videamus.
Fuit quidam rex nomine tyrus
qui quandam puellam nomine pyla
filiam cuiusdam molendarii nomine
atus carnaliter cognovit et
de illa filium generavit. Pyla

autem ex nomine suo et ex nomine
patris sui qui dicebatur atus
unum nomen composuit. Et na-
to puero imposuit ei nomen
pylatus. Cum autem pylatus
tres annos haberet · ipsum pyla
ad regem transmisit. Habebat autem
rex filium de regina coniuge
sua qui fere pylato coetaneus
videbatur. Isti dum annos dis-
crecionis attigissent sepius
luctamine pugne et funda-
rum invicem colludebant. Sed
regis legittimus filius ut
genere erat nobilior · sic in omni
loco pylato inveniebatur strenu-
ior et in omni genere certaminis
superior. Unde hic pylatus invi-
die livore commotus et felle do-
loris stimulatus fratrem suum la-
tenter occidit. Quod rex au-
diens vehementer et consilio
convocato quid de scelerato et
homicida filio faceret requi-
sivit. Qui omnes reum esse mor-
tis unanimiter acclamave-
runt. Rex autem ad se reversus
iniquitatem iniquitati noluit
duplicari sed ipsum pro tributo quod
annuatim romanis debebat
in obsidem misit. Dum volens
esse innoxius ob occasionem
filii tum a tributo cupiens li-
berari. Tunc tempore erat rome
filius regis francorum qui
rome similiter missus erat pro tribu-
tis. Huic pylatus associatus
est · sed cum se ab eo moribus et in-
dustria precelli videret tum invi-
die stimulis agitatus occi-
dit. Sed cum romani quid de eo
faciendum esset inquirerent · dixe-
runt. Hic si supervixit qui fratrem
necavit obsidem iugulavit

rei publice plurimum utile esset
tam ferocem hostium ferox
ipse domabit. Dixerunt quod sic.
Tunc reus mortis habetur in
ponthos insula gentibus
illis qui nullum paciuntur in-
dicem iudex preficitur si forte
eius nequitia eorum contumacia
edomeretur. Missus igitur pyla-
tus ad gentem ferocem et suo-
rum iudicum peremptorem non
perimit ad quos missus sit
et quam pendula vite sue se-
tentia teneatur reconsiderans
vitam suam voluit et gentem
nec ipse minis et promissis
suppliciis et precio penitus sub-
iugavit. Quia igitur tam du-
re gentis victor extitit
a ponthos insula ponticus
pylatus nomen accepit.
Herodes autem hoc illius
ut audivit industriam eius
aspirans congaudens ipse ver-
sutus cum ad se muneribus
et nunciis invitavit et
super iudeam turbam vices suas
tradidit. Qui cum pecuniam
in multa lege aggregasset nesci-
ente herode romam adiit et
infinita pecunia tyberio op-
tulit et ab eo ut sibi dari
quod ab herode tenebatur munici-
bus impetrivit. Huiusmodi
causa facti sunt inimici pylatus
et herodes quousque ad tempus
passionis domini cum herodes reconci-
liavit eo quod dominum ad se mi-
sit. Alia causa inimicitie
in hystoria scolastica assignatur.
Quidam enim se filium dei di-
cens multos de galileis se-
duxerat. Hos cum in garizim

duxisset ubi dicebat se ascensu-
rum in celum superveniens pylatus
ipsum cum omnibus occidit timens
ne sic et iudeos seduceret. Ob hoc
facti sunt inimici quia herodes pre-
erat galileis. Et utraque causa
potuit esse vera. Cum autem pyla-
tus dominum iudeis crucifigendum
tradidisset timens ne offensam
tyberii incurreret eo quod innocentem condempnas-
set innocentem quendam sui fami-
liarem pro sui excusatione ad cesa-
rem destinavit. Interea cum
tyberius morbo gravi
teneretur nunciatur eidem quod in ieru-
solimis medicus quidam esset qui
omnes morbos solo verbo cura-
ret nesciens quod eum iudei et
pylatus occidissent. Dixit
itaque volusiano secreto suo
vade citius trans maria
dicesque pylato ut hunc medi-
cum michi mittat qui me pristi-
ne sanitati restituat. Cum
ille ad pylatum venisset et ma-
datum imperatoris exposuisset
eidem territus pylatus XIIII
dierum inducias postula-
vit. Infra quod spacium dum volu-
sianus quandam matronam ubi
ihesus inveniri posset inter-
rogasset ait. Heu dominus meus
et deus meus erat quem pylatus
per invidiam traditum condempnavit
et crucifigi precepit. Tunc ille
nimis dolens ait. Veheme-
ter doleo quia quod dominus mihi iniunxe-
rat explere non valeo. Cui ve-
ronica. Dominus meus cum predican-
do circuiret et ego eius presencia
nimis invite carerem volui
michi depingi ymaginem ut dum
eius presencia carerem saltem in
figura solacium ymago sue
figure. Cumque linteum pictori

deferrem pingendum dominus meus
michi obviavit et quo tenderem
requisivit. Cui cum viam aperu-
issem a me pecijt pannum et
ipsum in sua venerabili facie red-
didit in signum ymaginis sue. Hanc
aspectum si dominus tuus devote in-
tuebitur continuo sanitatis beneficio
potietur. Cui ille: Est ne hec
ymago auro vel argento com-
parabilis. Cui illa: Non sed pio
affectu devotionis. Tecum igitur
proficiscar et videndam ymaginem
cesari deferam et redibo. Venit
igitur volusianus cum veronica
romam et dixit tyberio impera-
tori: Ihesum quem diu desideratum
pylatus et iudei iniuste morti
tradiderunt et per invidiam cru-
cis patibulo affixerunt. Venit
igitur mecum matrona quedam
ipsius christi ihesu ymaginem deferens
quam si devote prospexeris mox
sanitatis tue beneficium obtine-
bis. Cesar igitur pannis sericis
viam sterni fecit et ymaginem
sibi presentari fecit. Qui mox ut
eam fuit intuitus sanitatem
est pristinam assecutus. Pon-
cius igitur pylatus imperio ce-
saris capitur et romam perduci-
tur. Audiens cesar romam py-
latum venisse nimio contra eum
furore repletus eum ad se ad-
duci precepit. Pylatus autem tu-
nicam domini inconsutilem secum de-
tulit quam indutam coram impera-
tore portavit. Mox ut impera-
tor eum vidit omnem iram depo-
suit et ei statim assurrexit
nec durum sibi aliquid loqui
prevaluit. Et qui in eius absen-
tia videbatur tam terribilis
et ferus nunc in eius presentia

inveniebatur quodammodo mansue-
tus. Cumque eum licenciasset mox
contra eum excandescit se mi-
serum clamitans quod ei furorem
sui pectoris minime ostendisset.
Statimque eum revocari fecit
iurans et contestans quod fi-
lius mortis esset nec fas sit
eum vivere super terram. Qui ut
eum vidit continuo salutavit
et omnem animi ferocitatem
abiecit. Mirantur omnes
mirabatur et ipse quod sic contra
pylatum dum abesset excandes-
ceret et dum presens esset nil ei as-
pere loqui posset. Tandem divino
nutu ipsum illa tunica expo-
liari fecit et continuo eum pristi-
nam ferocitatem animi mox re-
sumpsit. Cumque imperator plu-
rimum admiraretur, dictum est
ei quod tunica fuisset domini ihesu.
Tunc imperator ipsum in carcere
recipi iussit donec sapientum
consilio deliberaretur quid de eo fieri
oporteret. Data est igitur in
pylatum sententia ut morte tur-
pissima dampnaretur. Au-
diens hoc pylatus cultel-
lo proprio se necavit et tali
morte vitam finivit. Cog-
nita cesar morte pylati
dixit: Vere mortuus est mor-
te turpissima cui manus propria
non pepercit. Mole igitur in-
genti alligatus in tyberim flumi-
nem mergitur. Spiritus vero maligni
et sordidi corpori maligno
et sordido congaudentes nunc
in aquis nunc in aera raptantes
mirabiles in undis inundationes in aquis
movebant et grandines in ae-
re terribiles generabant. Ita ut
cuncti timore nimio tenerentur

Quam postquam romani ipsum a tyberis fluvio extrahentes derisionis causa ipsum viennam deportaverunt et in rodano fluvio immiserunt. Vigenna enim dicitur quasi via gehenne quia erat locus maledictionis. Sed ibi nequam spiritus affuerunt ibidem eadem operantes. Homines autem illi tantam infestationem demonum non ferentes vas maledictionis a se removerunt et sepeliendum lozanne civitatis territorio commiserunt. Qui cum nimis prefatis infestationibus gravarentur ipsum removerunt et in quodam puteo montibus circumsepto immiserunt ubi adhuc relatione quorundam dyabolice machinationes ebullire videntur. Nota tamen quod in historia scolastica legitur quod pylatus a iudeis accusatus est apud tyberium de violenta innocentum interfectione. Et quia iudeis reclamantibus ymagines gentilium in templo ponebat. Et quia pecuniam repositam in corbanam in suos redigebat usus inde faciens aqueductum in domum suam. Et pro hiis omnibus deportatus est in exilium lugdunum unde oriundus fuerat ut ibi in obprobrium gentis sue moreretur. Potuit esse quia iam primo edictum dederit ut lugdunum in exilium deportaretur. Sed per quemmodum tyberius audiens qualiter christum occiderat ipsum de exilio duci et ad se romam adduci fecit. Eusebius et beda in suis cronicis non dicunt ipsum in exilio relegatum sed tamen quod in multas calamitates incidens propria se manu peremit etc.

Dicto de festivitatibus que occurrunt intra tempus deviationis quod incipit ab adam usque ad moysen quod tempus representat ecclesia a septuagesima usque ad pascha. Deinde de festivitatibus que occurrunt infra tempus reconciliationis quod tempus representat ecclesia a pascha usque ad octavam pentecostes.

De resurrectione

Resurrectio christi tercia die a passione ipsius facta est. Circa autem ipsam resurrectionem septem per ordinem sunt consideranda. Primo qualiter verum sit quod tribus diebus et tribus noctibus in sepulcro iacuit et tercia die resurrexit. Secundo quare statim ut mortuus est non surrexit sed usque in diem tercium expectavit. Tercio quomodo resurrexit. Quarto quare resurrectionem suam acceleravit nec usque ad generalem resurrectionem distulit. Quinto propter quid resurrexit. Sexto quotiens apparuit. Septimo qualiter sanctos patres qui erant in lymbo inde eduxit et quid ibi egit. Circa primum nota quod christus tribus diebus et tribus noctibus in sepulcro dicitur fuisse secundum augustinum per synodochen ut prima dies accipiatur secundum partem sui postremam. Secunda dies sit tota et integra. Tercia secundum partem sui primam et sic erunt tres dies et quelibet habet diem suam noctem habet precedentem. Tunc enim secundum bedam mutatus est ordo et cursus dierum ac noctium. Ante enim dies precedebat et noctes sequebantur. Post passionem autem hic ordo mutatus est ita quod precedunt noctes et dies secuntur. Et hoc mistice ~~[struck]~~ congruit. Nam homo primo de die gratie cecidit in noctem culpe ~~rediit ad diem gratie~~ per christi autem passionem et resurrectionem

de morte tanquam rediit ad diem
gre. ¶ Circa secundum sciendum quod co-
ueniens est ut non statim cum mor-
tuus fuit xpistus resurgeret
sed usque ad diem tercium oppe-
tiuit propter aliquas raciones. Primo
propter significacionem ut scilicet ex hoc sig-
nificaretur quod lux sue mortis
curauit nostram duplam mortem
et ideo una die integra et
duabus noctibus iacuit in sepul-
cro. ut per diem intelligatur lux
sue mortis per duas noctes
nostra duplex mors. Et hanc
racionem assignat glossa super i.
luc. xxiiii. Oportuit pati xpistum
etc. Secundo propter probacionem quia sicut
in ore duorum uel trium testium
stat omne uerbum sic in tribus die-
bus exspectatur esse factum. et ideo
ut ueram mortem probaret et se probas-
se ostenderet tribus diebus iacere
uoluit in sepulcro. Tercio
propter sue potestatis ostensionem. quia
si statim resurrexisset non videretur
potestatem habere ponendi animam suam
sicut resurgendi. i. Cor. xv.
super illud Si xpistus mortuus
est. Ideo in quo de morte premittitur
ut sicut uera mors ostenditur
ita uera resurrectio ostenditur.
Quarto propter restauratoris prefi-
guracionem. Hanc racionem assignat petrus
rauennas dicens Tres dies no-
luit esse sepulture. quia in celo
fuit instauraturus. quod in terra re-
paraturus. quod apud inferos re-
empturus. Quinto propter triplicis
status iustorum representacionem
Hanc racionem assignat Gregorius super
eze. dicens Sexta feria xpistus pas-
sus est Sabbato iacuit in monu-
mento suo in sepulcro. Dominico autem
die surrexit a morte. Sextus
enim vita adhuc nobis feria sexta
est. quia in angustiis et doloribus
cruciamur. Sed sabbato quasi in se-
pulcro quiescimus. quia anime post
mortem requiem inueniunt
Dominico autem die ab accione octa-
uo iam corpore resurgimus a mor-
te et in gloria anime eciam cum car-
ne gaudebunt. Dolor ergo nos
in sexta feria. requies in septima
et gloria excipit in octaua. Hec
Gregorius. ¶ Circa tercium qualiter scilicet
resurrexit. Nota quod primo sur-
rexit potenter quia uirtute
propria Ioh. xii. potestatem habeo po-
nendi animam meam etc. Item
Soluite templum hoc et in tribus
diebus excitabo illud etc. Secundo
uero feliciter deposita omni mi-
seria Math. xxvi. postquam
autem resurrexero precedam uos
in galileam Galilea interpretatur
transmigracio. Xpistus ergo cum re-
surrexit in galileam precessit quia
de miseria ad gloriam. de corrup-
cione ad incorrupcionem transiuit
Ideo supra. postquam passionem suam
xpistus ruptis uinculis mortis
in eternitatem. de tristicia transiuit
in gloriam. Tercio utiliter quia cap-
ta preda Je. iiii. Ascendit leo
de cubiculo suo et predo gencium
se leuauit. Ideo Ioh. xii. Ego
cum exaltatus fuero a terra omnia
traham ad me ipsum Ego cum
exaltatus fuero a terra. animam
meam scilicet educendo de limbo et
corpus meum de sepulcro. omnia
traham etc. Quarto mirabiliter
quia remanente clauso sepulcro
sicut enim existente clauso matris
utero exiuit. et ad discipulos
ianuis clausis intrauit sic
nimirum existente clauso se-
pulcro inde exire potuit

Unde legitur in hystoria scolastica
quod cuidam monacho sancti lau-
rencij extra muros anno
ab incarnatione domini m° c° xj
miranti de cingulo suo quo
accinctus erat insoluto et
proiecto ante illud vox in aere
facta est sic potuit xpistus clauso
prodire sepulchro. Quinto variatur
ita in corpore vero assumpto. Sex
autem modis se vere resurrex-
isse probauit. Primo per angelum
qui non mentitur. Secundo per fre-
quentem apparitionem. propter hoc duo
ostendit se vere resurrexisse.
Tercio per comestionem per quod proba-
uit quod non arte magica. Quarto
per palpationem per quod probauit quod in
illo corpore. Quinto per cicatricum
ostensionem per quod probauit quod in eodem
corpore in quo mortuus fuit.
Sexto per domus clausis ianu-
is ingressionem per quod ostendit quod glo-
rificatus resurrexit. Haec enim
omnes dubitationes circa xpisti
resurrectionem videntur fuisse in
discipulis. Sexto mirabiliter
ita numquam moriturus. Ro. vj.
Xpistus resurgens ex mortuis
iam non moritur etc. Dicit tamen
dyonisius ad demophilum xpistus
etiam post ascensionem cuidam
sancto viro nomine carpo dixisse
Paratus sum pro omnibus sal-
uandis mori et pati. Per hoc
videtur quod si possibile esset iterum ad-
huc pro omnibus hominibus mori
paratus esset. Retulit enim pre-
dictus carpus vir mire sancti-
tatis beato dyonisio ut in eadem
epistola continetur quod cum quidam in-
fidelium quendam fidelem peruertis-
set. adeo carpus moleste
tulit ut exinde in infirmitatem
incurreret et diu cottidie exoraret

ut per combustionem quandam ambos
simul in misericordia abrumperet vitam.
Et ecce circa noctis medium
dum euigilaret et hanc orationem faceret
subito domus in qua erat in duo
diuisa fuit et quedam fornax
in medio apparuit. Respiciensque
sursum vidit celum apertum et ibi-
dem ihesum circumdatum multitudine
angelorum. Deinde iuxta forna-
cem predictos duos vidit tremulos qui a
serpentibus de fornace proceden-
tibus in fornacem morsibus et in-
uolucionibus violenter trahebantur. et non a quibusdam aliis viris
impingebantur. Carpus videns tamen
adeo in ipsorum vindicta delectabatur
ut superiorem quidem visionem contemp-
neret intueri. et in eorum vindicta
intentus maneret. Ita quod plurimum
moleste ferebat quod in fornacem
non cito cadebant. Tandem cum
difficulter in celum prospexisset et pre-
dictam ut prius visionem vidisset
Ihesus hominum illorum misertus
ex super celesti throno surrexit
et usque ad illos cum multitudine
angelorum descendit. manumque ex-
tendens ipsos arripuit. Dixitque
carpo ihesus. Manu extenta per-
cute contra me de cetero. Paratus pati
sum iterum rursus pro hominibus. et hoc mihi
amicum non quod alii peccarent. Hanc
autem visionem quam recitat dyonisius
gratia huius ubi posuimus. Cir-
ca quartum quare non expectauit
cum aliis resurgere. cum scilicet fieret
resurrectio generalis. Secundum
est quod apparet tres rationes voluit dif-
ferre. Primo propter corporis dignitatem
Cum enim illud esset dignissimum
eo quod erat deificatum siue deitati
unitum. non fuit decens ut tam
diu sub puluere iaceret. Unde in ps. Non
dabis sanctum tuum videre corrup-
tionem. Item ps. Exurge [illegible]

tuā tu et archa sanctificacōis Corp9
illud q fuit contentiuū deitatis
Scdo ppt fidei firmitatē Si eni te
nō surrexisset fides perissz nec
vnū diu cū aliqs credidiss Quod
patz exē· q ī passione excepta v-
gine oms fidē amiserut Sed
cognita resurreccōe ipaz recu-
pauerut· j· Cor· xv· Si xpus
nō resurrexit vana ē fides nrā
Greg· nō plusq̄ triduana morte
ee voluit· ne si ī illo differetur
resurreccō ī omnib9 omo despa-
ret. Tercio ppt nrē resurrec-
cōis exemplaritatē Raro eni
ī ueniret· qui resurreccōz fu-
turā speraret n̄ eam ī xpo pre-
cessisse videret Et ppt hoc dicit
aplus Nā si xpus resurrexit
et nos resurgem9 Nā ei9 resur-
reccō ē cā exemplaris nrē resur-
reccōis Greg· dns mirauit q
pmisit ut sicut ipm resurrexis-
se fideles cognoscent ita ne spe
ī fine mundi pma resurreccō-
nis desparent Itē hem9 spem
resurreccōis nrē conside ta glo-
a capitis nri Ideo nō plus q̄
morte triduana esse voluit·
ne si illo differetur resurreccō
desparetur omnino ¶ Circa quītu
ppt quid sz resurrexit Dicendū
q ppt quatuor magnas nrās
utilitates resurrexit Est enim
ei9 resurreccō operans iustifica-
cōnē peccatoz· docens nouitates
morz· generans spem resurrec-
cōne remunandorz· et causans
resurreccōz om̄ De primo· Ro· iiij·
Traditus ē ppt delicta nrā· et
resurrexit ppt iustificacōm
nrāz De scdo Ro· vj· Sicut xpus
resurrexit a mortuis p gloriam
pris Ita ⁊ nos ī nouitate vite
ambulem9 ⁊c De tercio· j· pet· j·
Qui ppt magnā miam suā
regenuit nos ī spem viuā
p resurreccōz ihū xpi ex mor-
tuis ⁊c De quarto j· Cor· xv·
Xpus resurrexit a mortuis
primicie dormienciū qm quidē
p hoiem mors ⁊ p hominē
resurreccō mortuorz· Et
nota q sicut p p̄dca patet
xpus ī sua resurreccōne
quatuor hz ppa· pm9 ē qa nrā
resurreccō usqz ī fine differ-
tur· sua vero· die tercia cele-
brata ē· Scdm qa nos p
illū resurgim9 ille vero p
se· vnd amb· Qui potuit
adiutoriū sui corpis querere
suscitandi q alios suscitauit
Tercium ē qa nos ī cineram9
sz corpus ei9 ī cinerari nō
potuit Quartū ē qa sua re-
surreccō ē nrē resurreccō-
nis cā efficiens· exemplaris
⁊ sacramentalis De pma cā
ipso sr pc̄ la nescio demon-
bit Resurreccō
ē cā efficiens resurreccōis
et aie spiritu ⁊ corpis ī futō
De scda j· Cor· xv· Si xpus
resurrexit ⁊c ¶ Circa sex-
tū quociens sz resurgens
appuit Notandū ē q ipa
die resurreccōis quinqz vicib9
appuit· et alijs diebus se-
quentibus quinqz vicib9 Pmo
eni appuit marie magdalene
Joh· xx· Itē Math· vlto Sur-
gens aūt ihūs mane pma
sabbti appuit pmo marie mag-
dalene ⁊c que typū gerit pe-
nitencie seu penitenciū· Volu-
it aūt pmo apparere marie
magdalene· quia ceteris ipa
ardencius diligebat· Luc· vij·

Dimissa sunt ei peccata multa quia
dilexit multum. Secundo ut os-
tenderet se mortuum pro pecca-
toribus. Math. ix. non veni vo-
care iustos sed peccatores etc. Ter-
tio ut ostenderet quod meretrices
precedunt sapientes in regno
celorum. Math. xxi. Amen dico
vobis quod meretrices etc. Quarto
ut sicut mulier fuit nuncia
mortis, ita esset nuncia vite
scilicet glorie. Quinto ut ubi habun-
davit delictum habundet et gra-
cia sicut dicitur ad Ro. v. Quartum Secundo
apparuit mulieribus redeun-
tibus a monumento quibus dix-
it avete. que accesserunt et
tenuerunt pedes eius. Math.
ultimo. et typum gerunt humilium
quibus dominus apparet cum uno
ne sexus. cum vocne effectus
que tenuerunt pedes eius.
Tercio apparuit symoni sed ubi aut
quando nescitur nisi forte quando re-
dibat cum iohanne a monumento.
Potuit enim esse quod petrus
iohanne alicubi dimittit et ibi
ei dominus apparuit. Luc ultimo. Pe-
trus autem interpretatur obedi-
ens. et gerit typum obedien-
tium quibus dominus apparet. Quar-
to apparuit discipulis euntibus
in emaus qui interpretatur desyde-
rium consilii. et significat pauperes
qui volunt illud consilium implere.
Vade et vende omnia que habes et da
pauperibus etc. Quintum Quinto apparuit
discipulis congregatis in unum et
significat religiosos cum fratribus quos
sensibus clausos. Ioh. xx. hee
sunt apparitiones ipsa die resur-
rectionis facte sunt. Et has re-
putat sacerdos in missa quinque
secutus ad populum sed tercia

visio est cum silencio quia significat teciam
apparitionem factam petro quando nescitur
ubi vel quando facta fuit. Sexto appa-
ruit octava die discipulis congregatis
presente thoma qui dixit se non credere
nisi videret. Et significat hesitantes
in fide. Septimo apparuit discipulis
piscantibus Ioh. ultimo et significat pre-
dicatores qui sunt piscatores hominum.
Octavo apparuit discipulis in monte
tabor. Math. ultimo et significat contempla-
tivos quia in predicto monte transfigura-
tus est. Nono undecim discipulis
recumbentibus in cenaculo ubi
infidelitatem eorum et duritiam cordis
exprobravit. Math. ultimo. per quos in-
telligimus peccatores in videndi
ob transgressionis positos quos
et dominus aliquando misericorditer visitat.
Decimo et ultimo apparuit discipulis
existentibus in monte oliveti
Luc ultimo per quos significantur miser-
des et nunc oleum diligentes. De
hoc loco ascendit in celum quia
pietas ad omnia valet promissio-
nem habens etc. I. Thi. iiii. Sunt
tamen et alie due apparitiones que re-
feruntur in ipsa die resurrectionis
facte. sed tamen hee ex textu non ha-
bentur. Prima qua apparuit iaco-
bo iusto id est iacobo alphei
de qua apparitione invenies in le-
genda ipsius iacobi. Alia est
ipsa die qua dicitur apparuisse ioseph
sicut dicitur in ewangelio nichodemi. Nam
cum audissent iudei quod ioseph
corpus ihesu a pylato petiisset et
ipsum in monumento suo posuisset
indignati adversus eum ipsum ce-
perunt et in quodam cubiculo di-
ligenter clauso et signato et si-
gillato recluserunt et post sab-
batum occidere volentes. Et
ecce ihesus in ipsa die resurrectionis

ad eum intrauit. et faciem eius extersit et osculum dedit. et inde saluis sigillis eum eduxit et in domum suam in arimathia ipsum adduxit. Tercia est qua angelos virgini gloriose apparuisse credendum licet hoc ab ewangelistis obticeatur. Hoc romana ecclesia approbare videtur quia statim ipsa die apud sanctam mariam celebrat stationem. Si enim hoc ideo non credendum quia nullus ewangelista testatur consequens est ut post resurrectionem numquam eis apparuerit quia ubi vel quando nullus ewangelista edixerit. Sed absit ut talem matrem talis filius tali negligencia dehonorauerit. Sed ideo forsitan ewangeliste hoc subticuerunt quia eorum fuit solummodo officium resurrectionis testes inducere. Matrem autem ad testificandum pro filio inducere eos non decuit. Si enim verba extranearum feminarum deliramenta visa sunt quanto non magis matrem pro filii testimonio crederent delirare. Hoc igitur ewangeliste scribere noluerunt sed pro constanti reliquerunt. Debuit quippe primus matrem letificare de resurrectione quam amplius ceteris constat doluisse de morte. De [illegible] et de ... qualiter scilicet sanctos patres qui erant in lymbo Christus eduxit et quid ibi egit ewangelista manifeste non explanauit. Augustinus tamen in quodam sermone et nichodemus in suo ewangelio aliquatenus hoc ostendit. Ait enim sic Augustinus: Mox ut Christus spiritum tradidit unita sue deitati anima ad inferorum profunda descendit. Cumque tenebrarum terminum quasi quidam depredator splendidus et terribilis attigisset aspicientes eum impie ac tartaree legiones territi inquirere ceperunt dicentes: Unde est iste tam fortis tam terribilis tam splendidus tam preclarus? Mundus ille qui nobis subditus fuit numquam nobis talem mortuum misit numquam inferis talia munera destinauit. Quis est ergo iste qui sic intrepidus nostros fines ingreditur? Et non solum nostra supplicia non veretur verum eciam alios de vinculis nostris absoluit. Ecce ipsi qui solebant sub nostris suspirare tormentis insultant nobis de percepcione salutis. Et non solum non verentur sed insuper nobis minantur. Numquam hic sic superbierunt mortui numquam aliquando sic potuerunt esse leti captiui. Ut quid huc istum adducere voluistis? O princeps periit omnis leticia tua in luctum conuersa sunt gaudia tua. Dum tu Christum suspendis in ligno ignoras quanta dampna sustineas in inferno. Post istas voces crudeles infernalium ad imperium domini omnes vectes ferrei sunt confracti. Et ecce innumerabiles populi sanctorum cum gemitibus prouoluti lacrimabili voce dicebant: Aduenisti redemptor mundi ad-

[Left margin: ne mulieres [illegible] ... [illegible] ... Augustinus [illegible]]

desiderabilis

venisti domine quem desiderantes [illegible] ...
Descendisti pro nobis ad inferos [illegible] ...
[illegible] ...
[illegible] ...
[illegible] ...
[illegible] ...
[illegible] ...

ſenem presbiterum in heremum vidit
quandam ambulantem nudo
nigroque corpore et ex incendio
ſolis aduſto. Hec autem erat Ma-
ria egipciaca. Statimque hec fu-
gam arripuit et Coſmas poſt
eam velociter currere cepit. Tunc
ait illa: Abbas Coſma quid me
perſequeris? Ignoſce michi quia non
poſſum ad te faciem meam con-
vertere eo quod mulier ſum et nu-
da, ſed pallium tuum michi porrige
ut poſſim ſine verecundia te vi-
dere. Qui ſe nominare audi-
ens ſtupefactus pallium tribu-
it et in terra proſtratus ut ſe
benediceret rogavit. Cui illa:
Ad te pater magis benedicere ſpec-
tat quem ſacerdocii dignitas or-
nat. Ille ut audivit quod nomen
et officium eius ſciret amplius
mirabatur et ſe benedici obnix-
ius poſtulabat. Tunc illa: Bene-
dictus redemptor animarum. Cumque
illa extenſis manibus ora-
ret vidit eam quaſi unius cubiti
menſura a terra elevari. Tunc
ſenex dubitare cepit ne ſpiritus
eſſet et fingendo orationem faceret.
Cui illa: Satiſfaciat tibi dominus
quia me peccatricem mulierem inmun-
dum ſpiritum exiſtimaſti. Tunc Coſ-
mas illam per dominum coniuravit
ut converſationem ſuam ei narrare de-
beret. Cui illa: Ignoſce michi
pater quia ſi ſtatum meum tibi narra-
vero velud aſpectu ſerpentis territus
fugies et aures tue a ſer-
monibus meis contamina-
buntur et aer a ſordibus pol-
luetur. Cumque ille vehementer
inſtaret dixit: Ego pater in egip-
to nata ſum. Duodecimo anno
etatis mee Alexandriam veni
ubique ſex annis publice libidi-
ni me ſubieci et nulli ulla-
tenus me negavi. Cum homines re-
gionis illius ad adorandam ſanctam
crucem Ieroſolimis aſcenderunt ro-
gavi nautas ut me ſecum mit-
terent pro tranſitu. Cum vero me de
naulo requireret dixi: Non habeo
fratres aliud naulum ſed pro naulo
habetis corpus meum. Sicque
me ſuſceperunt et corpus meum
nauli gratia habuerunt. Cum autem
Ieroſolimis pervenissemus et ad ado-
randam crucem uſque ad fores eccle-
ſie cum aliis perveniſſem, ſubito
et inviſibiliter repulſa pedem
nec intro intrare permittebar.
Iterum autem atque iterum perveni uſ-
que ad limen et mox ut uſque ad
fores eccleſie et ſubito iniurias
patiebar repulſe. Cum autem
omnes liberum haberent aditum nec
aliquod impedimentum invenirent,
Rediens igitur ad me et cogitans
quod hoc michi ob ſcelerum meorum imma-
nitatem accideret, pectus meum
cepi manibus tundere, lacrimas
amariſſimas fundere et ab cordis
intimo ſuſpirare. Reſpiciensque
vidi ymaginem beate virginis. Tunc
ipſam lacrimabiliter exorare cepi
ut peccatorum meorum veniam impetra-
ret et ad adorandam ſanctam cru-
cem me intrare permitteret, promit-
tens me ſeculo abrenunciaturam
et deinceps caſte manſuram. Cumque
hec oraſſem et in nomine virginis
fiduciam recepiſſem, fores iterum
eccleſie adii et aliquo impedimen-
to carens intravi. Cum autem ſanctam
crucem devotiſſime adoraſſem quidam
michi tres nummos tribuit de-

De ſancta Maria Aegyptiaca.

Maria Aegyptiaca quae peccatrix appellatur, 46 annis in heremo [illegible] vitam duxit, quam circa annos domini 270 tempore Claudii intravit. [illegible]

quibus tres panes emi. Au-
diuique uocem dicentem michi: si Ior-
danem transieris salua eris. Ior-
danem igitur transiui et in hoc desertum
veni ubi xlvij annis et nullum
penitus hominem uidens et absque
homine mansi. Illi autem tres pa-
nes quos mecum detuli instar
lapidis durauerunt et per ipsa xvij
annis ex hijs comedendo suffe-
cerunt. Vestimenta autem mea iam
dudum putrefacta sunt. Decem et sep-
tem annis in deserto hoc a tempta-
tionibus carnalibus molestata
sum nunc per dei gratiam omnes uici.
Ecce omnia mea narraui tibi.
Tunc senex in terram prostratus in fa-
mula sua dominum benedixit. Cui
illa: Obsecro domine ut in die domi-
ne cene ad iordanem redeas et
corpus domini tecum tecum feras.
Ego autem ibidem occurram tibi
et de manu tua corpus sus-
cipiam sacrum. Illa autem ex die qua huc
veni communione non recepi. Re-
diens igitur senex ad monasterium
euoluto anno dum dies domine ce-
ne appropinquasset tulit corpus domi-
num et usque ad ripam iordanis
veniens et ex alia ripa mu-
lierem stantem prospexit. Que super
aquas facto crucis signaculo uenit
et ad senem usque peruenit. Quod
videns senex obstupuit et ad
pedes eius humiliter se prostrauit.
Cui: Vide ne feceris tu sacramen-
ta penes te habeas et sacerdo-
cij dignitate prefulgeas. Sed ob-
secro ut sequenti anno ad me
iterum redire digneris. Tunc illa
facto signo crucis super aquas ior-
danis uenit et heremi solitudinem
petijt. Sed senex ad suum mo-
nasterium rediens sequenti an-
no ad locum in quo secum lo-
cuta fuerat uenit et eam ibidem
expirasse reperit. Qui la-
crimari cepit et ipsam tangere
non presumpsit. Dixitque intra
se: Ego quidem corpusculum
sancte sepelire uellem sed timeo
ne hoc ei displiceat. Hoc igitur
cogitante vidit iuxta caput
suum litteras in terra descriptas sic
continentes: Sepeli marie cor-
pusculum redde terre puluerem
suum et ora pro me ad dominum ad
cuius preceptum tali die aprilis
reliqui seculum. Tunc senex
certo cognouit quia mox ut
dominicum sacramentum accepit ad deser-
tum rediit et uitam finiuit. Il-
lud quod desertum [illegible] per tri-
ginta dies spacia uix am-
bulauit quod illa in una hora
percucurrit et ad dominum migra-
uit. Cumque senex terram foderet
sed nequiret vidit leonem ad
se venientem et dixit ei: Sancta
mulier hec precepit sepelire cor-
pus suum et ego cum sim senex
fodere non possum nec eciam ap-
tum habeo ferramentum. Tu ergo
terram fode ut possimus eius
corpus sanctissimum sepelire.
Tunc leo fodere cepit et aptam
foueam preparauit. Quo peracto
leo ut agnus mansuetus abijt
et senex ad suum monasterium
glorificans deum uenit etc.

De sancto Ambrosio.

Ambrosius dicitur ab am-
bra que est species ualde re-
dolens et preciosa. Ipse enim ecclesie
ualde preciosus extitit et in dic-
tis et in factis suis redoluit.
Vel dicitur ambrosius ab ambra

et syos quod est deus quasi dei deus
nimeos per eum quasi per ambram
ubique redolet. Fuit enim test-
bonus odor Christi in omni loco
Vel dicitur ab ambor quod est pater luminis
et syor quod est parvulus quasi pater in
multorum filiorum spirituali genera-
tione. luminosus in sacre scripture
expositione. et parvulus in sua
humili conversatione. Ambro-
sius filius ambrosii prefecti
rome cum in cunabulis in atrio
pretorii esset positus et dormiret
examen apum subito adveni-
ens faciem eius et os ita com-
plevit ut quasi in alveolo suo
ita intrarent et exirent. Que
postea advolantes in tantam
aeris altitudinem elevate sunt
ut humanis oculis minime vi-
derentur. Quo pacto territus
pater ait. Si vixerit infantulus
iste aliquid magni erit. Postea
cum adolevisset et videret matrem
et sororem virginem sacratam ma-
num sacerdotibus osculari. Ipse
ludens sorori dexteram offerebat
asserens et hoc id ab ea fieri opor-
tere. Illa vero ut adolescentem
quid diceret respuebat. Rome
igitur liberalibus eruditus cum causas
pretorii splendide peroraret a va-
lentiniano imperatore ad regen-
dam liguriam emiliamque pro-
vincias directus est. Cumque me-
diolanum venisset et ibidem episcopus
tunc decessisset convenit populus ut
ibidem de episcopo provideret. Sed
cum inter arrianos et catholi-
cos de eligendo episcopo sedicio
non modica oriretur illuc am-
brosius causa sedicionis pergit.
Et statim vox infantis inso-
nuit dicens Ambrosium episcopum.
Cuius voci omnes unanimiter
consenserunt ambrosium episcopum
clamantes. Quo ille cognito
ut eos a se terroribus removeret.
ecclesiam exiens tribunal as-
cendit et contra consuetudinem
consueta tormenta personis ad-
hiberi iussit. Quod cum faceret
populus clamabat peccatum tuum super
nos. Tunc ille turbatus domum
rediit et philosophiam profiteri voluit.
Qui ubi ne fieret revocatus est
publicas mulieres publice ad
domum fecit ad se ut hiis visis
ab eius electione populus revocaret.
Quod cum non proficeret sed populus pec-
catum tuum super nos acclamaret
videret fugam peciit. Cumque tota
nocte pergere se putaret mane ad
portam civitatis mediolani
que romana dicitur invenit. Qui
inventus cum custodiretur a populo
missa est relacio ad clementis-
simum imperatorem valentinianum
Qui cum summo accepit gaudio
quod a se directi iudices ad sacer-
docium peterentur. Letabatur eciam
prefectus quod verbum suum in eo fuerat adim-
pletum. Dixerat enim cum proficis-
centi mandata daret. Vade
age non ut iudex sed ut episcopus.
Sed pendente relacione iterum
absconditur sed inventus cum ad-
huc esset cathecuminus baptizatur
et octava die in episcopalem cathedram
sublimatur. Cum autem ambrosius
post annos quatuor romam iuisset
et soror sua sacra virgo eius
dexteram oscularetur subridens
ait. Ecce ut dicebam sacerdo-
tis manum osculatis. Cum
aliquando ad quandam civitatem pro
quodam ordinando episcopo iuisset
et eius electioni iustina impera-
trix et alii heretici ut de sua sec-
ta aliquis ordinaretur contraire

nolentes. Una de Arrianorum virginibus ceteris impudicior tribunal ascendit et beatum Ambrosium per vestimentum comprehendit, volens ipsum ad partem mulierum trahere, ut ab eis cesus de ecclesia cum iniuria pelleretur. Cui Ambrosius ait: Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, te tamen non convenit in aliquem sacerdotem manum inicere, unde debuisti timere iudicium dei ne tibi aliquid contingeret. Quod dictum exitus confirmavit. Nam die alio mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Quod factum omnes valde perterruit. Post hec Mediolanum reversus multas insidias a Iustina imperatrice pertulit, dum muneribus et honoribus adversus eum populo concitante. Cum igitur multi eum in exilium pellere viderentur vel niterentur, unus eorum ceteris infelicior in tantum furorem excitatus est ut iuxta ecclesiam domum sibi locaret et in eadem quadrigam paratam haberet, quo facilius raptum in exilium deportaret. Sed dei iudicio ipso die quo eum se rapere arbitrabatur in eadem quadriga de eadem domo in exilium pulsus est. Cui tamen Ambrosius reddens bona pro malis sumptus et necessaria ministravit. Cantus et officium in ecclesia Mediolanensi primus celebrari instituit. Erant tunc temporis Mediolani a demonibus multi obsessi qui se torqueri magnis vocibus clamitabant. Iustina autem et multi Arrianorum cum insimul habitarent dicebant Ambrosium pecunia comparare qui se ab immundis spiritibus vexari mentirentur et ab Ambrosio dicerent se torqueri. Tunc subito unus ex illis Arrianis qui astabant arreptus a demone in medium prosiluit atque clamare cepit: Utinam sic torqueantur ut torqueor qui non credunt Ambrosio. At illi confusi in piscinam dimersum hominem necaverunt. ¶ Quidam hereticus acerrimus disputator et durus atque inconvertibilis ad fidem, cum audiret Ambrosium predicantem, vidit ad aures eius angelum loquentem verba que populo predicabat. Quo viso fidem quam persequebatur cepit defendere. ¶ Quidam aruspex demones advocabat et ipsos ad nocendum Ambrosio transmittebat. Sed reversi demones renunciabant quod non solum ad ipsum sed nec ad fores domus sue appropinquare valebant, quia ignis insuperabilis omne illud edificium communiret, ut etiam longe positi urerentur. ¶ Alius quidam cubiculum adiit ut gladio ipsum necaret. Prece autem et precio a Iustina inductus, sed cum dexteram gladium elevasset ut ipsum perimeret, contracta aruit manus eius. ¶ Cum vero Tessalonicenses cives apud imperatorem aliquid deliquissent et eis imperator precibus Ambrosii indulsisset, clam agente curialium malicia permissu imperatoris nesciente Ambrosio plurimi sunt occisi. Quod ubi Ambrosius comperit imperatori copiam intrandi

ecclesiam denegavit. Cui cum
imperator diceret quod david ad-
ulterium et homicidium commisisset respondit Qui
secutus es errantem sequere corri-
gentem. Quod cum audisset cle-
mentissimus imperator ita gra-
tanter suscepit quod publicam peni-
tenciam agere non negavit.
Quidam a demonio arreptus ac-
clamare cepit ab ambrosio
se torqueri. Cui ambrosius ob-
mutesce dyabole quia non te tor-
quet ambrosius sed invidia
tua quia illuc homines ascendere
conspicis unde tu turpiter
corruisti nam ambrosius nes-
cit inflari. Et statim ille ob-
mutuit. Quadam vice cum
beatus ambrosius per civita-
tem pergeret casu quodam lapsus
est et in terra prostratus iacebat.
Quem videns alter ridere cepit.
Cui ambrosius Et tu qui stas
vide ne cadas. Quo dicto sta-
tim doluit suum lapsum qui
riserat alienum. Quadam
etiam vice ambrosius ad pa-
lacium macedonii magistri offi-
ciorum ut pro quodam intercederet
venit sed cum fores clausas
invenisset nec introeundi copiam
habere potuisset ait Et tu quidem
ad ecclesiam venies et non clau-
sis sed apertis ianuis ingredi
non valebis. Elapso autem tempore
metuens inimicos macedo-
nius ad ecclesiam fugiens cum pa-
tentibus ianuis aditum re-
perire non potuit. Fuit autem
tante abstinentie quod cottidie
nisi in die sabbati et die dominico et
festis precipuis ieiunabat.
Tante etiam largitatis quod omnia
que habere potuit ecclesiis et

pauperibus nichil sibi retinens tribu-
ebat. Tante etiam compassionis
ut cum aliquis suum lapsum sibi
confitebatur sic amarissime
flebat quod illum flere compelle-
bat. Tante pietatis et dul-
cedinis erat ut cum alicuius episcopi vel
sacerdotis obitus nunciaretur
ut vix consolari valeret. Tan-
te humilitatis ac laboris ut li-
bros quos dictabat propria manu
scriberet nisi cum infirmitate cor-
poris gravaretur. Cum autem inter-
rogaretur cur viros sanctos qui
ad gloriam proficiscebantur sic fle-
ret aiebat Ne putetis me fle-
re quia recesserint sed quia precesserint
et quia difficile invenitur qui tam dig-
nus eorum officio habeatur. Tante
etiam constantie et fortitudinis quod im-
peratorum vel principum vitia non
palpitabat sed eos voce libera
constantissime arguebat. Cum
quidam vir quoddam flagicium
perpetrasset et coram eo adduc-
tus fuisset dixit ambrosius
Oportet illum tradi sathane
in interitu carnis ne talia de
cetero audeat perpetrare. Quo
dicto eodem momento cum adhuc
sermo esset in ore eius spiritus inmun-
dus eum carpere cepit. Quadam
vice cum beatus ambrosius romam
pergeret et in quadam villa tuscie
apud quendam hominem nimium
locupletem hospitatus fuisset
hominem illum super statu suo solli-
cite requisivit. Cui ille respon-
dit Status meus domine semper felix
extitit et gloriosus. Ecce enim
infinitis habundo divitiis servos et famu-
los quamplures habeo copiosam
filiorum et nepotum turbam habeo
et possideo. Omnia semper ad vo-
tum mihi venerunt nec unquam aliquid

adversum eum vel quod contristarer acci-
dit. Quod audiens ambrosius
vehementer obstupuit et hiis qui
secum erant in comitatu secum dixit: Sur-
gite et hinc fugiamus quia dominus
non est in loco isto. Festinate filii
festinate nec in fugiendo moram
faciatis ne nos hic divina ultio
comprehendat et in peccatis eorum pariter
involvat. Cum ergo fugerent et aliquan-
tulum processissent subito terra se
aperuit et hominem illum cum univer-
sis que ad eum pertinebant ita ab-
sorbuit ut nullum vestigium
remaneret. Quod videns am-
brosius dixit: Ecce fratres quam mi-
sericorditer deus parcit cum in prosperis adver-
sa tribuit et quam severe irascitur cum
prospera semper elargitur. In eodem autem
loco fovea quedam profundissima
remansisse dicitur que usque hodie
in huius facti testimonium perseverat.
Cum autem ambrosius radicem
omnium malorum avariciam magis ac
magis in hominibus crescere cerneret
et maxime in hiis qui erant in potes-
tatibus constituti apud quos omnia
precio vendebantur nec non et in hiis
qui in sacris ministeriis erant depu-
tati vehementer ingemuit et se
de huius seculi periculis liberari in-
stancius exoravit. Qui cum se ob-
tinuisse gauderet revelavit fra-
tribus quod usque ad resurrectionem
dominicam secum esset. Ante paucos
dies quam lectulo detineretur cum
xliii psalmum cum notario dicta-
ret subito ipso vidente notario
in modum scuti brevis ignis ca-
put eius cooperuit et paulatim per os eius
in domum habitatoris intravit. Tunc
facies eius tamquam nix effecta est. Ab ipso
igitur die scribendi et dictandi
finem fecit nec ipsum psalmum

explere potuit. Post pau-
cos igitur dies in infirmitate cor-
poris laborare cepit. Tunc
comes ytalie cum mediolanum
esset nobiles convocavit dicens
quod tanto viro recedente pe-
riculum esset ne ytalia in interitum ve-
niret. Rogavitque ut viri
dei accederent rogantes ut ad-
huc spacium sibi vivendi a domino
impetraret. Quod ille ut au-
divit respondit: Non ita inter vos
vixi ut me pudeat vivere nec
mori timeo quia bonum dominum habe-
mus. Eo tempore quatuor eius dya-
coni in unum convenerunt trac-
tantes inter se quis post eius
obitum bonus esset. Cum ergo a loco
in quo vir sanctus dei ambrosius
iacebat longe essent et simpli-
cianum ita silenter nominassent
ut vix inter se se audiret
ille absens longe ab eis posi-
tus tercio clamavit: senex
sed bonus. Quod audientes terri-
ti fuerunt et non nisi illum post eius
obitum quam bonus esset elegerunt. Ho-
noratus vero episcopus vercellensis qui
beati ambrosii exitum expectabat
dum se sopori dedisset voce
tercio clamante audivit: Surge
quia modo est recessurus. Qui con-
surgens mediolanum paratus
venit et ei dominici corporis sacra-
mentum dedit. Moxque ille manus
in modum crucis expandit et ul-
timum spiritum inter verba orationis ex-
halavit. Cum autem in nocte pasce
corpus eius ad ecclesiam fuisset
delatum plurimi infantes bap-
tizati cum viderunt ita ut alii
sedentem in kathedra tribunali
dicerent. Alii ascendentem digi-
tis suis parentibus demonstrarent. Non-
nulli vero stellam super corpus

Floruit circa annos domini ccc° lxxx°

pm

eius vide mirauerunt. Quidam presbiter cum in convivio cum mul-
tis aliis esset et sancto ambrosio
detrahere cepisset cum continuo pla-
ga percussit et de convivio ad lec-
tum adductus vitam finivit. In
urbe carthaginensi cum tres epi-
scopi simul convivarent et unus eorum beato
ambrosio detraxisset relatum est
illi quod illi presbytero qui ei detraxerat
acciderat. Quod cum ille irride-
ret letale vulnus accepit et
eodem continuo die clausit extremum.

Sequitur de sancto valeriano

Valerianus sponsus beate ceci-
lie et tiburcius frater eiusdem
valeriani ad predicationem beate ceci-
lie conversi sunt ad christum et ab urba-
no papa baptizati ad hoc toti
die vacabant ut precosas (?) sacre
rent martirum sepulturas. Ele-
mosinis et pietatibus insistentes.
Accusati igitur ad almachium
prefectum quod facultates suas in-
to quas viles personas ex-
penderent et quod punitos a se
cum sceleribus cum gloria sepelirent.
Venti ab apparitoribus presentantur
eidem almachio. Qui cum igitur
se publice christianos esse confi-
terentur. Facta est longa contentio
de fide christi et ydolatria inter ipsos
et almachium. Tunc in omnibus
ab ipsis confundaretur tandem
iussit ut ducti ad statuam iov-
ionis aut sacrificaret aut suam
exciperent capitalem. Cumque
gloriosi martires maximiano
corniculario prefecti ducebantur ad
locum ydoli. Cepit autem flere
maximus super eos videns quod ad
interitum sic ad epulas festinarent.
Tunc tiburcius dixit ei. Nos ni-
si precto didicissemus aliam esse

vitam perpetuam nunquam nos
istam amittere gauderemus. Dixit
ei maximus. Et quae est altera
vita. Dixit ei tiburcius. Sicut
homines induti corpore sicut ves-
timento. et cum moriuntur spoliantur
vestimento isto. transit ad delici-
as paradisi si sancta est. et deliciis
affluens tempus resurrectionis
expectat. Dixit ei maximus.
Contempnerem et ego vitam istam
si certus essem verum quod loquimini. Dix-
it ei valerianus. Si permittis nos
quod ab eorum manibus tuis pereamus
faciet dominus certum de hiis in hora
qua pro suo nomine confessionem
fuicas istas corporeas depo-
nemus. Tunc maximus iura-
mento promisit se decetero credi-
turum in illum qui alteram vitam istis
facit succedere si quod promittebant
implerent. Tunc dixerunt marti-
res. Impetra ut dentur nobis
inducie una die et ad domum
tuam ducamur et faciemus ad te
venire purificatorem qui faciet te
videre hoc quod promisimus. Quod cum
factum fuisset venit cecilia nocte
cum sacerdotibus et baptizatus
est maximus cum tota domo sua.
Mane primo igitur cum tiburcius et
valerianus suscepissent martirium
maximus iurando asserebat di-
cens. Vidi angelos dei fulgen-
tes sicut sol in hora qua percussi
sunt gladio. Et egredientes
animas eorum de corporibus quasi vir-
gines de thalamo in gremio suo sus-
cipientes. remigio alarum
suarum ferebant ad celos. Cum
autem ydolatre cum lacrimis eum audi-
vissent et ad christum conversi fuissent.
Et hoc pervenisset ad almachium
tam diu fecit maximum plum-
batis tundi quousque ad vitam

certam cuius amodo crederent pro-
missa. Beata autem cecilia fecit eum
sepeliri iuxta tyburcium et va-
lerianum. Et in sarcophago
sculpti femine ad iudicium fidei
eius qui exemplo feminas se in-
venturos resurrecturos crediderunt.

De sancto adalberto.

Beatus igitur adalbertus na-
tione slavus ex regio se-
mine et deo devotis parentibus
ortus est. Hic liberalibus appositus pro-
ficiebat etate et sapientia et domum
patris non est egressus donec psalte-
rium cordetenus didicisset. Studiis
itaque ad archiepiscopum adalbertum
qui preerat civitati que urbs virginum
nominatur. Ubi cum secularis philo-
sophie scientiis sufficienter instructus
esset mortuo archiepiscopo predicto
rediit in patriam ad parentes. Beata-
te igitur vite et morum honestate
opinione ac fama omnibus spec-
tabilis habebatur. Non vero multo
tempore elapso in episcopum pragensem
eligitur et consecratur. Susceptus
itaque a clero et populo cum ingenti
gaudio cunctis diebus ponti-
ficatus sui deo fideliter serviebat.
Duodecim pauperes cottidie ad
mensam suam habebat et omni die
festo plurimos faciebat ~~pau~~
pauperes quoque quibus ...
larga subsidia ministrabat.
Raro post festum aliquid nisi in ves-
pere sumebat ac nec umquam
saturo ventre ibat dormitum.
Sanctus adalbertus videns quia in
populo suo nichil proficeret. Auc-
toritate apostolica sibi concessa in un-
gariam est profectus ubi cum verbo
predicationis et multis miraculis
innumera populi convertisset in prus-
siam terram in prussia venit.
Imminente vero passionis eius

tempore cum missam celebraret indige-
ne terre predicte hoc intelligentes in-
ter se clamorem excitaverunt
~~dicende~~ dicentes. Eamus ~~ad hunc~~
~~hunc~~ et hunc incantatorem male-
ficum occidamus. Cumque irent ad eum
sub nimium sono unus ex eis post
tergum respiciens vidit flammam
ignis que totam villam eorum con-
burere videbatur. Et clamans
sociis indicat. Omnesque rever-
tuntur. Videntes igitur quia nichil
dampni eis accidisset facti sunt
magis quam prius ad invicem
loquebantur. Fantasticum fuit
quod vidimus et statim hostiliter in eum
concurrunt diversis vulneribus eum oc-
ciderunt. Passus est autem anno
domini nongentesimo octoagesimo vij
imperante octone ix kalendas maij
feria sexta die qua dominus digna-
tus est pro omnibus nobis pati
cui est regnum et imperium gloria
et honor in secula seculorum Amen.

De sancto georgio

Georgius dicitur a geos quod est
terra et orge quod est colere quasi
colens terram suam id est carnem
suam. Vel dicitur a gerar quod est sacrum
et gyon arena. Fuit enim are-
na quia ponderosus morum gra-
vitate minutus humilitate
et siccus carnali voluptate.
Vel dicitur a gerar quod est sacrum et gy-
on quod est luctator quasi sacer lucta-
tor quia luctatus est cum dracone
et cum carnifice. Vel dicitur a geros
quod est peregrinus et gir quod est precisio
et ys quod est consolator. Ipse enim
fuit peregrinus in contemptu mun-
di, precisus in corona martyrii et
consiliator in predicatione regni.
Georgius genere cappadox
cum iuxta quedam latum equi-
taret casu quidam puellam

ratione certitudinis in doctrina qua
doctrinam evangelii sui certam de-
dit. ut pote quam a petro magistro
suo didicit. Vel declinatus ratione
profunde humilitatis. Nam pre ni-
mia humilitate pollicem sibi am-
putasse dicitur ut sacerdotio reputaretur
indignus. Vel amarus ratione acerbita-
tis qua ubique per civitatem tractus
fuit et inter hec tormenta spiritum
tradidit. Marcus evangelista
leviticus genere et sacerdos petri
apostoli in baptismate filius atque
in divino sermone discipulus cum
ipso beato petro romam perrexit
est. Cum autem petrus ibidem evangelium
predicaret. rogaverunt fideles
qui erant rome beatum marcum e-
vangelistam ut evangelium ad perpetuam
fidelium memoriam deberet scribere.
Quod ille quidem ut ex ore magistri
sui beati petri apostoli audierat fideli
stilo conscripsit. Petrus autem illud
diligenter examinans. ubi omni
veritate plenum conspexit recipien-
dum ab omnibus fidelibus appro-
bavit. Videns petrus marcum
constantem in fide. ipsum aquilegiam
destinavit ubi verbum dei predicans
innumeras gentium multitudines ad
fidem christi convertit. Ac evangelium suum
scriptum ibidem conscripsit. Quod qui-
dem usque hodie in aquilegensi ecclesia
ostenditur. et devotione congrua re-
servatur. Tandem beatus marcus
ermagoram civem aquilegensem episcopum
consecraret quem ad fidem conver-
terat. romam ad beatum petrum
adduxit ut eum in aquilegensem episcopum
consecraret. Suscepto itaque ermago-
ras pontificatus officio. cum
aquilegensem ecclesiam optime gubernas-
set. tandem ab infidelibus captus
et ibidem martirio coronatur.
Marcus vero a beato petro al-
exandriam missus est. et ibi
primus verbum dei predicavit. Tan-
te autem humilitatis fuisse dicitur
ut pollicem sibi amputaverit ne
ad ordinem sacerdotii posset huma-
no iudicio promoveri. Verumptamen
dispositio dei et auctoritas beati
petri prevaluit quia ipsum episcopum
allexandrie destinavit. Mox
autem ut allexandriam est ingressus
subito calciamentum eius ruptum
est atque solutum. Quod ille in spiritu intelli-
gens ait. Vere expeditum fecit
dominus iter meum. nec me sathana-
nas impedire potuit quem ab operibus
mortuis dominus iam absolvit.
Videns autem marcus quendam
veterem consuentem eidem calciamen-
tum tradidit corrigendum. Quod
cum faceret sinistram manum graviter
vulneravit et fortiter exclama-
vit. Unus deus. Quo audito vir
dei ait. Vere prosperum fecit dominus
iter meum. Faciensque luto ex sputo
manum eius unxit et continuo sa-
nitatem recepit. Videns homo
tantam illius efficaciam in domum
suam eum introduxit. et quis esset
et unde proveniret cepit. Ac ille
se domini nostri ihesu christi servum confessus
est. Cui ille ait. Vellem ego videre
eum. Et marcus. Ego eum tibi de-
monstrabo. Incipiensque marcus
christum ei evangelizavit et ipsum
cum tota domo sua baptizavit.
Audientes autem viri civitatis
illius quendam galileum qui deorum
sacrificia contempneret advenisse
ei insidias posuerunt. Quod
ille cognoscens hominem illum quem
curaverat qui dicebatur ania-
nus ibidem episcopum ordinavit
et ipse pentapolim profectus est. Et
cum ibidem duobus annis stetis-
set iterum allexandriam rediit
et fideles ibi multiplicatos in-

uenit. Pontifices autem templorum
cum comprehendere conabantur. Cum
autem in sollempnitate paschali beatus
marcus missam celebraret
conuenerunt illuc omnes et funem
in collo eius misso ipsum per
ciuitatem trahebant dicentes
Trahamus bubalum ad locum bu-
cali. Carnes autem eius in terram
fluebant et sanguine eius lapides
rigabantur. Postea hec in carcerem trudi-
tur. et ibidem ab angelo confor-
tatur. Sed ipse dominus ihesus christus
eum visitauit. eumque confortauit
dicens Pax tibi marce ewangelista
meus Noli timere quia ego te-
cum sum ut eruam te. Mane igitur
facto funem iterum in collo eius mittunt
et huc illucque raptum cum petra-
hunt exclamantes. Trahamus
bubalum ad locum bucoli. Ille
autem dum traheretur gratias agebat
dicens In manus tuas domine commen-
do spiritum meum. et hec dicens spiritum
exalauit. Cum autem pagani eum
cremare vellent gentiles subito aer
turbatur. grando exoritur. toni-
trua intonant. fulguraque cho-
ruscant ita ut quilibet euade-
re niteretur. et sanctum corpus ibi-
dem intactum reliquerunt. Christi-
ani uero corpus eius rapu-
erunt et in ecclesia cum omni reuerencia
sepelierunt. Fuit autem forma
beati marci huiusmodi longo naso
subducto supercilio pulcher
oculis recaluaster prolixa bar-
ba. habitudinis optime etatis
medie. canos aspersos. affectione
continens. gratia dei plenus. Anno
autem ab incarnacione domini. cccc.
lxvij venetiani corpus sancti mar-
ci manu armata de allexan-
dria tulerunt. Ubi ecclesia in ho-
nore sancti marci mire pulcri-
tudinis fabricata est. [illegible]

De sancto marcellino

Marcellinus annis ix. et
mensibus quattuor romanam
ecclesiam rexit. Hic iussu dio-
cliani capitur. et ad sacrificandum
adducitur. Cum autem hec non consen-
tiret et exquisita diuersa tormen-
torum genera subire deberet metu
tu passionis duo grana incen-
si in sacrificio posuit. Tunc mag-
na ad infideles leticia. sed
fideles ingens tristicia peruenit
Decrepitis infirmato capite for-
ciora menbra resurgunt et
minas principum parui pendunt
Tunc fideles ad summum ponti-
ficem conueniunt et plurimum redar-
guunt ipsum. Ipse autem penitens
ira plurimum ingemuit et se ipsum
deposuit. sed tamen cum omnibus denuo
iterum reelegit. Quod cesares
audientes ipsum iterum capi fe-
cerunt et dum nullatenus sacri-
ficare vellet eum decapitari
mandauerunt. Et tunc iterum creuit
furor gentilis hostilis ut
in uno mense xvij milia christia-
norum perimerentur. Marcellinus
autem dum decapitari deberet se sa-
na sepultura indignum asseru-
it. Et ideo omnes qui se sepeli-
re vellet excomunicauit. Qua-
propter corpus eius xxxv. die-
bus insepultum permansit. Post
hec beatus petrus apostolus mar-
cello successori sancti marcelli-
ni apparuit dicens illi. Frater mar-
celle. quare non sepelis me.
Cui ille Nonne dum sepultus
es domine. Cui apostolus Ego me se-
pultum reputo quamdiu mar-
cellinum insepultum video. Cui
ille Nonne domine nosti quia omnes
qui se sepelisset ipse anathe-
matizauit. Cui petrus Nonne
scriptum est qui se humiliat exal-

tabit. Unde hec attonitus non
debuisti vade igitur et ipsum ad
pedes meos sepelias. Qui sta-
tim ivit et iussa complevit.

De sancto vitale martire

Vitalis vivens talis. quia
qualis vivebat extrinsecus
in opere. talis erat intus in corde.
vel vitalis avita vel vitalis vi-
vens id est vivens alibi scribitur
tutum. Vitalis miles consu-
laris ex valeria uxore genuit ge-
rvasium et prothasium. hic cum
paulino iudice ravennam ingres-
sus cum quendam christianum ibidem
medicum nomine ursicinum post mul-
ta tormenta quia iussu decol-
lari videret et ille medicus
expavisset nimium exclamavit.
ad eum sanctus vitalis dicens. No-
li frater ursicine qui alios curare
consuevisti te ipsum morte oc-
cidere. et qui alios ad palmam per
multas passiones invitasti no-
li coronam amittere tibi adeo paratam.
Quod ursicinus audiens confor-
tatus est et penituit sui peni-
tens martirii librum excepit.
Sanctus autem vitalis eum honori-
fice sepeliri fecit. postea hec ad
paulinum dominum suum venire
contempsit. Ille vero nimium
indignatus tum quia ursicinum sa-
crificare volentem revexit. tum quia
christianum se ostendit. tum quia ad se
venire noluit. iussit eum in eculeo
suspendi. Cui dixit vitalis stul-
tissimus es si me putas decipe-
re qui alios semper studui liberare. Et
ait paulinus ministris. Ducite
eum ad palmam. et si sacrificare
noluerit foveam profundissimam fa-
cite donec veniatis ad aquam
et ibidem eum vivum et supinum
sepelite. Quod et fecerunt et
beatum vitalem ibidem sepelierunt
vivum et supinum. Sacerdos autem
qui hoc consilium dederat statim arrep-
tus a demone per septem dies in fu-
riens in illo loco exclamabat
dicens incendis me sancte vitalis.
Die autem octavo in flumine precipi-
tatus a demone miserabiliter
expiravit. Uxor autem sancti vita-
lis cum mediolanum rediret invenit
quosdam ydolis immolantes.
Qui cum eam hortarentur ut ydo-
lis immolata comederet. Audit
sancta sum non licet michi de vestris sa-
crificiis manducare. Quod illi au-
dientes tam dire eam ceciderunt ut
homines sui qui cum ea erant usque
mediolanum eam seminecem dux-
erunt. Ubi infra triduum feliciter
ad dominum migravit. Et cetera.

De quadam virgine antiochena.

Virgo quedam antiochena
fuit. cuius hystoriam ambrosius
in secundo libro de virginibus recitat
et hec verba. Antiochene suam an-
tiochie nuper quedam virgo fuit fu-
gitans publici usus. Sed quo
magis vitabat virorum oculos ac
spectus eo amplius incendebat
impudicos. pulchritudo enim audi-
ta non visa plus desideratur
duobus stimulis cupiditatum
amoris et cognitionis dum et nichil
occurrit quod minus placeat. Et
non videns oculus explorat
sed animus amator exoptat.
Itaque sancta virgo dei ne diutius
aleretur. paciendi spe cupidi-
tatis. integritatem pudicicie pro-
fessa est. Sic restinxit impiorum
furores ut iam non amaretur sed
proderetur. Ecce persecutio puella
fugere nescia certe pavida ne
incideret in insidiatores pudoris
animum ad virtutem parat tam reli-
giosa ut mortem non timeret.
tam pudica ut mortem expec-
taret. Venit igitur corone dies
maxima omnium expectatio producitur.

puella duplex confessa et tamen
et castitatis et religionis. Sed
ut viderunt contumaciam professio-
nis metu pudoris penitus ad
nuntiatus et erubescere ad
aspectus. excogitare ceperunt
quemadmodum speciem castitatis et
religionem tolleret ut cum id
obtulisset quod erat amplius. etiam
id eriperent quod delinqueret. a presi-
de aut virginem aut lupanari prosti-
tui iusserunt. Quo colunt deos
suos qui sic iudicant. Hec puella
non quod de religione ambigeret
sed quod de pudore trepidaret. ipsa se-
cum inquit Quid agimus hodie aut
martir aut virgo. aut altera nobis
invidetur corona. Sed nec virginis nomen
agnoscitur ubi virginitatis auctor ne-
gatur. Nam quemadmodum virgo si
adulterum diligas. tolerabilius
est mentem virginem quam carnem habere
Utrumque bonum si liceat. si non lice-
at saltem non hominum caste sed deo
simus. Et raab meretrix fuit sed
postquam deo credidit salutem in-
venit. Et iudith se adultero ut
placeret ornavit. Que tamen quia hec
religione non amore faciebat
nemo adulteram iudicabit. Bene
successit exemplum. Nam si illa que se
commisit religioni et pudorem
servavit et patriam fortassis et
nos servantes religionem serva-
bimus castitatem. Quod si iudith
pudiciciam religioni preferre voluis-
set perdita patria pudiciciam etiam
perdidisset. Itaque talibus informata
exemplis simul animo tenens verba
dei Quibus ait Quicumque perdi-
derit animam suam propter me inveniet
eam. Flevit et tacuit ne eam
vel loquentem adulter audiret nec
pudoris elegit iniuriam sed christi
recusavit. Existimate ait es-
timate utrum adulterare potu-

erit corpus que nec vocem adul-
teravit. Iam dudum verecundabatur
oratio mea et quasi adire gestorum
seriem et enumerare atque explanare
formidat. Claudite aures vir-
gines dei ducitur puella ad lu-
panar. Sed aperite aures virgi-
nes virgo prostitui potest non ad-
ulterari potest. Ubicumque virgo est tem-
plum dei est. Nec lupanaria infa-
mant castitatem. sed castitas loci
abolet infamiam. Ingens petu-
lantium concursus ad fornicem.
Discite miracula martirum sancte
virgines discite locorum vocabula
Clauditur intus columba stre-
punt foris accipitres certant
singuli quis primus predam invadat
At illa ad celum manibus leva-
tis quasi ad domum orationis venis-
set non libidinis diversorium. Christe
inquit domuisti virgini feroces le-
ones. potens es et hic domare
etiam ferarum mentes hominum. Chal-
deis roravit ignis. iudeis
sese unda suspendit misericordia tua
Susanna ad supplicium genu flexo
et de adulteris triumphavit.
Aruit dextera que templi dei dona
violavit. Nunc templum ipsum atte-
mptatur tuum. ne patiaris incestum
sacrilegii qui non es passus fur-
tum. Benedicatur et nunc nomen
tuum ut adulterio virgo discedam.
Vix compleverat orationem et ecce
vir militis specie irrupit. quem-
admodum eum virgo tremuit cui
populus tremens cessit. Sed non
illa immemor lectionis. Et dani-
el inquit supplicium susanne spec-
taturus advenit. Et quem populus
damnaverat unus absolvit po-
tuit et in hoc luporum habitu
ovis latere. Habet et christus mi-
lites suos. qui legiones ha-
bent aut fortassis fortis

se percussor intravit. Ne vere-
aris quia et tales solent mar-
tires facere Virgo fides tua
te salvam fecit Cui miles.
Queso ne paveas soror Cui
illa frater huc veni etiam salva-
re non potes. Serva me ut ipse
salveris. Si nisi martir egrediar
Vestimenta mutemus. conveni-
unt mihi tua et tibi mea sed utraque
Christo Tua vestis me verum
virginem et mea te verum militem
Bene tu vestieris ego melius
exuar ut me persecutor agno-
scat Sume habitum qui abscondat
feminam Indue clamidem que
occultet virginis servet pudorem
Sume pileum qui tegit crines
et abscondit ora Solet eru-
bescere qui ad lupanar intraverit
Sane cum egressa fueris ne respici-
as retro memor uxoris Loth
que naturam suam quia in pudicos
licet castis oculis aspexit ami-
sit Nec vereare ne quid pereat
sacrificio ego pro te hostiam deo
reddo. Tu pro me militem Christo
habens bonam miliciam castita-
tis que stipendiis militat sem-
piternis. loricam iusticie que corporali
munimine corpus includat Scutum
fidei quo vulnus repellas Gale-
am salutis Ibi enim presidium nostre
salutis ubi Christus Et inter hec virgo
clamidem exuit Suspectus tamen
adhuc habitus et persecutoris adul-
teri Virgo cervicem clamidem cepit
miles offerre Que pompa
illa que gracia cum in lupanari de
martirio certaret. addantur perso-
ne. miles et virgo hec dissimiles
inter se natura sed dei miseratio-
ne consimiles ut compleatur ora-
culum Tunc lupi et agni simul
no

pascuntur sed etiam immolantur. Quid
plura. Mutato habitu evolat pu-
ella de laqueo. iam non suis alis
utpote que spiritualibus ferebatur
Et quod nulla umquam viderunt secula
egreditur de lupanari virgo sed Christi
At illi qui tenebant oculis et non
videbant tamquam raptores ad
agnam lupi. Unus qui erat immodesti-
or introivit. sed ut hausit oculis
rei textum ait. quid hoc inquit pu-
ella hic ingressa est vir videtur. Ecce
non fabulosum illud cerva pro virgine
sed quod verum est miles pro virgine. Hec et-
iam audieram et non credideram
quod aquas Christus in vina convertit. iam
mutare cepit et sexus Recedamus
abhinc dum adhuc quod fuimus sumus
Numquid et ipse mutatus sum qui
aliud cerno quam credo Ad lupanar
veni cerno vadimonium et non mu-
tatus egrediar pudicus exibo
qui adulter intravi Indicio dei quia
debebatur tanto corona victori
dampnatus est pro virgine qui pro virgine
comprehensus est Ita de lupanari non
solum virgo sed martires exierunt
Fertur puella ad locum suppli-
cii cucurrisse. certasse ambo de
nece Cum ille diceret ego missus
sum occidere te. absolvit sentencia
quando me tenuit At illa clamaret
non ego te vadem mortis ele-
gi sed predem pudoris optavi Si
pudor queritur manet sexus Si
sanguis exposcitur fideiussorem
non desidero habeo unde dissolvam
In me lata est ista sentencia que pro me
lata est. Certe si pecunie fideiussorem
te dedissem et absente me iudex
tuum censum senatori adiudicas-
set Eadem me sentencia conveniret meo
patrimonio solverem tuos nexus
Si recusarem quis me indigna mor-
te censeret Quanto maior est ca-

piris huius vsum. Moriar in nocte ne moriar nocens nunc medium est hodie aut rea ero tui sanguinis aut martir mei. Si cito redii quis audeat recludere si moram feci quis absoluet. Consulis legibus debeo rea non solum fuge mee sed etiam cedis aliene. Sufficiunt membra morti que non sufficiebant iniurie. Est in virgine vulneris locus qui non erat contumelie. Ego opprobrium declinaui non martirium. Tibi cessi veste non professione mutaui. Quod si prepis morte non redemisti me sed decepisti. Ne cave queso ne contendas. Noli eripere beneficium quod dedisti. Dum michi hanc sententiam negas illam restitui superiorem. Prima enim sententia mutatur sed posterior manet, tamen superior tenet. Possumus utique satisfacere si me prius paciaris occidi. Inter certet aliam quam exerceant penam. In virgine pudor est obnoxius. Itaque gloriosior eris si videaris de adultera martirem fecisse. Quid expectatis. Duo contenderunt sed ambo vicerunt. Nec diuisa est corona sed addita. Ite sancti martires morientes inuicem sibi beneficia conferentes. Alter principium martirio dedit, alter effectum. Sed et etiam philosophorum gymnasia damonem et phyciam pythagoreos incolas ferunt. Quorum cum esset morti adiudicatus commendatorum suorum tempus poposcit. Tyrannus autem astutissimus quod reperiri non posse existimaret petiit ut sponsorem daret qui pro se feriretur si ipse faceret moram. Quid de duobus preclarius

nescio utrumque preclarum. Alter uadem mortis inuenit, alter se obtulit. Itaque cum reus moram supplicio faceret fideiussor sereno vultu mortem non recusauit. Ubi cum duceretur amicus reuersus est, amicum substituit, colla subiecit. Tunc admiratus tyrannus cariorem philosophis amiciciam quam vitam fuisse petiuit ut ipse ab hiis quos dampnauerat in amiciciam reciperetur. Tantam virtutis esse gratiam ut etiam tyrannum inclinaret. Digna laude sed minora nostris. Etenim illic ambo viri, hic una virgo que primo etiam sexum vincebat. Illi amici, isti incogniti. Illi tyranno se obtulerunt, isti pluribus hoc etiam crudelioribus quod ille pepercit isti occiderunt. Inter illos in uno obnoxia necessitas, in hiis ambo[illegible] voluntas libera hoc [illegible]

sed isti prudenciores. Quod illi studii finis amicicie gratia, isti corona martirii. Illi enim certauerunt hominibus, isti deo. Hec ambrosius.

De sancto philippo

Philippus dicitur os lampadis uel os manuum et ipse est superlativus amator supernorum. Dicitur enim os lampadis propter luculentam predicacionem, os manuum propter assiduam operacionem, amator supernorum propter celestem contemplacionem. Philippus apostolus cum per viginti annos per sichiam predicasset, a paganis tenetur et ad ymolandum statue martis compellitur. Tunc draco ingens subito de sub base exiit qui filium pontificis qui ignem ministrabat interfecit.

De isto philippo [illegible] [illegible] Philippus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] phrigie prouincie [illegible]
[illegible] philippus [illegible]
[illegible] 8 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quos statim tres minos quos ministri Philippum in vinculis detinebant extinxit. Ceteros etiam adeo flatus sui fetore infecit ut omnes morbidi redderentur. Dixitque Philippus: Credite mihi et statuam illam confringite et in loco eius crucem domini adorate ut infirmi vestri sanentur et mortui suscitentur. At illi qui cruciabantur clamabant: tantum fac ut sanemur et hunc martem protinus confringemus. Tunc Philippus draconi precepit ut in desertum locum descenderet ita ut nulli omnino homini noceret. Qui statim recessit et ultra non comparuit. Tunc Philippus omnes sanavit et illis tribus mortuis vite beneficium impetravit. Sicque universis credentibus per unum annum predicavit et eis presbiteros et dyaconos ordinavit. Et in Asyam civitatem Yerapolim venit ibique heresim Hebionitarum qui Christum carnem fantasticam assumpsisse dogmatizabant extinxit. Erant autem ibi due sacratissime virgines per quas dominus multos ad fidem convertit. Philippus autem ante septem dies obitus sui omnes episcopos et presbiteros convocavit eisque dixit: Hos septem dies post ammonitionem veram in domino gessit. Erat autem annorum lxxxvii. Post hec infideles ipsum tenuerunt et ad instar magistri quem predicabat cruci affixerunt et sic ad dominum migravit et feliciter vitam complevit. Iuxta autem eum due filie eius una a dextris et alia a sinistris sepulte sunt.

De sancto Iacobo

Iacobus supplantator vel supplantans festinantem vel dicitur Iacobus a ia quod est deus et cobar quod est onus vel pondus. Vel dicitur Iacobus quasi iacop quasi a iaculo et cope quod est recisio quasi recisus iaculis. Dicitur igitur supplantator mundi per contemptum, supplantans festinantem dyabolum, preparans ad omne bonum corpus suum. Pondus dicitur propter gravitatem morum, recisus iaculis propter martirium.

Iacobus apostolus iste vocatur Iacobus Alphei et Iacobus frater domini, Iacobus minor et Iacobus iustus. Iacobus Alphei dicitur non tantum secundum carnem sed secundum nominis interpretationem. Alpheus enim interpretatur doctus vel documentum vel fugitivus vel millesimus. Dicitur Iacobus Alphei quia fuit doctus per scientiam et inspirationem, documentum per aliorum eruditionem, fugitivus per omnis mundi despectionem et millesimus per humilitatis reputationem. Frater quidem domini dicitur adeo ei quod similimus fuisse dicitur adeo ut plerique in eorum facie fallerentur. Unde cum Iudei ad capiendum Christum pergerent ne forte Iacobum pro Christo caperent, Iudas qui Christum a Iacobo tamquam eorum familiaris optime discernebat signum osculi acceperunt. Hoc etiam testatur Ignatius in epistola ad Iohannem sic dicens: Si licitum est mihi apud te ad Iherosolimam partes volo ascendere ut videam illum venerabilem Iacobum qui cognominatur iustus, quem referunt Christo Ihesu similem facie vita et modo conversationis ac si eiusdem fratrem esse gemellum. Quem dicunt si video ipsum Christum secundum omnia corporis eius lineamenta. Vel dicitur frater domini esse Iacobus quia sicut a duabus sororibus descenderant sic a duobus fratribus scilicet Ioseph et Cleophas descendere putabantur. Non enim dicitur

frater domini quia fuit filius Joseph sponsi Marie de alia uxore sicut aliqui voluerunt dicere sed quia erat filius Marie Cleophe qui quidem Cleophas fuit frater germanus Joseph. Vel dicitur frater domini propter precipuam similitudinem et excellenciam sanctitatis ob quam pre ceteris apostolis est in Jerusalem episcopus ordinatus. Dicitur eciam Jacobus minor ad differenciam Jacobi filii Zebedei. Licet enim Jacobo filio Zebedei natu sit prior tamen vocacione est posterior. Unde eciam hec consuetudo in plerisque regionibus observatur ut ille qui prior ingreditur maior vocetur et ille qui posterior minor vocetur licet sit prior aut etate aut dignior sanctitate. Dicitur eciam Jacobus iustus propter meritum excellentissime sanctitatis. Unde et de eius sanctitate scribit Egesippus apostolorum vicinus sicut in historia ecclesiastica invenitur. Suscepit inquit ecclesiam frater domini Jacobus qui ab omnibus nominatus est iustus ab ipsis domini temporibus perdurans usque ad nos. Hic ex utero matris sue fuit sanctus vinum et siceram non bibit carnes numquam manducavit ferrum in caput eius non ascendit oleo non est unctus balneo non est usus. Syndone id est veste linea semper indutus. Toties in oracione genu flexerat ut callos in genibus sicut in calcaneis videretur habere. Ob hanc incessabilem et summam iusticiam appellatus est iustus et abba quod est interpretatum munimentum populi et iusticia. Hic solus inter apostolos propter nimiam sanctitatem suam permittebatur in sancta sanctorum intrare. Hec Egesippus. Dicitur eciam quod primus inter apostolos missam celebravit. Nam propter excellenciam sanctitatis huius honoris apostoli fecerunt ut post ascensionem domini primus inter eos missam Jerosolimis celebraret sicut et Petrus postmodum in Antiochia celebravit et Marcus in Alexandria. In passione autem mortuo domino sicut Josephus et Jeronimus in libro de viris illustribus dicunt Jacobus votum vovit se non comesturum donec videret dominum a mortuis surrexisse. In ipsa autem die resurrectionis cum usque ad diem illam non gustasset cibum dominus apparuit ei et ac eis qui cum eo erant dixit: ponite mensam et panem. Deinde accipiens panem benedixit et dedit Jacobo iusto dicens: Surge frater mi et comede quia filius hominis a mortuis resurrexit. Septimo igitur anno episcopatus eius cum in die pasche apostoli convenissent Jerosolimis interrogante eos Jacobo quanta per eos fecisset dominus coram populo referebant. Cum igitur septem diebus Jacobus cum aliis apostolis in templo predicasset coram Caypha et aliis iudeis et iam prope essent ut baptizari vellent repente quidam templum ingrediens clamare cepit: O viri israelite quid facitis cur abire vos magis vultis decipi et nos decipi permittitis. Intantum autem populum concitavit ut apostolos lapidare vellent. Ascendit autem homo ille super gradum ubi Jacobus predicabat et ipsum precipitavit deorsum. Et ex tunc plurimum claudicabat. Hec

aut septimo anno post ascen-
sionem domini beatus iacobus pas-
sus. In anno autem episcopatus sui
tricesimo videntes iudei quod
paulum non possent occidere eo
quod ad cesarem appellasset et ro-
mam missus fuisset persecucio-
nis sue tyrannidem in iacobum
converterunt contra eum occasionem
querentes. et sicut egesippus e-
gesippus apostolorum contemporaneus
refert sed et quod in historia ecclesiastica
invenitur. iudei ad eum convene-
runt dicentes Oramus te ut
revoces populum quia ipsi errant
ihesum putantes quod ipse sit christus.
Deprecamur ergo te ut suadeas
omnibus convenientibus in die
pasce de ihesu. Tibi enim obtempera-
bimus omnes. et de te tam nos
quam alii testimonium reddemus
quia iustus es et personam nullius
accipis. Statuerunt igitur illum
super pinnaculum templi et voce
magna dixerunt. Virorum ius-
tissime cui nos omnes obtem-
perare debemus Quoniam errat
populus post ihesum qui crucifixus
est annuncia nobis quid tibi videtur.
Tunc iacobus cum ingenti vo-
ce respondit. Quid me interroga-
tis de filio hominis Ecce ipse
sedet in celis a dextris summe vir-
tutis venturus iudicare vi-
vos et mortuos. Hoc audien-
tes christiani valde gavisi sunt
et libenter eum audierunt. Pha-
risei autem et scribe dixerunt Ma-
le fecimus tale testimonium
prestare ihesu Sed ascendamus et
precipitemus eum deorsum ut ce-
teri terreantur et ei credere non

presumant. Et simul voce mag-
na exclamaverunt dicentes
O O et iustus erravit. Et as-
cenderunt et precipitaverunt eum
Cum ergo precipitassent lapidibus
obruebant dicentes. Lapidemus
iacobum iustum. Qui deiectus non
solum mori non potuit sed conversus
et super genua procumbens dice-
bat Rogo domine dimitte eis
quia nesciunt quid faciunt. Tunc
unus ex sacerdotibus ex filiis
rachab exclamavit Parcite
queso quid facitis pro vobis orat
hic iustus quem lapidatis.
Tunc unus ex illis perticam fullonis
arripiens valido ictu caput
eius impercussit et cerebrum excussit.
Hec egesippus. Taliter martirio
migravit ad dominum sepultus
ibidem prope templum. Cum autem
populus mortem eius vellet vin-
dicare et malefactores capere et
punire penitus fugerunt. Refert
yosephus quod propter peccatum et mor-
tem iacobi iusti factum sit exci-
dium urbem et dispersio iudeorum
Sed non solum ob mortem iacobi
sed etiam ob mortem domini precipue
hec dispersio facta est secundum quod dicit
dominus. Non relinquent in te la-
pidem super lapidem eo quod non cognove-
ris tempus visitationis tue.
Sed quia dominus non vult mortem pec-
catoris et ut ipsi excusacionem non
haberent. per xl annos eorum peni-
tenciam expectavit et per apostolos
maxime per iacobum fratrem domini eis
continue predicantem eos ad pe-
nitenciam revocabat. Sed cum eos
per amonitionem revocare non
posset voluit eos saltem prodigiis
terrere. Nam in hiis quadragi-
nta annis ad penitenciam datis

Multa monstra et prodigia sicut
refert Josephus evenerunt
Nam stella prefulgens gladio
per omnia similis visa est civitati de-
super imminere ac per totum annum exi-
cialibus flammis ardere. In quodam
festo azimorum hora noctis nona
tantus fulgor aram templumque
circumdedit ut omnes diem clarissi-
mum factum putarent. In eadem fes-
tivitate ad ymolandum ducta vi-
tula inter ministrorum manus agnum
subito est enixa. Post aliquos dies
ante solis occasum visi sunt currus
et quadrige in omni regione per
aerem ferri. et armatorum cohor-
tes misceri nubibus et urbes cir-
cumdare agminibus improvisis. Alio
die festo qui penthecostes appellatur
noctu sacerdotes in templum ingressi
ad ministeria ex more complenda mo-
tus quosdam strepitusque sense-
runt. ac voces subitas audie-
runt dicentes. transeamus ab hiis
sedibus. Ante etiam quartum an-
num belli quidam vir nomine Jhesus
anani filius in festo thaberna-
culorum repente clamare cepit. Vox
ab oriente vox ab occidente vox
a quatuor ventis. vox super ierosoli-
mis et super templum. vox super
sponsos et sponsas. vox super
populum universum. Predictus
igitur vir capitur ceditur et ver-
beratur. Sed ille aliud dicere ne-
sciens. quanto plus verberatur
tanto plus ea fortius clamita-
bat. Ad iudicem igitur adducitur. tor-
mentis diris afficitur usque ad
patefactionem ossium laniatur. Sed
ille nec preces nec lacrimas effun-
debat. Sed cum quodam ululatu per
singula pene easdem voces profere-
bat addens etiam hoc. ve ve ie-
rosolimis. Hec Josephus.

Cum autem iudei nec admonitioni-
bus converterentur nec tantis prodigi-
is terrerentur. post xl annos
dominus Vespasianum et Titum in iherusalem
adduxit qui illam civitatem
funditus destruxerunt. Hec
autem fuit causa adventus eorum
in iherusalem sicut in quadam hystoria
invenitur. Videns Pylatus quod
Jhesum innocentem condempnaverat et
videns offensam Tyberii cesaris
pro se excusando nuncium nomine
Albanum ad cesarem destinavit.
Eo autem Vespasianus monar-
chiam in Galacia a Tyberio cesare
tenebat. Nuncius igitur Pylati
in Galaciam ventis contrariis com-
pellitur. et ad Vespasianum ad-
ducitur. Talis autem ibidem serva-
batur consuetudo ut quicumque ibi-
dem naufragium pateretur rebus
et servituti principi subderetur.
Quem Vespasianus videns quis
esset aut unde veniret aut quo
tenderet requisivit. Cui ille.
Jerosolimitanus sum de partibus illis
veni Romam usque tendebam.
Cui Vespasianus de terra sapien-
tum venis artem nosti medici-
ne medicus es curare me
debes. Vespasianus vero quoddam
genus vermium in naribus in-
situm ab infancia gerebat unde
et Vespasianus a vespa dice-
batur. Cui vir ille respondit.
Artem medicine domine nescio
et te curare non valeo. Cui
Vespasianus. Nisi me curaveris
morte morieris. Cui ille ait.
Ille qui cecos illuminavit demo-
nes effugavit mortuos sus-
citavit ille novit quia artem
medicine seu medendi igno-
ro. Cui Vespasianus. Quis est
ille de quo tanta proferis

Qui ille Jhesus nazarenus quem
iudei per invidiam occiderunt in quem
si credideris sanitatis graciam con-
sequeris. Et vespasianus: Cre-
do quod qui mortuos suscitavit me
etiam de hac infirmitate sanare
poterit et continuo liberare. Et
hec dicente vespasiano de eius
naribus vespe ceciderunt et
continuo sanitatem recepit. Tunc
vespasianus ingenti gaudio re-
pletus ait: Certus sum quia filius
dei fuit qui me curare potuit.
Petita igitur a cesare licentia in
ierosolimis cum manu armata
pergam et omnes occisores Jhesu
et proditores funditus destruam. Dixit-
que albano nuncio: prelati rebus
et vita sanus tu cum omnibus domum
tuam mei licentia revertaris. Ves-
pasianus igitur Romam Romam
adiit et destruendi iudeam
et ierusalem licentiam impetravit.
Per annos igitur plures exercitum
congregavit et iherusalem cum co-
pioso exercitu vespasianus
advenit. Et in die pasche ie-
rusalem per circuitum potenter
obsedit. Ibi quoque infinitam multi-
tudinem que ad festum venerat
reclusit. Per aliquod autem tempus
antequam vespasianus iherusalem
advenisset fideles qui ibi erant
a spiritu sancto ammoniti ut inde re-
cederent in quodam loco trans iorda-
nem qui pella vocatur secedunt
ut ablatis ab urbe sanctis viris
celesti vindicte fieret locus tam
de urbe sacrilega quam de populo
scelerato. Quandam autem civita-
tem iudee nomine yonaphatam
in qua yosephus princeps e-
rat et dux primo omnium congressus
sed yosephus resistebat viriliter.
Tandem videns yosephus
imminere excidium civitatis assump-
tis undecim iudeis subterranea

domum intravit ubi quatridu-
ana fame afflicti iudei non
consencientes yosepho malebant
ibidem mori quam vespasiani se-
rvitutis subici. Volebantque se mu-
tuo interficere et sanguinem suum in
sacrificium deo offerre. Et quia
yosephus inter eos fuit
dignior volebant eum primitus
primitus occidere ut eius effusione
sanguinis citius placaretur. Vel
ut etiam in cronica dicitur, ideo mu-
tuo inter se interficere volebant
ne darentur romanorum in ma-
nibus. Et yosephus vir pru-
dens et mori nolens iudicem
mortis et sacrificii se constituit
et quis prior alio occideretur inter
binos et binos sor-
tes mittere iussit. Missis igitur
sortibus sors nunc unum nunc
alium morti tradidit donec ven-
tum est ad ultimum cum quo yosephus
sortes missurus fuit. Tunc yo-
sephus homo strenuus et agilis
gladium illi abstulit et quid
magis eligeret vitam scilicet aut
mortem requisivit et ut sine
dilacione eligeret precepit. Et
ille timens respondit: Vivere non
recuso si gratia tui vivere valeo.
Tunc yosephus uni familiari
vespasiani et sibi etiam noto locutus
est et ut sibi vitam donaret preca-
tus est et quod peciit impetravit.
Cum autem vespasiano yosephus
adductus esset dixit ei ves-
pasianus: Mortem meruisses
si huius peticionibus liberatus non
fuisses. Et yosephus: Si quid
perperam actum est in melius commu-
tari potest. Et vespasianus: Devictus
victus quid aliud facere potest.
Et yosephus: Aliquid facere potero
si dictis meis aures tuas de-
mulsero. Et vespasianus: Con-
cedatur ut verbis in pace loquaris

boni d'turus es patifice audia9
Et yosephus imꝑator roma-
n9 intrijt et senatus imꝑato-
re fecit Et vespasianu9 Qui ꝓpha
es quare aio es vaticinat9 huic
ciuitati qͥ mee sit sbiacuda di-
tioni Et yosephus ꝓ xlta an-
nos hc eis ꝓdixi Interea legati
romanoꝝ veniunt vespasia9
ī imꝑatoꝝ sublimatu asseruit
eumqȝ roma adducunt Relīq
aut vespasia9 tytu filiu suu
in obsidione iłrlm Tytus au-
diens prem suu ~~ī obsidione~~
ī imꝑiu sublimatu tanto gau-
dio ⁊ exultatone repletus
q nervoꝝ gtractoe exfrigi-
ditate corripit⁊ ⁊ altera tibie
debilitatus paliꝑi torquet.
Josephus aut audiens tytu ī
infirmitate laborante causa
morbi ⁊ morbu ⁊ tpus morbi
diligent⁊ inqrit Causa nescit.
morbus ignorat. De tpe quo
aut auditu prīs electone hc e
accidit apit. Josephus aute
vir prudens et sapiens. ex
paucis multa qicit ⁊ expe.
morbu ⁊ causam īuenit Sci-
ens qa gaudio ⁊ leticia sup-
hundanti debilitatus fuit ciad-
uertens itaqȝ contria gtrariis
curaret. sciens qa qp amore co-
quirit⁊ dolore frequent⁊ amittit.
Querere cepit an aliqs esset qui
pncipis īimiciciis obnoxius
teneret. Et erat ibi seruus adeo
tyto molestus ut sine uehe-
menti gturbatone nullatenus
ī eu posset respicere nc etiā no-
me eius audire Dixit itaqȝ tyto
Si curari desiderias omēs q ī meo
comitatu st saluos facias Cui
tytus Quicunqȝ ī tuo comitatu
venerit saluus fiat. ⁊ secum9
Tunc yosephus tyto prandiu fieri
ꝑcep. et mensam suā ante tyti
oppositam locauit ⁊ seruu ad dex-
teris suis sedere fecit Quē tytus
respiciens molestia gturba-
tus infremuit. et qui prius gau-
dio infrigidatus fuerat accen-
sione turbatoīs incaluit ⁊
neruos distendens curatus
fuit Post hc tytus seruu ī sui
gratiam et yosephu ī sui ami-
ciciam recep. Biennio igit
a tyto urbs obsessa int cetera
mala q obsessos grauiter per-
urgebat tanta fames eos
tenuit q parentes filiis ⁊ filii
parentibus. viri uxoribus ⁊ uxo-
res viris nō tm exmanibus
sȝ etiā ex dentibus ꝓpis cibos
rapiebant Qui mortuos
sepeliebant sepe sup ipos mor-
tuos mortui cadebant Fe-
torem aut cadauerum non
ferentes ex publico sumptu
ipa corpa sepeliebat Sȝ de-
ficiente sumptu ⁊ vincente ca-
dauerū multitudine de muro
cadauera ꝓcipitabat Et tytus
circuiens cu vidisset ualles ca-
dauibus repletas ⁊ totam
ꝓuinciam ex eoꝝ fetore corrup-
tam manus suas ad celu le-
uauit dicens Deus tu vi-
des q hc nō facio Tanta
fames ibi erat q calciamenta
sua ⁊ corrigias comedebāt
Matrona insup quedā nobilis
genere sicut legit ī eccast historiis
cu predones ī eius domu irru-
entes eā omibus expoliassent
nc e quid ultra qmede-
deret remansisset. puerum
suu lactentem tenens ī ma-

mibus ait Infelicis matris infelicior fili in bello et fame et direptione cui te reservabo? Veni ergo nunc o mi nate esto matri cibus et praedonibus furor et saeculis fabula. Et his dictis filium iugulavit et coxit et dimidiam partem comedens aliam occultavit. Et ecce praedones confestim odorem carnis sentientes in domum irruerunt et ut carnes proderet minantur. Tunc illa detegens infantis membra Ecce inquit vobis partem optimam reservavi. At illos tantus horror invasit ut nec loqui potuerunt. Et illa Meus inquit est filius meum est peccatum secure edite quia ego comedi quem genui. Nolite fieri aut matre religiosiores aut feminis molliores. Quod si vincit vos pietas horrentes ego totum comedam qui dimidium iam comedi. Illi vero trementes et territi discesserunt. Tandem secundo anno imperii Vespasiani Ierusalem cepit et captam subvertit, templum quoque funditus destruxit. Et sicut Iudaei Christum triginta denariis emerunt, sic ipse uno denario triginta Iudaeos vendidit. Sicut narrat Iosephus xcvii milia Iudaeorum venditi sunt et undecies centena milia fame et gladio perierunt. Legitur quoque quod Titus intrans quendam murum densissimum vidit, ipsumque perforari praecepit. Factoque foramine quendam intus senem aspectu et canicie venerabilem invenit. Qui requisitus quis esset respondit se esse Ioseph ab Arimathia civitate Iudaeae ibi inclusum et muratum fuisse eo quod Christum sepelisset, addiditque quod ab illo tempore usque nunc sit caelesti cibo pastus et divino lumine confortatus. Mortuo igitur Vespasiano imperatore Titus filius eius eidem in imperio successit, qui fuit clementissimus et multae liberalitatis. Tantaeque bonitatis fuit sicut ait Eusebius Caesariensis in chronica et testatur Ieronymus quod dum quodam sero recordatus fuisset quod illo die nihil boni fecisset aut nihil dedisset ait O amici istum diem perdidi. Post longa vero tempora quidam Iudaei Ierusalem reaedificare volentes exeuntes primo mane plurimas cruces de rore invenerunt et territi fugientes. Et secundo mane redeuntes unusquisque sanguineas cruces vestibus suis insertas invenit. Qui vehementer territi in fugam iterum sunt conversi. Tertio reversi a vapore ignis de terra prodeuntis penitus sunt exusti.

De inventione crucis

Inventio sanctae crucis anno cc a resurrectione domini facta est. Legitur igitur in euangelio Nichodemi quod cum Adam infirmaretur, Seth filius eius portas paradisi terrestris adiit et oleum misericordiae quo corpus patris perungeret et sanitatem reciperet postulavit. Cui apparens Michael angelus ait Noli laborare nec flere pro oleo misericordiae obtinendo quia nullatenus illud assequi poteris nisi quando completi fuerint quinque milia quingenti anni. Legitur quoque alibi quod angelus ramum sibi quendam ei obtulit et iussit ut in monte Libani plantaretur. In quadam vero historia Graecorum legitur quod angelus de ligno in quo peccavit Adam ei tradidit dicens quod quando faceret fructum pater sanaretur. Qui rediens et patrem mortuum inveniens ipsum ramum super tumulum patris plantavit. Qui plantatus in arborem

magnam crevit et uſque ad Salo-
monis tempora perduravit. Salomon
autem arborem tam pulchram conſiderans
ipſam praecepit incidi et in domo
ſaltus locari. Non tamen alicui lo-
co apta reperiri valebat, ſed modo
aut excedebat in longitudine aut
deficiebat nimia brevitate. Si
vero ſecundum loci exigentiam ipſam ratio-
nabiliter decurtaſſent adeo brevis
videbatur. Ob hoc indignati arti-
fices ipſam reprobaverunt et ſuper
quendam lacum ut eſſet pons
tranſeuntibus proiecerunt. Regina
autem Sabba cum ~~audiſſet~~ veniſſet
audire ſapientiam Salomonis et ipſum
lacum tranſire vellet, vidit in ſpiritu quod
ſalvator mundi in ligno illo ſuſ-
pendendus erat. Et ideo ſuper illud
lignum tranſire noluit, ſed ipſum protinus
adoravit. In hiſtoriis tamen ſcholaſticis
legitur quod praedictum lignum regina
Sabba in domo ſaltus vidit. Cum-
que ad domum ſuam rediſſet intima-
vit Salomoni quod in illo ligno qui-
dam ſuſpendendus foret per cuius
mortem Iudaeorum regnum deleri
deberet. Salomon igitur praedictum
lignum inde ſuſtulit et in profun-
diſſimis terrae viſceribus illud de-
mergi fecit. Poſtea probatica
piſcina ibidem facta eſt ubi ma-
nichei hoſtias abluebant. Et
non ſolum ex deſcenſu angeli ſed
etiam ex virtute ipſius ligni tradi-
tur ibidem fieri aquae commo-
tio et infirmorum curatio. Appro-
pinquante vero paſſione Chriſti praedictum
lignum ſupernataſſe perhibetur.
Cum autem illud Iudaei vidiſſent
ipſum acceperunt et inde crucem
Domino paraverunt. Ipſa autem crux
Chriſti quatuor generum lignorum fu-
iſſe perhibetur, ſcilicet palmae, cy-
preſſi, olivae et cedri. Unde verſus:
Ligna crucis palma, cedrus,

cypreſſus, oliva. In cruce enim
fuit quadruplex differentia lig-
norum, ſcilicet lignum erectum, lig-
num tranſverſum, tabula ſuperpoſita
et truncus cui crux erat in-
fixa. Vel ſecundum alios tabula
tranſverſa quae fuit ſub pedibus Chriſti,
unde quodlibet horum potuit eſſe
alicuius praedictorum lignorum. Hanc
diverſitatem lignorum videtur Apoſtolus in-
nuere cum dicit: ut poſſitis com-
prehendere cum omnibus ſanctis quae ſit
longitudo, latitudo, altitudo
ſive ſublimitas et profundum. Quae
verba Auguſtinus doctor egregius ſic
exponit: In cruce inquit Domini quae
latitudo dicitur in tranſverſo ligno quo
extenduntur manus, longitudo
a terra uſque ad ipſam altitudinem
qua a manibus infra totum cor-
pus affigitur, altitudo ab alti-
tudine uſque ſurſum cui adhaeret
caput, profundum vero quod terrae in-
fixum abſconditur. Iſtud lignum pre-
tioſum per annos .cc. et ultra ſub
terra latuit, ſed ab Helena matre
Conſtantini imperatoris hoc modo
repertum fuit. In tempore illo iuxta
Danubium fluvium congregata eſt mul-
titudo innumerabilis barbarorum vo-
lentes flumen tranſire et omnes
regiones uſque ad orientem ſuo
imperio ſubiugare. Quod ubi
Conſtantinus imperator comperit, contra
Danubium ſe cum ſuo exercitu collo-
cavit. Sed barbarorum creſcente
multitudine et iam flumen tranſeunte
Conſtantinus nimio timore concutitur
videns quod eſſet die craſtina bel-
lum commiſſurus. Sequenti igitur noc-
te ab angelo excitatur et ut ſur-
ſum reſpiciat admonetur. Qui in
caelum aſpiciens vidit ſignum

crucis ex clarissimo lumine formatum litteris aureis hunc titulum habens scriptum: In hoc signo vinces. Qui celesti visione confortatus similitudinem crucis fecit et ipsam ante suum exercitum ferri iussit. Irruensque in hostes ipsos in fugam convertit et multitudinem maximam interfecit. Tunc constantinus omnibus templorum pontificibus convocavit cuiusque nam dei esset hoc signum requisivit. Quibus se nescire dicentibus quidam christiani advenerunt et ei sancte crucis misterium et fidem trinitatis plenius enarraverunt. Qui in christum tunc perfecte credidit et ab eusebio cesariensi episcopo sacrum baptisma suscepit. Verumtamen quorundam non fuit iste constantinus imperator qui ab silvestro papa fuit baptizatus et ad fidem conversus sicut historie videntur innuere sed fuit constantius pater ipsius constantini sicut in aliquibus historiis invenitur. Ille enim constantinus alio modo ad fidem venit sicut in historia sancti silvestri legitur nec ab eusebio sed a silvestro baptizatus fuisse narratur. Mortuo enim ipso constantio constantinus non immemor victorie patris quam virtute sancte crucis habuerat Helenam matrem suam in ierusalem pro cruce invenienda transmisit sicut inferius enarratur. Historia tamen ecclesiastica hanc historiam aliter factam fuisse narrat. Dicens quod cum maxentius romanum imperium invasisset constantinus imperator iuxta danubii pontem cum maxentio conflicturus advenit. Cum igitur anxius multum esset et pro sibi mittendo auxilio ad celum oculos crebro levaret vidit per soporem ad orientis partem in celo signum crucis fulgore igneo rutilare angelosque astare sibi et dicere: Constantine in hoc vinces. Tunc constantinus letus redditur et de victoria iam securus signum crucis quod in celo viderat in fronte sua designat. Vexilla militaria in signacula crucis transformat et in manu dextera auream crucem portat. Post hoc dominum exorat ut dexteram suam quam signo salutari muniverat cruore romani sanguinis maculari non permitteret sed sine sanguinis effusione victoriam de tyranno prestaret. Maxentius autem insidiose navibus ad decipula compositis fluvium sterni et superpositis pontibus exequari. Cum autem constantinus iam ad fluvium propinquaret maxentius in occursum eius cum paucis velociter pergit iubens ut ceteri se sequantur. Sicque oblitus operis pontem cum paucis conscendit et decipula qua constantinum decipere voluit est deceptus et in fluminis profundum dimersus. Constantinus vero ab omnibus unanimiter est susceptus. Et sicut legitur in cronica satis autentica constantinus tunc perfecte non credidit nec sacrum baptisma suscepit. Sed aliquanto temporis intervallo visionem petri et pauli vidit et sacro baptismate per silvestrum papam renatus et a lepra mundatus in christum dominum deinceps perfecte credidit. Et sic matrem suam helenam in ierusalem misit ut crucem domini requireret. Hec igitur historia de inventione crucis in ecclesiastica historia invenitur cui etiam concordat cronica videtur esse magis autentica quam illa que

peccatores veritatis. Constat igitur
multa ibidem esse que non consonant
veritati nisi quis forte vellet dicere
ut sepius dictum est quod non fuit con-
stantinus constantini pater cuius quidem
historia autentica non videtur licet
in quibusdam ultramarinis his-
+ scd toriis legatur. Cum helena
in terram advenisset omnes iudeos sa-
pientes qui per totam regionem re-
perti sunt ad se congregari precepit. Hec
h autem helena stabularia fuit
sed quod dicit ambrosius. Nam stabu-
stabulariam hanc fuisse asse-
rit sed coniunctam constantino seni-
ori qui postea regnum adeptus est.
Bona stabularia que tam diligenter
presepe domini requisivit. Bona
stabularia que maluit omnia ex-
istimare stercora ut christum lucri-
faceret. Bona stabularia que
illum stabularium non ignoravit
qui vulnera curavit a latro-
nibus vulnerati. Ideo illam christus
de stercore levavit ad regnum. Hec
ambrosius. Iudei cum nimium
formidantes dicebant ad in-
vicem. Quare putatis quod regina
nos ad se faciat congregari. Unus
autem ex eis iudas nomine dixit.
Scio enim quod vult a nobis discere
ubi nam sit lignum crucis in quo
christus crucifixus fuit. Videte
ne aliquis ei confiteri presumat
alioquin certissime scitote quod
lex nostra evacuabitur et paterne
traditiones funditus destruentur.
Zacheus autem avus meus pre-
nunciavit patri meo et pater meus
prenunciavit mihi dicens. Vide fili
ut cum queritur crux christi illam
manifesta antequam aliqua pa-
tiaris tormenta. Nunquam enim ex-
tunc genus iudeorum regnabit sed
illi qui crucifixum adorant

quia ipse est christus filius dei. Cui
ego dixi pater nunquid patres
nostri ipsum esse filium dei cognove-
runt. Cur crucis patibulo eum ipsum
affixerunt. Et respondit. Novit
dominus quia nunquam in consilio eorum volun-
tate extiti sed eis sepius contra-
dixi. Sed quia phariseorum vitia
exprobrabat ipsum crucifi-
gi fecerunt. Ipse vero die tertia
resurrexit et celos discipulis
videntibus penetravit. In quem
et stephanus frater tuus credidit
quem iudeorum vesania lapida-
vit. Vide ergo fili ne ipsum vel
eius discipulos audeas blas-
phemare. Dixerunt ergo iu-
dei ad iudam. Nos talia nunquam
audivimus. Verumptamen si
de hoc regina quesierit vide
ne hoc sibi aliquatenus confite-
aris. Cum ergo illi ante reginam
stetissent et illa eos interro-
gasset de loco ubi fuit dominus cru-
cifixus. Et illi locum nullatenus
indicare vellent iussit eos de
igne cremari. At illi timentes
tradiderunt ei iudam dicentes
Hic domina iusti et prophete filius
optime novit legem et tibi omnia
que quesieris ab eo optime indi-
cabit. Tunc illa omnes dimit-
tens tenuit iudam solum. Cui
dixit. Mors et vita tibi proposita
sunt quod malueris elige. Osten-
de igitur locum qui golgatha di-
citur ubi fuit dominus crucifixus ut
crucem invenire possimus. Respondit
iudas. Quomodo locum scire pote-
ro cum iam anni fluxerint et ne-
dum ego illo tempore natus essem.
Cui regina. Per crucifixum te
fame perimam nisi mihi dixeris veri-
tatem. Ipsum ergo in puteum sic-
cum iussit proici et ibi famis
molestia cruciari. Cum ergo
ibi sex diebus sine cibo ma-

fuisset die septima petiit extra-
hi et se crucem indicaturus promit-
tit. Cum ergo extractus ad locum
venisset et ibidem orasset locus
subito commovetur et fumus aro-
maticus miri odoris sentitur
ita ut miratus iudas am-
babus manibus plauderet
et diceret: In veritate christe tu es
salvator mundi. Erat autem in
loco illo sicut in hystoriis eccla-
siasticis legitur templum veneris quod adria-
nus imperator construxerat ibi-
dem ut si quis christianorum in loco
illo adorare voluisset videretur
venerem adorare. Et propter hoc in-
frequens et pene oblivioni
datus fuerat locus. Regina autem
templum funditus destruxit et
locum ibi arari fecit. Post hoc
iudas precingens se viriliter
fodere cepit et duodecim passus
fodiens tres cruces abscon-
ditas repperit quas ad reginam
protinus deportavit. Cum autem
crucem christi ab illis latronum nesci-
rent discernere eas in civita-
tis medio posuerunt ibidem
gloriam domini prestolantes. Et ecce
cum circa horam nonam quidam
iuvenis deferretur mortuus
Iudas feretrum tenuit et primam
et secundam crucem super corpus de-
functi apposuit sed nequaquam
ille surrexit. Apponens tertiam
crucem et protinus defunctus re-
diit ad vitam. In hystoriis autem
ecclesiasticis sic legitur quod cum quedam
mulier prima civitatis
semimortua iaceret episcopus ierosoli-
mitanus primam et secundam crucem
supposuit et cum non surrexit
tertiam vero apposuit et protinus
mulier apertis oculis sanata
surrexit. Ambrosius vero dicit quod

discrevit ipsam crucem domini ab ali-
is per tytulum quem posuerat py-
latus quem tytulum ibidem invenit
~~Ecclesiastica~~ et legitur. Dyabolus autem
in aera vociferabat dicens: O
iuda quare hoc fecisti? Iude meo
contraria fecisti et operatus es.
Illa ille me suadente fecit pro-
ditionem et tu me renuens ihesu
invenisti crucem. Per illum multorum
lucratus sum animas. Per te cogor mul-
torum perdere iam lucratas. Per illum
regnabam in populo. Per te iam expel-
lor a regno. Verumptamen tibi vi-
cem rependam et contra te regem ali-
um suscitabo qui fide deserens
crucifixi cum tormentis te negare
faciet crucifixum. Quod quidem
de iuliano apostata dicere videtur
qui iudam episcopum ierosolimitanum factum
tormentis affecit et martirem christi
fecit. Audiens dyabolum vocife-
rantem non extimuit sed dyabolo
constanter maledixit dicens: Christus
te dampnet in abissum ignis eterni.
Post hoc iudas baptizatur et qui-
riacus appellatur et ierosolimis
defuncto episcopo quiriacus ibi-
dem in episcopum ordinatur. Verum cum
beata helena clavos domini non ha-
beret rogavit episcopum quiriacum
ut ad locum pergeret et clavos domini
requireret. Qui cum venisset et ad
dominum preces fudisset continuo cla-
vi velud aurum fulgentes in
terra apparuerunt. Quos ille accipi-
ens regine detulit. Illa autem
genua figens in terram et caput in-
clinans eos cum multa reverentia
adoravit. Crucis partem he-
lena detulit filio. partem vero
thecis argenteis conditam re-
liquit in loco. Clavos vero quibus
corpus dominicum fuerat crucifixum
portat ad filium ex quibus ut
eusebius cesariensis refert

frenos quibus utebatur ad bellum
composuit et ex aliis galeam
suam armavit. Nonnulli vero as-
serunt clavos quatuor in domini
corpore fuisse ex quibus hele-
na duos in freno imperatoris
posuit. Tercium in ymagine consta-
tini que rome super eminet ur-
bi locavit. Et quartum in mare
adriaticum quod usque tunc fuerat na-
vigantibus vorago proiecit. Prae-
cipiens hoc festum de inventione
sancte crucis singulis annis sol-
lempniter celebrari. Deinde autem
quiriacum episcopum iulianus aposta-
ta per hunc modum interfecit. Cum enim cru-
ces persequi cepit quiriacum invita-
re ad sacrificia ydolorum quod cum ille
renueret dextram eius amputari
fecit dicens hac manu multas
epistolas scripsit quibus multos a
iudeorum sacrificiis revocavit.
Cui dixit quiriacus stulte ca-
nis in sensate profuisti quia ante-
quam in christum crederem sepius ad
synagogam iudeorum scribebam
epistolas ut nullus in christum crede-
ret. et ecce nunc scandalum mei
corporis abscidisti. Tunc iulianus
plumbum fecit liquari et in os eius
perfundi. Deinde lectum ferreum
afferri et in eo quiriacum exten-
di et desubter carbones sale
et adipe spargi. Sed cum quiriacus
immobilis permaneret dixit ei iu-
lianus. Si non vis sacrificare
diis saltem dic te christianum non
esse. Quod cum execrans recu-
saret iussit altam foveam fieri
et serpentes venenatos ibidem
poni et quiriacum in eadem iactari
sed statim serpentes continuo mortui
sunt. Iussitque iulianus in caldariam
oleo ferventissimo plenam qui-
riacum mitti. Qui dum se sig-
nans sponte intrare vellet
rogavit dominum ut eum iterum in lava-
cro martirii baptizaret. Iratus iu-
lianus iussit pectus eius perforari
gladio et sic in domino consummari pro-
meruit. Quanta autem sit virtus
crucis in illo fideli notario patet
quem quidam magus decepit et in
quendam locum ubi demones ad-
vocaverat duxit. promittens ei quod
multis divitiis abundaret. Et vi-
dit quendam magnum ethiope-
te super excelsum thronum sedentem
et in circuitu alios ethiopes erectos
cum lanceis et fustibus. Tunc
ille magus puerum interrogavit
dicens. Quis est iste puer. Et ille
Domine servus vester est. Cui demon. Si
vis me adorare et servus meus esse
et christum tuum negare faciam te
a dextris meis sedere. Ille autem
mox signum crucis edidit et se
christi salvatoris servum esse libere
exclamavit. Statimque ut edidit
signum crucis omnis illa demo-
num multitudo evanuit. Post hec
cum quadam vice templum sancte sophie
cum predictus notarius cum domino suo
intrasset et ante salvatoris ymagi-
ne ambo starent vidit dominus
suus quod predicta ymago super nota-
rium fixos oculos haberet et ipsum at-
tente respiceret. Quod videns pre-
dictus dominus et admirans iuvenem
ex parte dextra stare fecit viditque
quod ymago in illa iterum parte oculos
volvisset et rursusque oculos super
notarium fixos haberet. Tunc iterum
fecit ipsum ex parte sinistra venire. et
iterum ymago oculos vol-
vit et notarium ut prius respicere
cepit. Tunc adiuratus a domino
ut diceret quid apud deum meruisset

aut quod cum sic ymago respiceret
Dixit se nullius boni conscium esse
nisi quod deum coram dyabolo negare
noluisset etc. **De sancto Johanne ewangelista**

Iohannes apostolus et ewangelista
dum ephesiis predicaret, a procon-
sule capitur et ut diis ymmola-
ret invitatur. Qui cum renueret in car-
cerem mittitur, et ad domicianum
imperatorem epistola mittitur. Inquiens magus
sacrilegus et deorum contemptor no-
minatur. Iussu ergo domiciani roma
deducitur, et deducto omnes capil-
li per derisionem a capite presciduntur.
Ac ante portam urbis que latina di-
citur in dolium ferventis olei igne desub-
tus ardente mitti iubetur. Nullum
tamen ibidem dolorem sensit sed penitus
illesus exivit. In illo igitur loco
christiani ecclesiam fabricant et dies
illa tanquam dies sui martirii sol-
lempnizatur. Cum ergo nec sic a predi-
catione cessaret iussu domi-
ciani in pathmos insulam rele-
gatus est. Nam tunc imperatores ro-
mani apostolos persequebantur quia
christum predicabant. Et quia ipsum
sine senatus auctoritate deificatum
aiebat quod ipsi deificare prohi-
buerunt. Unde legitur quod cum pilatus
quadam vice ad tyberium epistolas de
christo misisset, et ipse tyberius eius
fidem a romanis recipi assentiret,
senatus omnino respuit, ex eo quod
non sui auctoritate vocatus deus fuit.
Mater autem ipsius iohannis audiens
rome filium detineri nimia com-
passione permota romam ad eum
visitandum accessit. Et dum venisset
et eum in exilium relegatum audisset,
indeque rediret in campania civita-
te vetula migravit ad dominum. Cuius
corpus in quodam specu sepultum

multo tempore latuit sed postmodum
a filio suo iacobo revelatum
fuit. Quod quidam milites quod de
multo odore redolens miraculis
multis fulgens ad predictam civita-
tem cum multo honore translatum est.
De sancto Stanislao etc.

Stanislaus igitur secundum seculi
dignitatem non solum gente preclarus
sed et quodam presagio sui nominis extitit
dei clarus. Sic quidem hic vocabulum sta-
nislaus ut in sacro baptismate
sibi collatum divinitus ex latino sermo-
ne ethimologyzatum et polonico
stanislaus vel instans laudi sive
accia statio laudis potest dici et con-
grue interpretari. Stetit enim vir dei
stanislaus in laude domini perpensius
et laus dei stetit in corde ipsius, quia
ex omni corde laudavit dominum dilec-
tore cum quo fecit illum. Institit lau-
di divine dum dominus sedem apostolicam psal-
lebat spiritu psallebat et mente.
Stetit etiam laus dei in ore eius quia
dicere potuit cum propheta regius Bene-
dicam dominum in omni tempore semper laus eius
in ore meo. Perstitit nichilominus
laus dei in opere ipsius qui usque ad
mortem pro iusticia dei agonizare non
timuit et stolam glorie in consumma-
tione virtutis promeruit. Digne
igitur sanctus stanislaus in domino lau-
datur. Hic digne deus in sancto suo predi-
catur. In natalicio digne laus eius re-
colitur in ecclesia sanctorum cuius laus nun-
quam deficiet de ore hominum. Est hic pre-
sul ab initio sue creationis gratu-
ita vite beneficio creatoris etiam sorti-
tus est bonam quia in oculis domini inve-
nit graciam. Conservavit illi dominus
animam suam in donis naturalibus op-
time a puero fuisse dinoscitur
institutus. Fuit etenim elegans
natus in cultu christiane religio-
nis educatus deo devotus ...

te pudicus . corpore castus . ha-
bitu verendus . locuples rebus
mobilibus maturus ingenio acutus
sermone disertus . consilio prouidus
in iudicio iustus et ad omne bonum
abilis et promptus . Eruditus
autem literarum studiis apostolus Stani-
slaus puer bone indolis non
segniter agere . puerilesque ludos
deuitare iuuenum lasciuiam fugere
studio cui commendatus erat inten-
dere . frequenti exercitatione stu-
dii ad habendam scientiam totis vi-
ribus anhelare . Hoc autem ideo
faciebat puer ut proficeret et ma-
gis magisque proficiens se ipso
melior fieret et ad gradum virtutis
perueniret . Nec est fraudatus
a desiderio suo gratia dei adiutus
magistro . Nam quod ei etas pue-
rilis denegabat hoc et eo proui-
dentia omnipotentis dei supple-
bat . Puerilibus tandem rudimen-
apostolorum epistolas impetrarunt. Et
Tercio fuit optime ordinatus quantum
ad proximum quia gregem suum pavit
verbo exemplo & beneficio. Primo
verbo quia verbum dei sollicite evange-
lizavit Unde dicitur act. xv. paulus
& barnabas demorabantur
antyochie docentes & evangeli-
zantes cum aliis pluribus verbum
dei. Hoc eciam patet per illam maxi-
mam multitudinem quam antyochie
convertit. adeo ut ibi primo nomina-
rentur discipuli christiani. Secundo exemplo
quia vita sua fuit omnibus speculum.

sanctitatis & exemplar religionis
fuit enim in omni opere utilis & stre-
nuus omnium morum bonitate conspi-
cuus omni gracia spiritus sancti plenus
& omni virtute & bonitate preclarus
De hijs inior habetur act. mise-
runt barnabam antyochiam
Et sequitur hortabatur omnes proposi-
to cordis permanere in domino. quia
erat vir bonus plenus spiritu sancto
& fide. Tercio beneficio. Est enim du-
plex beneficium scilicet elemosina cor-
poralis que consistit in necessariorum submi-
nistratione & spiritualis que consistit in of-
fense dimissione. Primam habuit
beatus barnabas quando elemosinam
fratribus qui erant in iherusalem detulit Nam
sicut dicit act. xj. Cum futura esset
fames valida sub claudio cesare
quam prophetaverat agabus discipuli
prout quisque habebat proposuerunt in mi-
nisterium mittere habitantibus fratribus
quod & fecerunt mittentes ad seni-
ores per manus barnabe & pauli
Secundam habuit quando iohanni qui cogno-
minabatur marcus offensam
dimisit Cum enim predictus discipulus
bar. & paulum deliquisset redeunti
sibi & penitenti barnabas indul-
sit & iterum in discipulum assumpsit
paulus vero in discipulum iterum
ipsum renuit assumere & ideo inter
eos separacio facta fuit. Uterque enim
ex pia causa & intencione fecit.
Nam quod barnabas ipsum assump-
sit hoc fecit ex dulcedine misericor-
die Quod autem paulus ipsum
assumere noluit hoc fecit ex rigoris
rectitudine Nam sicut idem dicit
glossa act. xv. quia in fronte fa-
cici se constitutus nimis trepidus
steterat merito paulus ipsum abicere
ne illius contagione viros
alios corrumperet Illa autem separacio

non est factum ex commotione animi sed
ex instinctu spiritus sancti scilicet ut ab in-
vicem separarentur et pluribus predi-
carent sicut et postmodum factum
fuit. Nam in predicto iohanni vir quidam
splendidus in visu apparuit dicens
Iohannes constans esto quia amodo
non iohannes sed excelsus vocaberis
Quod cum ille barnabe retulis-
set respondit ei Cave diligenter
ne cui quod vidisti reveles Nam
et mihi similiter apparuit dominus dicens
Constans esto barnaba quia
eterna premia recipies eo quod
gentem tuam reliquisti. et animam
tuam pro eius nomine tradidisti An-
gelus quoque domini paulo apparuit
dicens Festina venire ierusalem
quia quidam fratres adventum prestola-
tur ibidem Cum ergo barnabas
cyprum vellet pergere et parentes suos
invisere. paulus autem ierusalem
pervenire vellet. sed sic instiga-
te spiritu abinvicem discesserunt
verum cum paulus barnabe
quod dixerat angelus indicasset
Respondit barnabas Fiat vo-
luntas domini Nunc autem cyprum
vado et ibidem vitam finiens
te amplius non videbo Et cum
flens sepius pedibus volu-
tus Tunc ei dixit paulus Noli
flere quia sic est voluntas domini
Nam et mihi dominus hac nocte apparuit
dicens Ne prohibeas barnabam
ire cyprum quia multos ibidem il-
luminabit et martirium consumabit.
Pergens autem barnabas cum
iohanne cyprum ewangelium sancti mathei
secum tulit et super infirmos po-
nens multos dei virtute sana-
vit Cum autem de cypro exissent
invenerunt helimam magum quem
paulus lumine oculorum ad tempus
privaverat Qui eis restitit

et pamphiliam intrare prohibuit Die
autem quadam vidit barnabas
homines et mulieres nudos
currere et sua festa facientes unde
indignatus templo maledixit et
subito pars eius corruit et multos
oppressit. Tandem salaminam deve-
nit et ibidem contra eum predictus
magus seditionem magnam exci-
tavit Comprehendentes igitur iu-
dei barnabam. multis affectum
iniuriis trahebant et iudici civi-
tatis puniendum tradere festina-
bant Cognito autem quod eusebius vir
magnus et potens de genere nero-
nis illuc advenisset timuerunt
iudei ne eum de manibus eorum eri-
peret et sic liberum abire permit-
teret Ligantes igitur funem col-
lo eius extra portam eum traxerunt
et ibidem protinus combusserunt Dein-
de nec sic iudei impii saciati sed
ossa eius in quodam vase plumbeo
recluserunt et in mare proicere
volentes Iohannes autem discipulus
eius cum duobus aliis de nocte con-
surgens rapuit ea et in quadam
cripta ibidem sepelivit. que
ibidem usque ad tempora zenonis
imperatoris et gelasii pape. scilicet
usque ad annum .d. latuerunt
et tunc ipso revelante reperta
fuerunt

De sancto Nazario

Nazarii pater fuit africa-
nus mater vero perpetua a beato pe-
tro apostolo baptizata Ipse vero na-
zarius a sancto clemente instructus
et baptizatus est. Hunc anolinus
[illegible] persecutoris imperatore nero-
ne exercitatum est diu maceratum
et afflictum in carcere apud medio-
lanum et cum ipso beatum celsum pu-
erum quem ipse idem nutriebat gla-
dio feriri iussit. Quorum corpora
christiani furati cum [illegible] augus-

tam sepelierunt foras portam que dicitur romana in ipsius ortis. Revelaverunt autem se beatissimi martires cuidam Cerasio nomine cui uxor fortunata. et ipsi eum monuerunt se occultari propter rabiem persecutoris quam Nero impius excitaverat. Latuerunt ergo usque ad tempora Archadii et Honorii imperatorum quos beatus Ambrosius domino revelante invenit. Patefacto autem sepulchro in quo iacebat sancti Nazarii corpus. qui quando passus fuit ut sciretur sed tamen Paulinus usque tunc ignorabatur. viderunt sanguinem martiris ita recentem quasi putes erat tunc eodem die fuisse effusus. Caput etiam ipsius quod ab impiis fuerat abscisum ita integrum atque incorruptum cum capillis capitis et barba ut videretur eo tempore quo levabatur lotum atque positum in sepulchro. Tanto etiam odore repleti sunt ut omnium aromatum vinceret suavitatem. Levato igitur beato Nazario in lectica posito composito statim ad sanctum Celsum martirem qui in eodem orto positus erat adoraturus perrexit. Sanctus episcopus et utrosque transtulit ad basilicam apostolorum que in romana. Inventi autem et translati sunt predicto die Junii. Festivitas vero colitur quinto kalendas augusti. Hodie quoque Mediolanum natalis beatorum martirum Basilidis Cirini et Naboris celebratur.

De sancto Vito

Vitus autem ut quasi vitus id est virtuosus. Modestus quasi stans in mundo. Vitus puer egregius et fidelis annorum xii. in Sicilia martirium passus est. Hic a patre crebro verberatus eo quod ydola contempnebat nec ipsa adorare nolebat. Quod audiens Valerianus preses puerum accersivit et sacrificare nolente fustibus cedi iussit. Brachia autem verberancium et manus presidis protinus aruerunt. Clamavitque preses: Ve mihi quia manum amisi. Cui Vitus: Accedant dii tui et sanent te si possunt. Cui ille: Nunquid et tu facere vales hoc? Cui Vitus: In nomine domini valeo. Statimque pro eo oravit et sanitatem ei obtinuit. Dixitque preses patri: Corripe puerum tuum ne male pereat. Tunc in domum eum inducens diversis musicorum generibus et puellarum lusibus et aliarum deliciarum generibus immutare animum pueri satagebat. Cum autem eum in thalamum inclusisset mira quedam odoris fragrancia inde exiit que patrem et totam familiam nimio odore perfudit. Aspiciensque pater per hostium vidit vii angelos circa infantem stantes. Dixitque: Dii venerunt in domum meam. Statimque cecatus est. et ad eius clamorem tota civitas Lucana commota est. ita ut Valerianus accurreret et quod ei accidit interrogavit. Cui ille: Deos igneos vidi et vultus eorum ferre non potui. Ad templum Jovis ducitur et pro recuperatione luminis taurum cum cornibus aureis pollicetur. Sed cum nichil proficeret filium pro sua sanatione rogavit et lumine eius precibus recuperavit. Cum autem nec sic crederet sed potius filium occidere cogitaret. Angelus domini Modesto pedagogo apparuit et ut navem conscenderet puerum ad aliam terram ducens imperavit. Quod cum fecisset. aquila eis de cibum afferebat et multa ibidem miracula faciebant. Interea filius Dyocleciani

cum imperatoris ad mortem rapit(ur)
et in vitus Lucanas veniat se(m)i-
n(um) qua exire fatetur. Vitus que(ritur)
et inventus ad imperatorem ducitur.
Cui dyoclecianus: puerum meum
sanare potes? Cui ille: non ego
sed dominus. Statimque super eum manum
imposuit et protinus demon ab eo
aufugit. Et ait dyoclecianus:
puer consule tibi et diis sacrifica-
re ne mala morte intereas. Quod
cum ille recusasset et in carcerem cum
modesto missus fuisset subito
moles quibus eis erant in porta cecider(unt)
et carcer immenso lumine claruis-
set. Quod cum imperatori nunc-
iatum fuisset eductus in clibanum
mittitur, sed inde illesus egreditur.
Tunc leo terribilis ad eum mittitur
devorandum, sed inde fidei virtute
placatur. Tandem ipse cum modesto
et crescencia nutrice sua que ipsum
secuta fuerat in eculeum suspendi
iubetur. Sed subito aer turbatur,
terra concutitur, tonitrua mugiunt,
ydolorum templa corruunt et mul-
tos occidunt. Imperator territus
fugiens pugnis se percuciebat
dicens: Ve mihi quia ab uno puero
superatus sum. Illi autem ab an-
gelo continuo soluti iuxta quod-
dam flumen se invenerunt et
ibidem pausantes et orantes
animas domino reddiderunt. Quorum
corpora ab aquilis custodi-
ta florencia illustris matrona sancto
vito revelante reperit et cum
aromatibus honorifice sepelivit.
Passi sunt autem sub dyocleci-
ano circa annos domini cc lxxx-
vij to. De sancto Quirico et Iulitta

Quiricus querens arcum
vel a chisil quod est fortitudo
et cus niger quasi fortis per
virtutem et niger per humilitatem.

Passi sunt circa annos domini
230 sub Alexandro imperatore.

Iulitta iuvans vita quia vita spi-
rituali vixit et per hoc multis a-
liis profuit. Quiricus filius il-
lustrissime matrone yco-
nii que persecutores declinare vo-
lens in tarsum cylicie cum puero
suo quirico qui erat trium annorum
venit. Sed alexandro presidi pre-
tatur in ulnis suis puerum ges-
tans. Quod due famule sue
videntes fugientes eam solam
protinus reliquerunt. Preses igitur pu-
erum in ulnis suis cepit et matrem
suam sacrificare nolentem crudis ner-
vibus nimis flagellare cepit.
Puer autem matrem suam flagella-
ri conspiciens amare flebat et la-
mentabiles voces dabat. Preses
puerum inter ulnas et super genua
ponens cum osculis et aliis bla-
diciis demulcebat. Infans autem
ad matrem respiciens presidis os-
cula abhorrebat et caput cum in-
dignatione avertens vultum eius
unguibus laniabat et mini conso-
nas voces dabat et quasi diceret:
et ego christianus sum. Tandem diu
reluctatus presidem in scapula mo-
mordit. Tunc preses indignatus
et dolore cruciatus puerum ab alto
per gradus precipitavit ita ut tri-
bunali tenellum cerebrum adhereret.
Iulitta vero filium ad regnum precessisse
videns leta gratias deo reddi-
dit. Tunc iulitta iussa est excori-
ari et bullienti pice perfundi
et deinde capite truncari. In qui-
busdam autem historiis legitur quod pre-
ses matrem cum puero scindi fecit
et eorum membra ne a christianis
sepeliretur dispergi mandavit
sed tamen ab angelo sunt collecta et noc-
te a christianis sepulta. Horum cor-
pora tempore constantini magni

imperatoris cum pax ecclesie esset red-
dita ab una de ancillis que sup-
erat fuit inventa et devotione
magna ab omni populo honoratur.

De sanctis marcelliano et marco

Clarissimis viris marcelli-
ano et marco geminis fra-
tribus capitali sententia condempnatis
impetraverunt amici triginta
dierum inducias ut eos interim
ad sacrificandum ydolis suis per-
suasionibus emollirent. Accéden-
tes igitur amici mater et pater coniuges
cum filiis nitebantur eos verbis
et fletibus quibus poterant emollire
verum ipsi christo confortati verbis
sancti sebastiani non solum non acqui-
everunt ipsis sed et cum eos liberasset
nicostratus fugere noluerunt
carnales autem affectus repu-
diantes viderunt amicis.
Discite ait sanctus marcus ca-
rissimi et vir disciat affectus
contra omnes sagittas affectuum
carnalium clipeum virtutis oppo-
nere atque inter acies dimicando
acrius adversus regem fortitudo pervenire
gloriosiores faciunt milites vul-
nera pro imperatore suscepta. In
hoc dyabolus sentit in quo providet
perseverante tropheo se posse
torqueri et ideo tormenta in-
fert ne spes eripiat morte
minatur ut terreat vitam pro-
mittit ut eripiat felicitatem
pollicetur ut tollat. Hec eius
est calliditas. A simplicibus cor-
pus eripe et vincis animam suf-
fugere. Nos econtra contenda-
mus hosti non cedere. Corpus
contempnere atque subvenire. Igitur
cum hec prosequeretur ceperunt omnes
qui aderant flentes ponitere
quod ab agone martyrii ausi fu-
fuissent eos ab eis revocare. Tan-
dem ambo fratres ad stipitem
ligati in manibus acutos ac-
ceperunt clavos. Et dicebat
fabianus prefectus: Tam diu
stabitis fixis plantis quo-
usque diis debitum reddatis of-
ficium. Tunc ambo in uno ligno
confixi psallebant dicebant: Ecce
quam bonum et quam iocundum ha-
bitare fratres in unum. Et dixe-
runt fabiano: Numquam tam bene
epulati sumus. Modo enim cepi-
mus esse fixi in amore christi. Uti-
nam nos sic esse permittas quam
diu corporis huius tegimine indu-
imur. Cumque tunc fuissent una die et
una nocte et illi in ymnis et
psalmis perseveraret iussit
eos lanceis per latera transfi-
gi. Sepulti sunt autem milia-
rio secundo ab urbe ubi laudis
tytulos et sanctorum triumphos
qui in christo gloriati sunt matuti-
nis horis qui affuerunt audi-
erunt.

Et sic per martyrii palma adquisita dia migraverunt in via appia

De sanctis Gervasio et prothasio

Gervasius dicitur a gerar quod e-
st sacrum et vas vel a gena
quod est incolatus et syor parvulus
quasi sacer parvulus incola. Vas per vir-
tutum receptaculum peregrinus
per mundi contemptum parvulus per
sui despectum. Prothasius
a prothos quod est primus et syos deus
sive divinus vel a procul et stasis quod
est status quia primus fuit per dignitatem
divinus per dilectionem procul positus
a mundi affectione. Gervasius
et prothasius gemini fuerunt fra-
tres filii fuerunt sancti vitalis
et beate valerie. Qui omnia sua
pauperibus pauperibus eroga-
tes manebant cum sancto nazario
qui oratorium construebat et

[illegible] Neroni [illegible]

In loco quod vocatur ad arenas qua
capte arenae illuc erant ex
quibus urbis menia struebantur

puer celsus ei lapides porri-
gebat. Cum autem omnes ad impera-
torem ducerentur sequebatur eos
eiulans puer celsus. Tunc
cum unus militum alapis cederet
et cedentem nazarius increparet
irati milites nazarium calci-
bus ceciderunt et ipsum cum ali-
is in carcerem recluserunt. Sed
tandem gervasium et prothasium
mediolanum duxerunt. Eo
tempore superveniente comite as-
tasio qui contra marcomannos
proficiscebatur ad bellum deorum
cultores eidem occurrerunt asse-
rentes quod dii eius unde contempne-
rent nisi prius gervasius et pro-
thasius ymolarent. Continuo
igitur tenentur et ut sacrificent
invitantur. Cui cum gervasius
omnia ydola surda et muta diceret
et ipsum ab omnipotenti deo victo-
riam requirere debere doceret
iratus astasius tamdiu eum
plumbatis cedi jussit quam-
diu spiritum exalaret. Deinde pro-
thasium accersiri fecit eique
dixit. Miser vel tu vivere stude
et noli cum fratre tuo mala mor-
te perire. Cui prothasius. Quis
est miser ego qui te non timeo
aut tu qui me timere probaris. Cui
astasius. Ego te quomodo timeo.
Cui prothasius. Inde me timere
probaris et ledi si non sacrifica-
vero diis tuis. Qui enim te ledi
a me nequaquam timeres numquam
ad sacrificium ydolorum me ipsum com-
pelleres. Tunc eum comes in eculeo
suspendi precepit. Cui pro-
thasius. Non tibi comes irascor
quia cecos cordis tui oculos
attendo sed pocius tui mise-
reor quia nescis quid facias. Age
igitur quod cepisti ut cum fratre meo

hodie in possit occurrere be-
nignitas salvatoris. Tunc comes
jussit eum decollari. Philippus
servus christi cum filio suo corpora
eorum rapuit et occulte in domo
sua in archa saxea sepelivit et
libellum eorum secum vitam et finem
continentem ad caput eorum posuit.
Horum autem corpora multo tempore latu-
erunt sed tempore beati ambrosii hec
corpora reperta fuerunt. Ambrosius
namque in ecclesia sanctorum naboris et
felicis in oratione posito ita ut nec
vigilaret aperte nec dormiret inte-
gre apparuerunt duo pulcherrimi
iuvenes vestibus candidissimis
id est colobio et pallio induti et ca-
ligulis calciati secum manibus
extensis orantes. Oravit igitur
ut si esset illusio effugaretur si
autem veritas demum revelaretur.
Cum igitur non canente gallo oran-
tes secum iuvenes apparuerunt.
Tercia vero nocte defecto iam
ieiuniis corpore non dormienti
sed stupenti cum tercia vice apparuere
persona que similis paulo videbatur
quem in pictura perspexerat. Illis
tacentibus apostolus sibi dixit.
Isti sunt qui nichil terrenum desideran-
tes monita mea secuti sunt
quorum corpora in eo loco reperies
in quo stabis. xij. pedum alti-
tudine terre cooperta archa in-
venies et ad caput eorum libellum
in quo ortus eorum continetur et
finis. Convocatis igitur vicinis
episcopis ipse prior terre fossor ac-
cessit et omnia prout dixerat sibi
paulus invenit. Et licet iam
trecenti anni et ultra fluxissent
ita tamen eorum corpora integra sunt
reperta ac si hora ipsa ibidem
posita fuissent. Insuper et odor
mirabilis inde fragrabat

Ambrosius in praefatione sic ait: Hi sunt qui vexillo [illegible] signati, victricia
apostoli arma sumpserunt, qui a mundanis nexibus absoluti, inimici
hostis vitiorum aciem prostraverunt, liberi et expediti christum dominum
sunt secuti. O quam felix germanitas quae sacris inhaerens eloquiis
nullis potuit interpolari contagiis. O quam gloriosa certaminis causa
ubi pariter coronantur, quos unus uterus matris effudit.

Cecus autem quidam tangens feretrum illuminatus est et multi alii meritis eorum curati sunt. Refert Ambrosius in xxii libro de civitate dei quod ipso presente et imperatore et multa turba quidam cecus apud Mediolanum ad corpora martirum Gervasii et Prothasii lumine recepto. Utrum autem sit predictus cecus an alius ignoratur. Ibidem etiam refert quod quidam iuvenis in villa que dicitur Victoriana que a porregio minus triginta miliaribus distat cum in quodam flumine equum lavaret statim cum dyabolus subito eum necavit et in flumine tamquam mortuum proiecit. Cum autem vespere in ecclesia Gervasii et Prothasii que prope erat cantaretur ille quasi in vocibus illis percussus cum grandi fremitu ecclesiam intrans altare tenebat moveri non valens tamquam ligatus ibidem fuisset. Et cum demum exiret admirantibus illis, sed eius membra amputare cum exiret mirabantur. Cum igitur exiret oculus eius in maxilla fusus tenui venula dependebat et in loco suo sic potuerunt reducere. Et cum inter paucos dies meritis sanctorum Gervasii et Prothasii plene sanatus est. In horum sollempnitate pax inter Longobardos et romanum imperium reformata fuit. Et ideo Gregorius papa instituit ut cantaretur in eorum festo Loquetur dominus pacem in plebem suam in introitu misse. Ipsum officium partim sanctis convenit partim eventibus qui temporibus contingere diebus.

De sancta Marina virgine

Marina virgo erat unica patri suo. Cum autem pater quoddam monasterium intrasset mutavit habitum filie sue ut non femina sed masculus videretur. Rogavitque abbatem et fratres ut filium suum unicum reciperent. Qui eius precibus annuentes in monachum eum receperunt et frater Marinus ab omnibus appellabatur. Cepit autem valde religiose vivere et valde obediens esse. Cum autem esset xxvii annorum et pater eius se mori appropinquare sentiret filiam suam vocavit et in bono proposito confirmans precepit ne alicui umquam aliquem revelaret quod mulier esset. Ibat igitur frequenter cum plaustro et bobus et ligna in monasterio deferebat. Consueverat autem hospitari in domo cuiusdam viri cuius filia cum de quodam milite concepisset interrogata Marinum se violasse asserit. Interrogatus Marinus cur tantum flagicium perpetrasset se peccasse fatetur et veniam petit. Statim de monasterio eicitur et ad hostium monasterii manens tribus annis ibidem permanens buccella panis sustentabatur. Postea filius ablactatus abbati mittitur Marino educandus traditur et cum eo per duos annos iterum commoratur. Omnia autem in maxima patientia recipiebat et in omnibus deo gratias referebat. Tandem eius humilitatem et patientiam fratres misti eum in monasterium receperunt et quequam officia viliora ei iniungunt. Ipse autem omnia hylariter recipiebat et cuncta patienter et devote agebat. Tandem in bonis operibus vitam ducens migravit ad dominum. Cum autem corpus eius lavarent et in vili loco sepelire vellent respicientes invenerunt ipsum mulierem esse. Stupefacti omnes et timore perterriti se in dei famula plurimum deliquisse fatentur. Currunt omnes ad tam grande spectaculum et veniam

postulant ignorancie et de
licti. Corpus igitur eius in ecclesia
sepelivit et honorifice condivit.
Illa autem que famulam dei defa
maverat a demone rapitur et
scelus suum confitens et ad sepul
crum virginis veniens liberatur.
Ad eius tumulum populi undique con
fluunt et multa miracula ibi
fiunt. De decem milium martirum

Hodierna die passio et
memoria beatorum decem mili
um martirum a fidelibus agitur. Inter
quos tres viri perexcellentissimi
fuerunt. Quorum unus vocaba
tur martinus alter achaius tercius al
exander. Decimo kalendas julii
passi sunt [illegible] nomine uno die cum
[illegible] sub adriano im
peratore et sex aliis regibus qui
militabant in adiutorium. Isti san
cti martires cum ab imperatore ad sacri
ficandum compellerentur dixerunt
O imperator ydolis surdis et
mutis thura non offerimus
sed sacras preces sacrificium jocunditatis et im
maculatum nos offerimus domino
deo nostro ihesu christo regi immortali
qui de celo dignatus est descendere
et de virgine nasci et ad ultimum
eciam voluit cruci affigi quem
tu cecitate ignoras. Tunc iratus
imperator jussit eos torqueri
et multis tormentis affligi. Ad
ultimum jussit eos crucifigi. Et
tormenta que passus est dominus noster
ihesus christus illata sunt eis. Et
que illi forti animo sustinuerunt
et fide firmissima. Inter quos
eciam sanctus hermolaus archie
piscopus passus est qui eosdem cru
tit? et baptizavit. Locus ubi
passi sunt sancti martires predicti fue
runt exercitus regis et imperato
ris exigimus? multa. Locus in

quo passi sunt sancti martires xpi
mons magnus est et vocatur ara
rath? [illegible] in armenia distans
quindecim stadiis a civitate alex
andria que magna est quingentis stadiis
continentibus. Passi sunt sancti mar
tires xpi feria sexta hora vero
sexta tria tormenta multa in corporibus
suis. Terremotus factus est mag
nus et petre scisse sunt et tene
bre facte sunt. Et monumenta aperta
sunt et multa corpora sanctorum et mor
tuorum surrexerunt et intraverunt
civitatem alexandriam et in civitatibus
vicinis. Et omnia signa que in mor
te domini nostri ihesu xpi apparuerunt
in passione eorum visa sunt. Quando
sancti martires fundentes oraciones
suas quasi uno ore dixerunt ad dominum
Domine deus omnipotens memento nostri
in hoc patibulo crucis. Et exau
di preces nostras et eam quam atque pe
timus nobis efficaciter concedere
digneris. Petimus ergo ut qui
cumque memoriam nostre passionis
devoto corde et ore cum ieiunio
et oracione celebraverint fructu
operum incedeum? et ubertate omnium
bonorum in domibus eorum inter et
fidelis ante percipere mereantur ad pros
peritatem. Et tribuas eis sani
tatem corporis et medelam et requi
em eternam animabus. Et qui in
prelio fuerint non prevalebunt eis
hostes sui et inimici visibiles et in
visibiles te eos protegente. Et
qui in via fuerint ubi aqua ubi
cumque tribulacione et nomine
sanctum tuum pro nos invocaverint
ab omni adversitate eos libera
et custodi. Dies quoque eorum in
pace disponas et eos in omni tempore
protegas. Et post hanc vitam
ad eternam gloriam et requiem eos

peruenire concedas. Decem milium
martyrum passionis merita in-
tegrum annum perpetualiter deuote
obseruantibus impleat. Hoc
etiam a te petimus creator domine
dissipa omnes occupatores corporum
et omnes spiritus immundos. Conserua in
firmitate. Hostium rabiem atque
subitaneam et improuisam mortem
et cuncta mala ab eis repelle.
Et ne memineris in statum corporum
et ultimo die districti iudicii ne
dampnentur cum impiis sed sal-
uentur cum electis. Quia laudabile et
gloriosum est nomen tuum in secula seculorum
amen. Facta est lux per spa-
cium unius hore et uenit vox de
celo dicens. Vos dilectissimi
mei omnia que petistis scitote
vos valide impetrasse. Gaude-
te et letamini quia corones vestre
coram Christo in mortali vacite ac fe-
liciter exaudite sunt. Et his dic-
tis in confessione vere fidei pro
nomine Christi Ihesu sancti martires passi
emiserunt spiritum et peruenerunt
ad regna celestia etc. **De sancto paulino**

Cum seuiente wandalorum tempore fuisset yta-
lia in campanie partibus depopu-
lata multique essent ex hac terra
in affricam regione transducti.
Vir domini paulinus cuncta que ad
episcopi habere usum potuit captiuis
et egentibus largitus est. Cumque
iam nichil super esset quod petentibus
dare potuisset, die quadam aduenit
quedam mulier vidua que
a regis wandalorum genero filium
suum ductum in captiuitatem fuisse
perhibuit atque a dei viro pre-
cium postulauit si forte dominus
eius dignaretur hoc accipere
et hunc concederet ad propria redire.
Paulinus uero summopere quod pe-
tenti femine dare potuisset
inquireret apud se nichil aliud
inuenit nisi se. Dixit: Mulier
quod possum dare non habeo sed memet
ipsum tolle et ut filium tuum reci-
pias me iure illius in seruicium
tradas. Perrexerunt ambo
ad affricam. Precedente autem regis
genere qui eius filium habebat vidu-
a rogatura se obtulit et filium
suum ei dari postulauit. Quod
cum ille non solum facere sed etiam au-
dire despiceret vidua subiunxit
dicens. Ecce hunc hominem pro
eo prebeo mihi quod filium meum resti-
tue. Cumque paulinum conspexisset
qua arte nosset inquisiuit. Cui
paulinus: Arte aliqua nescio
sed ortum bene colere scio. Quod ille
libenter audiens eum suscepit
in seruum et roganti vidue filium
suum restituit. Quo accepto
ab affrica regione discessit.
Paulinus uero excolendi ortum
curam suscepit. Ad ultimum uero
redditis ei omnibus rapinis
ciuitatis sue et oneratis fru-
mento nauibus cum ingenti glo-
ria ex affrica regione ad pro-
priam patriam et sedem reuer-
sus est etc. **De sancto Johanne baptista**

Johannes baptista multipliciter
nominatur. Dicitur enim propheta, ami-
cus sponsi, lucerna, angelus,
vox, helyas, baptista saluatoris,
preco iudicis et precursor
regis. In propheta designatur pre-
rogatiua cognitionis. In amico
sponsi prerogatiua dilectionis. In
lucerna ardenti prerogatiua sanc-
titatis. In angelo prerogatiua
virginitatis. In voce proga-

tiua humilitatis In helya pro
gatiua fervoris In bap. proga
tiua mirabilis honoris In passione
progatiua predicationis In prour
soce progatiua jpacoiis Nati
uitatis iohannis baptiste ab angelo
gabriele hoc modo inchoata fuit.
David enim rex sicut legitur in historia scholastica
volens cultum dei ampli
are xxiiij^or summos sacerdotes in
stituit. quorum tamen unus maior
erat qui princeps sacerdotum dicebatur.
Statuit autem xvj viros de elea
zar et viij de ythamar. et secundum
sortes dedit unicuique ebdoma
dam vicis sue. Abyas autem viij
fuit de cuius genere zacharias. Erat
autem ipse et uxor eius elizabeth
senex et absque liberis. Cum ergo zacha
rias templum dei ut incensum po
neret ingressus fuisset et multitudo
populi deforis expectaret. apparuit
gabriel angelus. Cum autem zacha
rias in eius visione timeret. dixit an
gelus Ne timeas zacharia ex
audita est oratio tua. Mos enim est
bonorum angelorum secundum quod dicit glo
ex sua visione territos benigna
exhortatione protinus consolari. Sed ma
li angeli se in lucis forma trans
figurantes. si quos ex sui presentia
territos senserint. amplioris eos hor
rore concutiunt. Annunciat igitur
gabriel zacharie se filium habiturum
cuius nomen iohannes esset qui vinum et
siceram non bibet et ante dominum in
spiritu et virtute helie precedet. Iohannes
enim vocatur helias ratione virtutis
quia ambo victu pares. Ratione cul
tus quia ambo in vestitu viles. et
in cultu dei. ratione officij quia ambo
precursores sed ille precursor iudi
cis iste salvatoris. Ratione zeli
quia utriusque verbum quasi facula.

ardebat. Zacharias autem consi
derans suam senectutem et uxoris
sterilitatem dubitare cepit et more
iudeorum ab angelo signum requi
sivit. Angelus autem pro eo quod verbis
suis non credidit ipsum taciturnitatis
plaga percussit. Nota autem quod dubi
tatio quandoque consuevit fieri et excusari.
aliquando propter promissorum magnitudi
nem sicut legitur de abraham. Cum enim
ei dominus promisisset quod semen suum terram
chanaan possideret dixit idem
abraham. Domine deus unde scire
possim quod possessurus sim eam. Et respondit
dominus. Sume michi vaccam triennem.
Aliquando propter fragilitatis proprie consideratio
nem sicut patet in gedeone qui ait
Obsecro mi domine in quo liberabo
israel. Ecce familia mea infima est
in manasse. et ego minimus in domo
patris mei. Et ideo signum pecijt
et accepit. Aliquando propter nature impos
sibilitatem sicut patet in sara. Cum
enim dixisset dominus revertens veniam
ad te et habebit sara filium. risit sara
post hostium dicens. Postquam
consenui et dominus meus vetulus est.
Quid est ergo quod solus zacharias ex
eo quod dubitavit plaga taciturnitatis
incurrit. cum esset ibi et magnitudo
promissionis et impossibilitas naturalis.
Hoc multiplici de causa factum esse
putatur. Primo secundum bedam quia dissen
tiendo locutus est ideo silendo plec
titur. ut tacendo credere disceret. Secundo
quia ideo mutus factus est ut maius
miraculum in nativitate filij appareret.
Cum enim in nativitate iohannis loquela
redditur. miraculum miraculo cumu
latur. Tercio congruum fuit ut nascente
voce amitteret vocem qui vox nascebatur. et le
gi silencium imponebat. Quarto quia
ipse a deo signum petijt et ipsam ta
citurnitatem pro signo accepit. Cum

autem zacharias foras ad populum exisset et cum factum mutum videret cognoverunt per signa eum visionem in templo vidisse. Completa igitur septimana officii sui abiit in domum suam et concepit elizabeth et mensibus quinque se occultavit quia sicut dicit ibi ambrosius conceptus sui erubescebat ne in senectute vacasse libidini videretur. Que tamen in iuventute non dedit exercitio nisi causa sobolis. et tamen letatur carere obprobrio sterilitatis. quia obprobrium est mulieribus non habere filios nec sine causa nuptias quia ipse nuptie celebrantur et carnalis copulatus in tempore congruo generationi excusatur. Mense autem sexto beata maria que dominum iam conceperat congratulans virgo fecunda de oblata sterilitati et compatiens senectuti venit ad elizabeth. Et cum eam salutasset beatus iohannes iam spiritu sancto repletus sensit filium dei venisse ad se et pre gaudio in utero matris et motu salutavit quem voce non potuit. Mansit autem virgo beata tribus mensibus cum cognata sua ministrans ei. Natumque puerum virgo beata cum suis sanctis manibus de terra levavit et admodum gerule officiosissime se habuit. Hic domini precursor beatus iohannes specialiter et singularibus privilegiis pollet. Nam idem angelus qui dominum annunciavit ipsum annunciat in utero matris exultat. Matrem domini prophetice levat. linguam patris reserat. baptismum primus ordinat. Ipse ponentibus christum laudat. In lymbo positus christum venturum pronunciat. Propter hec novem privilegia vocatur a deo propheta et plus quam propheta sicut dicit christus. Propheta est beneficium a deo accipere. Unde propheta est baptismatis dedicare

Propheta est ut ipse de deo prophetizet. Omnes prophete prophetaverunt de christo. De illo autem prophetatum est. Ipse autem non solum prophetavit de christo sed etiam alii prophetaverunt de illo. Omnes portitores ubi fuerunt sicut autem ipsa vox. Quantum autem ipsa vox proximior est verbo non tamen est verbum. Tantum iohannes propinquior est christo non tamen christus. Beda ambrosius. Laus iohannis ex quinque comprehenditur. scilicet ex parentibus. miraculis. moribus. muneribus et predicatione. Laus autem parentum secundum eundem ambrosium ex quinque manifestatur. Dicit enim sic. Plena laudatio que genere. moribus. moderamine equitate. officio in sacerdotio. factis in mandatis. iudicium in iustificationibus comprehenditur. Secundo ex miraculis quorum quedam fuerunt ante eius conceptionem in utero scilicet angelica nunciatio nominis impositio. et loquele patris amissio. Quedam quantum ad eius conceptionem in utero scilicet supernaturalis conceptio. eius in utero sanctificatio. et prophetalis doni repletio. Quedam quantum ad eius nativitatem exitum scilicet utriusque parentis spiritus prophetalis adeptio. quia et mater nomen scivit. et pater canticum edidit. loquele patris reseratio. et spiritus sancti repletio. Unde et pater eius zacharias impletus est spiritu sancto. Unde ambrosius. Respice iohannem quanta vis sit eius vocabulum. cuius nuncupatio reddidit muto vocem. patri pietatem populo sacerdotem. Prius enim erat tacens lingua sterilis filio. privatus officio. At ubi iohannes nascitur repente propheta. loquele usum recipit. plebem affectu suscipit. sacerdotem recognoscit. Tercio ex moribus quia sanctissime vite fuit. Cuius quidem sanctitatis triplex testimonium habuit. Primo a supercelestibus id est ab ipsa trinitate et

apre q̄ uocat eū angl̄m Malach.
Ecce ego mitto angelū meū
t̄c Angelus aūt ē nomē officij
Et ideo dr̄ angelus rōne offi
cij exeo q̄ om̄ angelorum offi
ciū exercuisse videt̄. Hic em̄
h̄uit officiū seraphyn Sera
phyn intelligit̄ ardens · et
de illo dr̄ Eunnt̄ helyas q̄i
ignis t̄c Ipse em̄ venit i spū t
ūtute helye Scdō em̄ h̄uit
officiū cherubyn Cherubyn
em̄ int̄ptat̄ plenitudo sciē et
ideo dr̄ lucifer Job xxxviij.
Exeo q̄ fuit t̄minꝯ noctis ig
norancie t̄ i iciū lucis gracie
Tercio h̄uit officiū thronorū
quorum officiū ē iudicare Et de
iohē dr̄ q̄ arguebāt herodem
dicens Non licz t̄ h̄re vxorem
fr̄is tui t̄c Qr̄to h̄uit officiū
dnacōnū que docent nos er
ga subditos gere Et iohes
h̄ebat̄ erga subditos i amore
erga reges i timore Qnto
h̄uit officiū p̄ncipatuū qui
docent nos supiores reue
reri Et iohes de se dicebat
Qui de t̄ra ē de t̄ra loquitur
de xp̄o aūt. qui de celo uenit
sup om̄s ē Itē de xp̄o Cuiꝯ no
sum dignus soluere corrigi
am calciamentorum eius Sexto
officiū h̄uit ptātū p̄ quas po
testates aeree arcent̄ q̄ nō
potuerint nocē b' ia sc̄ificato
nos aūt arcebat dn̄ nos ad
baptismū p̄nie disponebat
Septīo h̄uit officiū v̄tutū
p̄ quas fiūt miracula Et lr̄s
iohes nullū miraculū i scrpo
ondit Magna em̄ miracula
+ silvestr. fuit mel locustas comedere
pilos camelorum i ducere t̄ hiꝯ
Octauo h̄uit officiū archan
gelorum q̄i reuelabat maiora
sicut erat q̄ spectabat ad nr̄am
redempcōz cū dicebat Ecce ag
nus dei t̄c Nono h̄uit officiū
angelorum q̄i nunciabat minora
sicut ea que spectant ad mores
ut illud p̄nīaz agite t̄c Item
nemine cōcuciatis t̄c Et Scdō
h̄uit testimoniū a filio sicut patz
Math. xj. ubi cū xp̄us mlrip̄
et mirabilit̄ comēdat dicens Int̄
natos mlierum nō surrex̄ maior
iohē bap̄ta Et tercio a sp̄u sc̄o
cū p̄ prez dix̄. Tu puer altis
simi uocaberis t̄c Et Qr̄to a ce
lestibus id ē ab angelis sicut
patz luce p̄o. Ubi cū angelus
mlrip̄ eū comēdat ondens gn̄te
sit dignitatis quo ad deū cū dic.
Erit em̄ magnꝯ corā dn̄o Qn̄
te sc̄itatis quo ad seipm̄ cū dr̄
vinū t̄ sicera nō bibet t̄ sp̄u
sc̄o replebit̄. Quāte utilitat̄
quo ad p̄ximū cū dic̄. Et multos
filiorum isrl̄ t̄c Tercio a subce
lestibus id ē ab hominibꝯ sicut
patz a p̄re suo t̄ vicinis cū di
cebat Quis putas puer iste erit
t̄c Qr̄to cōp̄hendit̄ laus io
hanis ex munere h̄uit em̄ munꝯ
i utō · i ingressu · exutō i mundi
p̄gressu t̄ i mundi egressu In utō
h̄uit t̄pl̄x̄ mūa scilꝫ munꝯ gracie
P̄mo h̄uit graciam q̄a i utō sc̄ifi
catus fuit Unde fuit an̄ sanctꝯ
quā natꝯ scilꝫ ɔ̄. Ibus qua te for
marē i utō nō ui te t̄ āq̄uā
exires sc̄ificaui te · Scdō grāz
q̄ua cōphari meruit sicut q̄i in
utō mris exultans deū adesse
cognouit Unde Crisos volens
ondere quo plus quā p̄pha fuit
dr̄ p̄phē ē p̄mitūd p̄fisconis

et fidei pphiam accipe nō ut
ꝑus fiet ꝓpha q̄ua hō Et q̄a
conſuetudo erat ut ꝓphe i vn
gerent̄. tūc q̄m būti ūgo eliza
beth ſalutauit xp̄us iohēz in
ꝓphiam ī vnxit Vnde ꝯ dr̄ criſoſ
ī hec ūba Ideo xp̄us fecit ma
riam ſalutar̄e elizabz. ut ſmo
ꝓcedens deūtrō utris ubi hita
bat dn̄s. et ut paures elizabz
ī gͣſſus deſcenderz ad iohēz ut
illic vngerz eū ī ꝓphaz Tercio
gr̄az q̄ ſuis meritis mult ꝓphie
ſp̄m tradidit Vn̄ criſoſ. Voleñs
ondere qualit̄ fuit plusq̄ ꝓpha
ait Quis ꝓphas cū eſſz ꝓpheta
ꝓphiam facere potuit. Helyas
quidē vnxit helizeū ī ꝓphaṁ
nō tñ ꝓphandi gr̄az illi dona
uit. ꝯ ob illius ī ūbo ꝯfeſſionis
aꝑuit ut ciuiꝰ nō viderz ꝑſo
naz ꝯ gnoſcit dig̊ . dicēs Vn̄
hoc m̄ ut ueniat m̄r dn̄i mei
ad me ¶ In egreſſu exūto hūit
t̄plex muuꝰ q̄m eiꝰ ortus fuit
iāmaculoſus ſcūs ꝯ iocūdus
Q̄a iāmaculoſus excludit̄ de
ſcūs ī poſſiāo q̄a ſcūs reatꝰ
culpe. q̄a iocūdus lamētū
miſerie ¶ Celebrat̄ autez
eiꝰ ortus ſm̄ ut titulus ſcd̄m ma
giſtrūs gwilhm̄ altiſiodoreſe
t̄plici rōne p̄mo rōne ſcifica
tōnis ī ūtō Scd̄o rōne dignitatis
ī officio Ipe eni tanq̄ luci for
uenit et etnm gaudiū nobis
p̄mꝰ nuctiauit Tercio rōne
iocūditatis ī ortu ſuo Dixit
eni angelus. et m̄lti ī natiuitate
eiꝰ gaudebūt. et ideo dignū
ē ut nos ī natiuitate eiꝰ gaudeamꝰ
In ꝓgreſſu hūit m̄ltiplex muuꝰ
m̄ h̄ autē patz eiꝰ excellētiſſi
ma ꝯ diuſa muña gr̄e q̄m

hūit ꝑfacom oīm ſtoꝝ Nam
ꝓpha fuit q̄m dixit Qui poſt
me venturꝰ ē. Plusq̄ ꝓpha
q̄m ipm̄ digito demrauit A
poſtolus q̄m adeo fuit miſſꝰ
Aplus eni idē ē q̄ miſſꝰ Vn̄
fuit hō miſſꝰ adeo ꝯ Martir
q̄m ꝓ iuſticia morte ſuſtinuit
Confeſſor q̄a confeſſus ꝯ nō
negauit Virgo vn̄ ꝓpt̄ eius
p̄itate angelus appellatus
ē mal. iij. In egreſſu deniq̄
do hūit t̄plex muuꝰ q̄a eſſiād
m̄rtir ī uictus. tūc eni palmā
m̄rtij adeptus ē Digut̊ m̄rt
nūciatus pāoſus Ipe eni tūc
hijs q̄ erant ī lymbo pāoſū
nūciū attulit ſcz de aduētu
xp̄i ꝯ redēpcōne nr̄a Et colit̄.
eius exitus glōſus Eius eni
exitus deomibus q̄ ad limbū
deſcenderūt ſpalit̄ ab ecc̄a ſol
lēpnizat̄. ꝯ glōſe colit̄. Qñ
to expdicacōe Circa quꝫ pre
dicacōz aug̊ ponit iiij or cū
dr̄. Et m̄ltos filioꝝ iſrahel cōuer
tet ad dn̄m dm̄ ipoꝝ Et ipe
p̄ibit ꝯ ꝓ̄ualit ꝯ ſcz fructū
ordine uirtute ꝯ fine ſcd̄
ī lra patz Et nota q̄ p̄dicacꝰ
iohis t̄plex fuit Ipe naq̄z pre
dicauit feruēt̄. efficacit̄ et ꝯ
prudent̄ Feruent̄ cū dicebat
genimina vipaꝝ ꝯ Cuiꝰ q̄de
feruor fuit īflamatus cari
tate q̄a erat lucerna ardēs Vn̄
ipe dicit̄ ī pſona ſc̄. Poſuit
os meū dn̄s q̄ſi gladiū acu
tū Informatus ūtute quia
erat lucerna ardens ꝯ lucens
Vn̄ Ioh. v. Vos miſiſtis ad
iohēm ꝯ ille teſtioniū ꝑhibuit
ūitati Dirctus ī diſcrecōe ſiue
ſcīa vn̄ publicanis ꝯ militibꝰ
ſcdm̄ vniuſcuiꝰqꝫ exigenciaz

cpam legem dedit Firmus con
stancia vn̄ et tn̄ ꝯstant̄ pdica
uit qꝛ exħo vitā amisit Fecer
ent quator dz hr̄e zelus scdm
qꝛ dicit̄ Bh̄ʒ zelus tum i flāmet
caritas · i formet veritas pregat
scīa · et firmet ꝯstancia Q3 ḥ ado
efficacit̄ sm̄ ad eius pdicaroꝫ
multi qui si fuit pdicauit
vbo passiduitate doctrine et
exemplo pfectitate vite Ito
prudent̄ cuius prudencia pdi
caoīs i tbus fuit p̄o · qꝛ ipsis
e ꝯminatoibus vt malos
terreret dicēs Ia em̄ securis
ad radice posita e Sc̄do pmis
sionibus vt bonos alliceret di
cens pniaꝫ agite appinqbit
em̄ regnū celoꝝ Iᵒ moderatoi
bus vt mediocres paulati
ad pfectone attraheret vn̄ turb
et publicanis leuia i poneb̄t
vt postmodū ad maiora p
veheret turbis vt in eo opib
i sistent̄ · pᵒ publicanis vt scħb
alienoꝝ appetitu abstinerent
militibus vt nemīeꝫ ꝯcuterent
et nulli calupniā facerent et suis
stipendijs ꝯtenti Et notā qꝛ
iohēs euang̃ta hac die migrāuit
ad dn̄m ꝟ3 ecc̄ia festū euang̃te
i tcīū diem pt̄ xp̄i natiuite ce
lebrandū instituit quia tuc eius
ecc̄ia dedicata fuit et sollempnitas
iohīs baptiste i suo die manet
Nimis quā dies hec ab angelo
gaudio natiuitis precursoris
autenticatus fuit Non aute
dogmatizandū qꝛ euang̃ta bap
tiste cesserit tamquā minor ma
iori Non enī decens e qs eoꝝ
maior sit disputare qꝛ i quodā

exemplo diuinitus est ostensum
Erant aut̄ duo theologi docto
res quoꝝ vnus baptistā alt̄
euangelistā pferebat Tamē sup̄
hoc sollempni disputacone in
dicta · quilibꝫ valde sollicitus
erat auctoritates et efficaces
rones i venire quibus suum
iohem posset pferre Adue
niente aut̄ disputacois die
quilibꝫ suoꝝ emulatori suo
dixit Nn concordes sumus in
celis · de nob̄ no disputetis
in terris Tunc illi h̄ ad inuice
et omni ꝑplo visione pdicaue
runt et dn̄m benedixerunt Pau
lus historiographus Ro
mane ecc̄ie dyaconus et cas
sinensis monachus cū debet
quadam vice ceꝛm ꝯsecrare
fauces eius rauce fce s̄t cū
prius nocalis esset Vnde ergo
ut vox h̄ restitueretur ymnū
Vt queant laxis de
ad honoꝝ sc̄i iohīs ꝯposuit
vbi i pncipio h̄ petit voce
restitui sicut zacharie resti
tuta fuit · Ossa mortuoꝝ
animaliu i vnū quemꝫ collata i
hac die ab aliquibus ꝯburun
tr̄ · Cuius duplex ro e Vna est
antique i stitucois obseruancia
Sunt enī aīalia q dracones
vocant̄ que i aere volant
i aqs natant i t̄ra ambulant
Quos aut̄ dū ambularent
pacta ad libidinē ꝯcitaba
tur · et i puteis et i aqs flumi
nalibus spma iactabat et inde
sequebatur letalis annus quia
hoc g̃o istud fuit i ventū re
mediū ut de ossibus regnis

fiet et sic talia et alia fugiunt. Et quia istud magice fiebat isto tempore, ideo adhuc ab aliquibus observabatur. Alia tamen est ratio assignanda quia ossa beati iohannis baptiste in sebaste civitate combusta sunt ab infidelibus. Feruntur etiam facule ardentes quia fuit lucerna ardens et lucens. Et rota volvitur quia sol tunc in circulo descendit, ad significandum quod fama iohannis qui christus putabatur descendit secundum quod ipse testimonium perhibuit dicens: Illum oportet crescere, me autem minui. Hoc significatum est secundum quod dicit augustinus in eorum ortibus et in eorum mortibus. In eorum ortibus quia circa nativitatem sancti iohannis incipiunt dies decrescere, et circa nativitatem christi crescere, iuxta illud: Solsticium decimo christum preit atque iohannem. In eorum mortibus quia corpus christi in cruce est exaltatum, corpus iohannis capite minoratum. Rotharith rex longobardorum in ecclesia sancti iohannis baptiste cum multo ornatu sepultus fuit. Quidam cupiditate illectus nocte sepulcrum aperiens abstulit omnia. Cui iohannes apparens dixit: Cur ausus fuisti tangere mihi commissum? Ecclesiam meam de cetero ingredi non valebis. Quod utique factum est et sic evenit. Nam quotienscumque ecclesiam intrabat vel intrare volebat, quasi a validissimo pugile guttur eius feriebatur et sic subito ruebat retro.

De sanctis martiribus Johanne et paulo

Johannes et paulus primicerii et prepositi constancie filie constantini augusti extiterunt. Eo autem tempore cum gentes sithice traciam occupassent et gallicanus dux romani exercitus contra predictam gentem mitti deberet, constanciam filiam constantini pro mercede laboris sibi in uxorem dari petebat. Quod etiam romani principes instantius fieri postulabant. Pater autem plurimum contristabatur, sciens filiam suam postquam a beata agneta sanata fuit in virginitatis proposito permansisse et facilius occidi posse quam ad consensum inclinari. Virgo tamen patri consuluit ut ei spondeat cum victor redierit, receptis duabus filiabus quas ex uxore sua defuncta susceperat idem gallicanus, secum manere permitteret, ut per eas mores et notum patris scire possit, et ipsa duos prepositos suos iohannem et paulum sibi concederet. Quod ubi omnibus placuit, gallicanus assumptis iohanne et paulo et copioso exercitu proficiscitur, sed tamen a sithiarum gente eius exercitus fugitur et in urbe tracie ab hostibus obsidetur. Tunc accedentes iohannes et paulus dixerunt ei: Fac votum deo celi et si te liberaverit christiani fiemus et eris victor melior quam fuisti. Quod cum fecisset, statim iuvenis ferens in humero crucem sibi apparuit eique dixit: Sume gladium tuum et sequere me. Quem ille arripiens per media castra iuit et ad regem usque adveniens illumque occidit et solo timore universum exercitum subiugavit et romanis tributarios fecit. Factus igitur christianus roma rediit et cum multo honore

primicerii

Ambrosius de his martiribus in prefatione [illegible] Beati martires Iohannes et Paulus [illegible]

ſuſceptus eſt. Rogauit auguſtum ut ſibi indulgeret ſi filia ſua minime deſponſaretur. eo quod xpo continenter viuere proponeret. Quod cum auguſto plurimum placuiſſet et due filie gallicani a conſtancia virgine ad xpm conuerſe fuiſſent Ipſe gallicanus ducatui ceſſit et omnia pauperibus tribuens xpo cum alijs dei ſeruis in paupertate ſeruiuit Multa autem miracula faciebat ut ſolo iuſſu demones de obſeſſis corporibus effugaret Mortuo autem conſtantino et iuliano poſtea impio ſublimato iuſſit iulianus aut dijs ymolaret aut abſcederet Tanto enim viro necem non audebat inferre. Ille autem alexandriam perexit et ab infidelibus per cor tranſfixus martirij coronam percepit. Ac iulianus captus cupiditate ſacrilega auariciam ſuam euangelij teſtimonio colorabat. Alias facultates xpianis auferens dicebat. Xpus veſter dicit in euangelio Qui non renunciauerit omnibus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus Audiens ergo quod iohes et paulus ex opibus quas virgo conſtancia reliquerat xpianos pauperes ſuſtentabant mandauit eiſdem quod ſicut conſtantino ita et ſibi adherere deberent Ac illi dixerunt Dum glorioſi imperatores conſtantinus et filius eius conſtans et conſtancius ſe eſſe ſuos xpi gloriarentur nos famulamur eiſdem Tu vero religionem virtutibus repleti a te omnino receſſimus et obedire contempnimus. Quibus iulianus mandauit Ego optinui in eccleſia clericatum et ſi voluiſſem ad ſummum gradum eccleſie perueniſſem ſed conſiderans vanum eſſe in heracia ſectari et ocium. militie arma dedi dijs ſacrificans imperium optinui eorum ſuffragijs Sed vos aula regia nutriti non debetis lateri meo deeſſe ut primos in palacio vos habeam. quod ſi a nobis contemptus fuero agam quod neceſſe eſt ut contempni non poſſim Qui reſpondentes dixerunt Deum tibi proponentes minas tuas nequaquam timemus ne dei eterni inimicicias incurramus. Ad hec iulianus Si infra decem dies ultro ad me venire contempſeritis coacti poſtmodum facietis quod ſponte facere non curatis Cui ſancti reſponderunt Jam in ducias decem dies exiſtima preteriiſſe et id quod nos poſt decem dies minaris te eſſe facturum hodie perfice Quibus iulianus Putatis quod vos martires ſibi faciant xpiani. niſi conſenſeritis puniam vos non ut martires ſed ut publicos hoſtes Tunc iohes et paulus per totos decem dies elemoſinis inſiſtebant et omnia ſua pauperibus erogabant Decima autem die tranſacta. miſſus eſt ad eos terencianus qui dixit eis Dominus meus iulianus ſtatunculum aureum iouis nobis miſit ut ei thura incendatis alioquin ambo ſimul peribitis Cui ſancti dixerunt Si tuus dominus eſt iulianus nobis alius dominus non eſt niſi dominus ihus xpus Tunc iuſſit

eos occulte decollari et in foveam
intra domum eorum sepeliri. Fa-
mam faciens quod in exilium essent mis-
si. Post hec filius Terenciani a de-
mone arripitur et intra domum
clamare cepit quod a demone vexa-
retur. Quod videns Terencianus
scelus confitetur et christianus effici-
tur et passio ab eo conscribitur et eius
filius sanctorum meritis liberatur. Re-
fert autem Gregorius in omelia. Sicut ab
vt. patribus me venit quod quedam
matrona dum ecclesiam horum martirum
frequentius visitaret et die qua-
dam inde rediret duos fratres
sub peregrino habitu monachos inve-
nit. Quos peregrinos credens ele-
mosinam eis dari precepit. Sed priusquam
dispensator eius ad largiendam
elemosinam appropinquasset astite-
runt ei vicinius et dixerunt.
Tu nos modo visitas nos te
in die iudicii requiremus et
quicquid possumus tibi prestabimus.
Quo dicto ab oculis eius ab-
lati sunt etc.

De sancto Leone

Leo papa in ecclesia sancte Marie
maioris in die dominice resur-
rectionis missam celebrabat
et dum fideles per ordinem communica-
bat et quedam matrona manum
eius osculata fuisset ex hoc in
eum vehemens carnis temptatio
insurrexit. At vir dei in semet
ipsum severissimus ultor insur-
gens eadem die manum se scan-
dalizantem amputavit et a
se reiecit. Interea murmur di-
cebatur in populo cur dominus papa summus
pontifex more solito non ce-
lebraret. Tunc Leo ad beatam vir-
ginem se convertit et eius providen-

... circa annos
domini 450

cie totaliter se commisit. Que illi con-
tinuo astitit et manum suam
suis sanctissimis manibus sibi
restituit et formavit iubens
ut procederet et filio suo sacrifici-
um immolaret. Leo igitur omni
populo quod sibi contigerat predicavit
et manum sibi restitutam omnibus
evidenter ostendit. Hic calcedo-
nense concilium celebravit
et solas virgines ibi vela-
ri instituit. Ibidem eciam statu-
tum fuit quod beata virgo maria
mater dei appellatur. Eo quoque
tempore atyla ytaliam devastabat.
Beatus igitur leo in ecclesia apostolorum tribus
diebus et noctibus vacans orationi
post hec dixit ad suos. Qui vult
me sequi sequatur. Cum igitur athy-
lam appropinquasset ille ut beatum
leonem vidisset de equo descen-
dit eiusque pedibus provolu-
tus rogavit ut peteret quod
vellet. Qui petijt ut ab ytha-
lia discederet et captivos re-
laxaret. Et dum a suis argue-
retur quod triumphator orbis
a sacerdote victus esset respondit
providi mihi et vobis. Vidi enim
in dextris eius fortissimum mili-
tem evaginato gladio stare
mihi dicentem. Nisi huic paru-
eris cum tuis militibus inter-
ibis. Cum beatus leo epistolam ad
fabianum episcopum constantinopoli-
tanum adversus eutitem et nes-
torium scripsisset super sepulcrum
beati petri apostoli ipsam posuit
et in ieiunijs et orationibus insis-
tens et dixit. Quicquid in hac e-
pistola ut homo erravi tu
cui ecclesie cura commissa est accipe et

emenda. Et post xl^a dies
oranti illi petrus apparuit di-
cens: legi et emendavi. Alias
etiam xl diebus ieiuniis et
orationibus sepulcro sancti petri
beatus leo astitit obsecrans ut
suorum peccatorum veniam impetra-
ret. Cui beatus petrus apparens
dixit. Deprecatus sum pro te dominum
et omnia peccata tua dimisit solummo-
do de manuum impositione debebis
inquiri. et si bene sive aliter
alicui manus imposueris ex-
igeris.

De sancto petro apostolo

Petrus trinomius extitit
autem erat in carcere · et nutrix eius
ministrabat ei panem & aquam & as
piciebat illi per fenestram & orationes
eius scribebat · et omnes qui veniebant
cum dei timore aspiciebat · et
ecce subito de angulo carceris
exiit horribilis draco · totus
variis coloribus decoratus ca
pillis & barba eius aurea vi
debantur · autem dentes eius ferrei

oculi ei9 sicut margarite splende-
bant et dentibus ei9 ignis et
fum9 exiebat. lingwa ei9 anhe-
labat sup collum eius erat species
et gladius ardens videbat' i
manu ei9 et fetor fiaebat i car-
ce Erexit se et sibilavit fortit'
et fem e lumine i ore abigne q
exiebat de ore draconis. Hacte-
tuit margareta facta e ut her-ba
pallida et formido mortis cecidit
sup ea et costringebant' oia memb'
eius. oblita e em q pt nimi' pa-
vore. qa ds exaudiss3 oroz ei9
q'r q dixat. Demra in q metu
pugnat. et fixit genua sua i
tram. et expandit man9 suas
ad oroz et dix. Ds i visibilis
qui abyssi et tarthari abyssoru
continuit. q firmasti abyssu
i deficiente. et mih tmi' po-
suisti et no transibit peeptu tuu
Infernu deuastasti. dyabolu ligas-
ti. q extinxisti ptatez draconis
vtute tua magnu respice i me
et miserere mei qa sola su orpha-
na et tribulata. ne pmittas hac
fera nocere m. placeat t' dne ut
vinca eu et furore ei9 Quare
em adusu me uenit ignoro et
absorbere me festinat et i cauna
sua deducere Du hec dicet bta
margareta draco de suo apto por-
rexit sup calcaneu ei9 et suspi-
rans deglutiuit ea i vetre suu
sz crux xpi qua s fecit btissi-
ma margareta ipa crevit i ore
draconis et i duas ptes divisit
eu et inde btissima margareta
exiuit de ore draconis nullu
doloz hns inse. et i ipa hora as-
pexit i sinistra ptem et vidit
aliu dya'm sedente ut homi-
nigrimu man9 et genua
colligatos hntez. Bta uero
margareta videns illu orauit
dicens laudo et glorifico nom
tuu ds. gaudeo et exulto la-
pis angularis. ihu xpe i mor-
talis colupna fidei pncipi-
talis w sapie i mirabiliu anglor
rex petitus fundamentu eterne
nuc vidi fide mea floretez
vidi gaudiu aie mee vidi
rusione demone i tra pstra-
tu vidi vime homicidiu mt-
fectu vidi fetore ei9 amecess-
sate vidi i fernu eius pstra-
tu vidi vime comestore co-
culcatu vidi putredinez ei9
recedente ame. vidi venenu
eius terga utente. vidi rabi-
em ei9 quiescetez. vidi cruce
xpi florente. vidi corp9 me'
i odore suauitatis manes. In-
di dm sem ad me uenietem
Expecto coluba mea hylarez
ad me descendente. video gau-
deo et exulto de tua clemecia
et i tua suauitate gfisto. Draco
me audacer i fecit immisiforme
i imitu conculcaui. fiduciam
etna teneo. et ideo gras tibi
ago rex i mortalis petue im-
pator refugiu om pecc's gu-
bernator et turris fortitudi-
nis corona aurea. kathedra
aurea refectionis. lapis pcio-
sus saluator om deus benedict'
i scla sclor. Et du i oroe sua
hec dicet surgens demo acces-
sit et tenuit manu bte marga-
rete et dixit Margareta sufficiat

est quod fecisti Cessa iam de mea persecucione
quia nimium video te in oracione perseue-
rare Ego enim misi fratrem meum
rufonem ut absorberet te in simili-
tudine draconis et tolleret me-
moriam tuam de terra et obrueret
virginitatem tuam et perderet decorem
tuum. tu vero interfecisti eum et sig-
naculo me interficere cupis. pe-
to cessa de mea persecucione. Tunc sancta
virgo margareta capillos appre-
hendit demonem et deiecit eum in
terram et posuit pedem eius dex-
trum super ceruicem eius et dicebat ei.
Cessa maligne genus horribile
cessa maligne factor iniquitatis fera
rebellione ego ancilla christi et domes-
tica sum. ego ancilla dei. ego
sponsa dei cuius nomen est benedictum
in secula seculorum Et cum hec diceret
subito lumen refulsit in carcere
et crux christi videbatur usque in ce-
lum et columba sedebat super ipsam
crucem et dicebat Beata es mar-
gareta expectant te porte pa-
radisi Tunc gracias agens deo beata
margareta et conuersa ad demonem
dixit ei demon Deprecor te sancta
famula christi alleua pedem tuum
de ceruice mea et repausa modi-
cum et enarrabo tibi omnia opera mea
Tunc autem puella subleuauit
calcaneum suum de ceruice eius et sta-
tim demon demum dixit. Veritatem
el est cognomen meum frater beelzebuch
multos labores in ventrem meum
deduco. Et ego contra omnes pug-
no et nullus potuit me vincere
Tu autem oculum meum eruisti. vir-
tutem meam confregisti. rufonem
occidisti. et nunc quia video christum
inter manentem qui facit quod est placitum

Antequam christus maneret inter terra celos
et animus et totum corpus tuum extima-
tum erat. nunc autem ex quo cepisti ce-
lestem viam alia forma inter vi-
deo. Video thesauris paradisi quod dino-
scitur et signum christi ostenditur per quem in te
fructus iusticie maturus et suauis
et gracie plenus ostenditur. Candida es
super lacte. et digiti tui signaculo
christi. cum quo signaculo vicisti me fra-
trem et rufonem proprium occidisti. propter
quod et me alligasti Ego multum la-
bore abstuli et deglutiui in ventre
meum Ego sum qui pugno cum iustis
et intendo renes eorum et obceco o-
culos eorum. et obturo sensus eo-
rum. et facio eos obliuisci nomen
celestis sapiencie. et cum obdormiunt
venio super eos et excito illos
de sompno ut vadant super domos
et quos ita non possum mouere de somp-
no facio eos in sompno peccare. et cum
venticulo exhortans eos ut mihi
placeant. et tu de manu mea eruisti
et cum omnibus pugno et oculos confusso
Tunc de illis dico in quibus habeo potes-
tatem quos frigidos et sine vexillo
crucis inuenio Quia qui tecum sunt fideles
a bellis confusus et vacuus discede-
do quemadmodum ante hodie O beata
margareta superatus sum. et quod agam
ignoro. arma mea confusa sunt
nam si vir me vinceret non curassem
ecce autem tenera puella superatus sum.
et inde plus doleo. quia pater tuus
et mater tua o beata margareta socij
mei fuerunt. et modo aduersum genus
tuum surrexisti O quam mirabile
est quia tenera filia superauit patrem
et matrem et totam generacionem que te
secuta est. Fugat demones. Fugit
diabolus et alios occidit. Sicre

vtus tua nichil valet qȝ a pua
puella ſupatus ſū. Bta mar
garета rndit. Enarra m̄ ge
nꝰ tuū demo ī ique. qͥs te ge
nuit ul qͥs te pcepͭ ſcõ opi
inſidiī. Demo dixit. Dic m
margarita vn̄ ē vita tua ⁊
menbra tua mēc manet
vnde fides tua. vel quo mēc
ingreſſus ē xpus et ego di
co tibi oīa opa que fecī. Bta
margareta rndit. Non licȝ hoc
dicē t̄ q̄a n̄c dignꝰ es audie
uocē meā gra dei ſū id qȝ ſū
Demo dixit. Sathanas rex
ē qui deiectus ē de padyſo
inlibris cum ianuēs ⁊ man
bres ī ueniēs genꝰ mm̄ ſau
tiēc ⁊ vide q̄a non ſū auſus
loqͥ t̄ q̄a xpm̄ cīca te ambu
lante et ꝯtremiſco. Ita vic
me ſut ſup t̄ram ſȝ cū veto
ambulanꝰ ſȝ peto te ancilla
dei relaxa modicū ut ūbum
loqͥr tibi. et dixit itm̄ dyaꝰ
ecce amicto t̄ oīa. Adiuro te
p deū tuū ⁊ xpm̄ filiū eiꝰ in
que credis ne me de manibꝰ
pleni ꝯiciās ⁊ liga me ī ma
nu t̄re uſqȝ ī fine vite mee
ut no pugne cū iuſtis neqȝ
adūſū te. Ita et ſalomo ī vita
ſua īcluſit nos ī vno vaſe ſȝ
ptꝰ morte ſua ignē mittebāꝰ
ex ipo vaſe et ve m̄ ontes ho
mies babilonij putauerūt
ſe aurū ī ueniſſe ⁊ fregerūt
ipm̄ vas. et tūc reuelati ſū
mꝰ ⁊ ipleuimꝰ orbē t̄rarum
Bta margareta rndͭ. demon
ī ique obmuteſce ⁊ ſile ut

no audiam ūbū ex oē tuo ⁊ ſi
gillauit eū ī angulo carceris
et dixit. Vade ptꝰ me ſathana
⁊ t̄ra ſuſcepit eū. Alterā die
iuſſit pfect9 btam̄ margaretā
adducē an ſedem ſuā. Bta at
margareta cū exiret de carce
ꝯſignauit corpus ſuū ſigna
culo xpi et viderūt habitatores
ciuitatis q patiebatͭ. bta mar
garetā. Pfectus aut dixͭ. Mar
garetā ꝯſenti m̄ ⁊ adora deos
meos. Margareta rndit. decet
naqȝ te adorare dnm̄ ⁊ xpm̄ filiū
eius amicū ꝯphās. ſi dignus
eſſes no eſſes amicus ydolorū
ſurdorū et mutorū. Pfectus dixͭ
Expoliate ea ⁊ ī aere ſuſpendi
te ⁊ incendite ea cū lampadi
bus ardentibꝰ. Queſtionarij
itaqȝ fecerunt et ꝯbuſſerūt
corpus eiꝰ tenerū ⁊ ipa ora
bat dicēs. Dne renes meos
⁊ cor meū ut no ſit ī me ī iqui
tas. Pfectꝰ dixit. Conſenti m
et ſacrifica diis. Bta margareta
rndit. Non ꝯſencio n̄c adoro de
os tuos ſurdos ⁊ mutos non
enim pt dyabolus vincē caſta pu
ellā q̄a ꝯſignauit oīa mēbra
eiꝰ xpus. Tūc pfectus pcepͭ af
ferri magnū vas plenū aqua
et ligari manꝰ ⁊ pedes bte mar
garete ibiqȝ pcepit mortificari.
Queſtionarij itaqȝ fecerūt
ſicut erāt docti. Tūc bta mar
garetā aſpiciens ī celū dixit
Dne q regnas ī celis diſrūpe
vincula mea ⁊ t̄ ſacrificabo
hoſtiā laudis. fiat m̄ hec aqua
ſuauitatis ſāctificacio ⁊ illuīacio ſa
lutis. veniat ſup me columba
ſca ſpu ſco repleta ⁊ bndicat

i noie tuo aqua ista i tpco et
lauat me i vita etna Clarifi
ca aiam meam. Confirma sensu
meu t pice aiac patri meum
salua me i gloia tua bapti
za me i noie pris t filij et
spus sci qa tu es bndcus in
scla sclor. Et ecce tre motus
fcus e i ipa hoa et coluba de
celo venit hns i ore suo coro
na aurea et sedit sup caput
bte mrgarete. Tunc solute
sut manus ei et pedes t ex
iuit de aqua collaudas dnm
t bndicens dnm isrl. Dns rg
nauit decore i dut... dut e
dns forti... tud... t pcinxit se vt.
Et cremo uox colube intonuit
de celo dices Veni mrgareta
i requiem xpi tui. Veni i regnu
celor. Bta es qa corona vite
accepisti. Bta es q virginitatem
desiderasti. In ipa hoa dici cre
diderut i dnm ihm x^m quatuor
milia exceptis mulieribus et
puellis. Tunc i iussu olibrius dat
sentenciam t qstionariis eos iubet
decollari q crediderut i xpo
limoch i armenia ciuitate t
post pusillu iussit btam mrga
retam interimi. Statim qstio
narij apphenderut ea t duxe
rut foras ciuitate. Dixit
aut malchus ad ea Extende
ceruice tua t suscipe gladiu
meu et miserere mei qa video
xpm cca te cu angelis stare.
Sca mrgareta respondit. Peto fr
mi ut si vides x^m pais in du
oro facia t comedam corpus
meu i locu refrigerij. Questi

onarius dixit pete quod vis.
Tunc bta mrgareta cepit orare
ac dicere Dne qui palmo celu
et tra mesurasti t mari limi
te posuisti exaudi depcacone
mea ut credentes i fide pma
neat t no credentes couertant et
cor q me psecuti sut miserere.
Et si qs legerit libru gestoru
meoru aut audierit passione
me ex illa hoa relaxent pcca
eius. Et q lumen fecerit i basilica
mea de suo labore no iputent
pcca illius ex illa hoa. Et si q
fuctus fuit i iudicio horribi
li t meor fuit nois mei libera
eu de torrente mortis. Adhuc
peto dne ut q legerit aut audi
erit aut q tulerit libru passio
nis mee i manu sua vel
q aduxerit eu legendo no iputen
tur pcca illius qa caro t sangs
sumus t sp peccamus t nimis offe
ndimus. Adhuc peto dne ut q basilicam
mea i noie meo fecerit vel scripse
rit passione mea vel qui ce
ra suo labore... dne co
...passionis mee reple
illu spu sco spu veritatis. Et i
domo illius no nascat i fans
claudus aut cecus neqz mu
tus. neqz a spu temptet malo
t q peccauerit veniam de pcco suo
i dulge ei dne. Tunc facta sut
tonitrua t coluba uenit cu
cruce t loquebat cu bta mr
garetha et oes qui ibi astabant
ceciderut sup faciem sua i tra.
Et bta mrgareta cecidit in tra
ante vtute dni. et coluba te
tigit ea t dixit. Bta es tu in
ter mulieres q i oronibus tuis

Mulieres q partu laborantes ex
audi t adiuua ppicius t benigne.

R^m

omnes memorasti. Rememetipsum
iuro et per gloriam angelorum meo
rum quia exaudire sunt deprecaciones
tue et quia arte cum meorum hoc e
t datum Beata es tu qui in penis tu
is omnes memorasti peccatores et
ubi fuerint reliquie tue siue pas
sio tua. Et uenit peccator orans cum
lacrimis et posuit os suum super
memoriam tuam. eadem hora dimit
tuntur peccata illius Et ubi me
moria martyrii tui fuerit spiritus ne
quam non ingredietur. sed pax et
spiritus virtutis in loco illo leta
bitur. Et quicumque in oracione te inuo
cauerit remissionem peccatorum inueni
et Beata es tu et omnis generacio tua
que crediderit per te. Quem celestis
in locum et pacem ego tecum sum et ad
peciam et regnum celorum Tunc beata
margareta respexit in celum et dixit.
Patres et matres fratres et sorores
omnes uos adiuro per nomen mag
ni omnium sanctorum memoriam mei
facite. nomen meum nominate et
commendate me. et quamuis ego
peccatrix sim tamen obsecro pro nobis
dominum ihesum christum ut donet nobis
remissionem peccatorum vestrorum et fa
ciet vos heredes glorie sue et il
luminet nos in regno claritatis
sue Deo enim gracias ago regi
omnium sanctorum quia me dignam fecit
in sorte iustorum introire. Imperpetuum
dico deo laudo et glorifico christum
quia deus benedictus est in secula seculorum
Et post oracionem erexit se et dixit.
Frater tolle nunc gladium tuum et
percute. ecce iam vici mundum Ille
dixit Non faciam neque interfi
ciam virginem dei. Deus autem tecum

locutus est contra te non interficiam
Beata margareta respondit sibi hoc
non feceris non habebis partem mecum
in paradyso Tunc questionarius cum ti
more attulit gladium suum et
amputauit caput beate mar
garete. Veniebant demones
et torquebantur et uocibus
magnis clamabant. Unus deus
et fortis deus magnus beate mar
garete Et audientes omnes
infirmi ceci. claudi. muti.
surdi. debiles. omnes venie
bant et tangebant corpus beate
margarete et sanum fiebat. Et
venientes demones adrecti
quias beate margarete torque
bantur. Infirmi venientes sa
nabantur a languoribus suis
et credebant. Ego theotimus
tuli reliquias beate margarete
et posui eas in scrinio quod feci
de lapide cum odore suauitatis
Deinde misi eas in anthiochi
am ciuitatem in domo sinole
tice Ego enim eram qui ministra
ba ei in carcere panem et aquam
et ego considerabam omne certame
quod habuit contra impios bella
tores. et omnes eius oraciones scrip
si in libris cum multa astucia
et omnibus transmisi in ciuitate Pas
sa est autem viij. kal. Julij. Alt
alibi legitur quarto ydus julij
De hac virgine quidam sanctus sic ait
Beata margareta fuit timoris
dei instancia ~~[illegible]~~ predita
religione composita. compassione
perfusa. honestate laudabilis
paciencia singularis michil ipsi in ca
gitatum christiane religionis in
ueniebatur. Odiosa patri suo
dilecta domino ihesu christo Omnes au
dite corda comprimite. componi

te ſenſu · dim adorate ĩ vnitate
ſbe ĩ pſone in trinitate O kmi
fres in regnicte memoriaz faci
te ut ĩ ſuas orones nos memo
ret ante dim nrm ihm xpm
ĩ ſcla ſclor amen. De diui-
Apostoli latino ſione aplo
ſmone dicunt miſſi Qui
uo honorat miſſos maifeſtu
e eos honorare mittete qm dig
nitas q det miſſis illi cui mi
niſtri ſut exhibet ut ait ſal
uator ad diſcipulos Qui uos
audit me audit · et q vos recip
me recip. Vera btn aplorum
merita ĩ qbus ſe xpus ĩ recipi
pdicat ĩ audiri Btī ſe ĩ illi q
ru deuoto delata aplis reuere
ut ĩ xpm Tenetes itaqz fres
hui pmiſſionis fide de ſuppli
cijs patns mor p xpi gfeſſioe
ſuſceptis exultemus qm qui de
mrtirs morte letat mrtires
no dubitat regnare cu xpo poſt
morte Hij ſut qbus media
tor dei et hom maifeſtauit no
me tuu dne potiſſimu ĩ amici
ciauit eis oia Hij ſut q gſtitu
ti ſut pncipes ſup omez tra
quor tuba pdicatois ad oia
aures mudi puenit Iſti magi
ſtri ab ĩtio viderunt ĩ miniſtri
fuerunt ſmoes tradiderunt nob
regni tui multa miſtia nuqua
ãn compta te mirus uba illo
ru credibilia faciente ſignis
ĩ pdigijs ĩ uirtutibus varijs
miris ſci ſpus diſtribucoibus
Hec ſane cauſa e qua eti ſy
lla a bigmitate ſuſcepimus
quintus mr etiam vniuſalis
et aplica docet uſqz ad eos

ut ptitores documetor ei aſſer
toue ptiu graz om gue tor
metor mori no timeamus Ba
ctes pto vita glioſaz pmere
mos Hij ſut q repleti ſe ſpu
ſco linguis om gcui locutur
errores gſidentr arguunt vita
te ſaluberrima pdicat hoies
ad pniaz hortant pite vite
culpabiliis ĩ dulgencia de diuina
gra pollicet et pdicacoz vita
tis macula gſeqnet Exaiat
ta e tandem aduſus eos ĩ feli
citas ſcua tollerat pdca ſpe
rant pmiſſa docet precepta ſcu
nt eo exiguu pmudu diſtrīut
plos mirabili facilite gucrtīt
Inter ĩ mitos angeſt pſecu
toribus creſcut ac p afflictoni
anguſtias uſqz ĩ extrema tra
ru dilatati · alijs adūſitatib
ĩ pſpitatib verus pacaz ree
portunas vigilant excent Iſti
no ſolu ſtelle ſz ſup ſtellas ſe
quia ſtelle ĩ celo apli ſe celos
ſut ſtelle de igne ſenſibili apli
de igne ĩtelligibili Stelle ĩ ue
ne obſcurat apli die ac nocte
ſuis radijs effulget Stelle
orto ſole tenebreſcut apli
ſole iuſtice reſplendere lucet
cut Stelle ĩ reſurrectoe cadet
ut folia apli neo repat ob
ĩ iam xpo ĩ acra Iuſtis ſy
deribus aliud lucifer aliud ap
pellat antifer in aplis aut
luciferi ſut omes ĩ ideo ſtellis
maiores Quiaqz eos noiamt no
luiaria mudi no pacit no
ſolu du eſſent ĩ corpore ſz ma
gis nuc Grā eni ĩ uita ſtor
no minuit morte no re

tardant. die nō diſſoluunt⁹ in
t̄ra. nq nocte obſcurant. nec
tenebris obumbrant. Piſcato-
res q̄dem erant apl̄i. et illis dor-
mientibus retia nō opantur
Et tūc quidē piſces capiebāt
ad morte. nūc aūt hoīes capi-
nt ad ſalute. Vindemiatores
erant qui labruſcas eradicabāt
et pietatis ſemīa platauerūt
et illis abſentib⁹ corpe vinē-
a nūc floreſcit et botros
affert. Fuerūt et colūbe qui
v̄tute ſue caſte robur firma-
tu e. Fuerūt et fūdamētū qui
ecclia ꝯfeſſione eor̄ fūdata e
eccliā. Portas q̄z qui tēpeſ-
tates impias repſſerunt. Gu-
bernatores etiā qui orbē t̄ra-
rū ī via vaꝫ direxert. Paſ-
tores qui lupos abiecert et
oues ꝯſuauert. Cultores qui
ſpinas eradicauerūt. Medici
qui vlna nr̄a curauerūt

Sequit̄ de ſc̄o Alexio

Alexius fuit filius eufemi-
ani viri nobiliſſimi romani
et ī aula impatoris p̄mi cui fa-
milia pueri et ſerui aſſiſtebāt
qui zonis aureis cingebant. et
veſtimētis ſericis induebant.
Erat aūt pdcūs eufemian⁹
miꝯ et ſingulis diebus in
domo ſua tres mēſe paupib⁹
orphanis pegrinis et viduis
pabant. quib⁹ ſtrenue ſuie-
bat. et hōa nona ipē cū viris
religioſis cibū ī dei timore
capiebat. Cui vxor nomīe
aglaes erat q̄ eiuſdē religi-
onis ac ꝓpoſiti erat. Cū aūt
filiū nō h̄ret ad p̄ces ei⁹ ſuos
dns̄ filiū eis conceſſit. Poſt
que ipi deinceps ī caſtitate
vīte firmauerūt. Traditus
igit̄. puer libalib⁹ diſcipli-
nis cū ī omnibus phye artib⁹
ipē floreꝫ et iā ad pubertā
etate veniſſꝫ puella ſibi de domo
impiali eligit̄. et ſibi ī ꝯiuge
copulat̄. Venit igit̄ nox ī qua
cū ſponſo ſuſcepit ſecreta ſi-
lencia. Tūc ſcūs iuuenis cepit
ſponſā ſuā ī dei timore ī ſtru-
ere ac ipāꝫ ad v̄ginitatis p-
uocare pudore. Deinde anu-
lū ſuū aureū et capᵗ balthei
quo cingebat̄. ſibi tradidit dicēs
Suſcipe hec et ſua quouſq̄ deo
placuerit et dns̄ ſit inᵗ nos.
Poſt h̄ᵉ de ſpāa et de rebus ſuis
accipiens ad mare diſceſſit.
Aſcendenſq̄ occulte nauē la-
odiciā uſq̄ deuenit. Inde que
pgens in edīſſā ciuitate ſyrie
pfectus e. vbi ymago dn̄i nr̄i
ihū xpi ſine humano ope facta ī
ſyndone h̄ebat̄. quo pueniens
oīa q̄ ſecū detulerat paupib⁹
erogauit et veſtimēta vilia ī du-
ebuit et veſtimēta vilia ī du-

gratias deo egit dicens. Gratias tibi ago
domine qui me a servis meis elemosi-
nam accipere fecisti. Cum sic igitur patri
et matri nunciatum quod nusquam eum vale-
ant reperire. Mater igitur sua a die
sui recessus saccum in pavimento
cubilis sui stravit ubi eiulans
lamentabiles voces dabat. Hic
semper in luctu manebo donec filium
meum recuperabo. Sponsa ad socrum
suam dixit. Donec audiam de sponso
meo dulcissimo ad instar turturis
solitaria tecum manebo. Cum igitur
alexius in predicto atrio per xvij annos
in dei servicio permansisset ymago beate
virginis que ibidem erat custodi
ecclesie dixit. Fac introire hominem quia
dignus est regno celorum et spiritus dei
requiescit super ipsum. Nam oracio eius
sicut incensum ascendit in conspectu
dei. Cum autem custos de quo narra-
ret ignoraret. Iterum ei dixit. Ille
qui foris sedet in atrio ipse est. Tunc cus-
tos festinus exiit et ipsum in ecclesiam
introduxit. Quod factum cum cunctis
innotesceret et ab omnibus venerari
cepisset. humanam gloriam fugiens
inde recessit et laodiciam venit.
Ubique navem ascendens cum in tharsum
cilicie vellet pergere dispensante
deo navis ventis compulsa in
romanum portum devenit. Quod
videns alexius dixit inter se. In do-
mo patris mei manebo ignotus
nec alteri onerosus ero. Patrem igitur
a palacio redeuntem multitudine
obsequencium circumdacium circumdatum
obvium habuit. ac post eum clamare
cepit. Serve dei me peregrinum in
domo tua suscipi iubeas et de
micis mense tue me nutriri

faciás ut tui quoque peregrini dignetur
dominus misereri. Quod audiens pater
ob amorem filii sui eum suscipi iussit
et locum proprium in domo sua ei tribuit
et cibum de mensa sua ei constituit
et ei ministrum proprium delegavit. Ipse
autem in oracionibus perseverabat et
corpus suum ieiuniis et vigiliis
macerabat. Familia autem domus
ipsum multipliciter deridebant
et aquam utencilium super eius caput
frequenter fundebant et multas ei
iniurias irrogabant sed ipse in
omnibus valde paciens erat.
Decem et septem igitur annis in domo
patris ignotus mansit. Videns
ergo per spiritum quod appropinquaret terminus
vite sue cartam cum atramento pe-
ciit et totum ordinem vite sue ibi-
dem conscripsit. Dominica igitur die post
missarum sollempnia in sanctuario vox
de celo insonuit dicens. Venite
ad me qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos. Quod
audientes omnes in facies suas
prostrati ceciderunt. et ecce vox secundo
dicens. Querite hominem dei ut oret
pro roma. Querentibus illis et mi-
nime invenientibus iterum dixit
In domo eufemiani querite.
Requisitus ille se nil de hoc scire
dicebat. Tunc imperatores archa-
dius et honorius una cum pontifice
innocencio ad domum predicti vi-
ri venerunt. Et ecce minister a-
lexii ad dominum suum venit dicens
Vide domine ne ille noster peregrinus
sit quia magne vite et paciencie homo
est. Currens igitur eufemianus
eum defunctum reperit et vultum eius
tamquam vultum angeli rutilantem

ĩ uenit Soluitque cartham ſeptam
quam ipſe tenebat in manibus et aperi
re nequiuit Exiens igitur dum hec pon
tifici et imperatoribus nunciauit et
illi ad eum intraſſent dixerunt.
Quamuis peccatores ſimus tamen regni
gubernacula gerimus et hec cura v
niuerſalis regiminis paſtoralis Da ergo
nobis cartam ut ſciamus que in ea ſcrip
ta ſunt Et accedens pontifex
cartam manu accepit et ille ſta
tim ſibi dimiſit. Fecitque eam legi
coram omni multitudine et pre eius
Pater eufemianus hec audiens ni
mio timore turbatus obſtupu
it. et factus exanguis. reſolutiſque
viribus in terram decidit Cum vero
ad ſeipſum rediſſet veſtimenta ſua
ſcidit cepitque canos capitis
ſui euellere et barbam trahere
atque ſemetipſum decerpere. ac ſuper
filii ſui corpus corruens ex
clamabat heu me fili mi qua
re me ſic contriſtaſti et per tot annos
in dolores et gemitus incuſſiſti
heu me miſerum quia video te cu
ſtodem ſenectutis mee in gra
bato iacentem et mihi non loquentem
heu me quale de cetero conſolacionem
habere potero. Mater autem vero quasi eius lee
na erumpens rethe. ita ſciſſis
veſtibus exiens coma diſſo
luta oculos ad celum leuabat
et cum pre nimia multitudine ſanctum cor
pus adire non poſſet clamauit
dicens Date mihi viam aditum ut vi
deam conſolacionem anime mee que ſuxit
ubera mea Et cum perueniſſet ad
corpus intrans ſuper illud clamabat
heu me fili mi lumen oculorum
meorum quare ſic feciſti nobis qua

tam crudeliter nobis egiſti Vi
debas patrem tuum et me miſeram
lacrimantes et non oſtendebas te ip
ſum nobis Serui tui iniuriabantur tibi
et ſuſtinebas. et iterum atque
iterum proſternebat ſe ſuper corpus ſuum
et nunc brachia ſuper illud ex
pandebat. nunc vultum illum
angelicum manibus contrectabat
oſculanſque clamabat Plora
te mecum omnes qui adeſtis quia
per xvij annos eum in domo mea
habui et non cognoui quod unicus
filius meus eſſet Serui enim eius
eum conuiciabantur. alapis eum
percuciebant Heu quis dabit oculis
meis fontem lacrimarum ut plan
gam die ac nocte dolorem anime
mee. Sponſa vero eius induta
veſte adriatica cucurrit
plorans et dicens Heu me
quia hodie deſolata ſum et apparui
vidua Iam non habeo in quem pro
ſpiciam nec in quem oculos leuem
nunc ruptum eſt ſpeculum meum
et periit ſpes mea Amodo
cepit dolor meus qui finem non
habet. Populus autem videns hec
lacrimabiliter flebat. Tunc
imperatores cum pontifice poſu
erunt corpus illud in honora
to feretro et duxerunt in media
ciuitate et nunciatum eſt populo
inuentum eſſe hominem dei quem ciuitas to
ta querebat et omnes obuiam cur
rebant corpori ſancto Si quis autem
infirmus corpus illud ſanctiſſi
mum tangebat protinus curabatur
Ceci viſum recipiebant. demo
niaci liberabantur et omnes

i firmi aquileiq3 i firmitate de
tenti tacto corpe s̄co curabat.
Imp̄atores aūt tanta mirabilia
videntes ceperūt p se lanz cū
pontifice portare ut et ipi sa
naarentur ab eode s̄co corpore
Tunc imp̄atores iusserūt copiā
auri et argenti i plateis sp
gi ut turbe occupar̄et amo
re pecunie et sineret corpus
san̄ duci ad eccliaz Sed plebs
amore pecunie deposito ma
gis ac magis ad tactū s̄ci cor
poris irruebat et sic cū mag
no labore ad templū s̄ci boni
facij mr̄is illud tandē pduxe
erūt et illic p septē dies in
dei laudibus opati sūt monu
mentū ex auro et gemmis p̄cio
sis et lapidibus marmo fabricatū
corpus illud cū magna re
uerencia et veneracione collocaue
rūt xvij die mens iulij. De
ipo eius monumento ita suauis
simus odor fragrauit ut oībus
esset adornatibus p̄cium Obijt
aūt xvij kl augusti anno dn̄i
ccc° viij° etc. De s̄ca praxede

Praxedis v̄go fuit soror
bte potenciane v̄ginis
que fuerūt sorores s̄ci noua
ti et thymothei q ab ap̄lis
i fide sūt eruditi Que cū
psecucione seuiente multorum
xp̄ianorum corpa sepelissent
tandē i pace quieuerūt an
no dn̄i C. lxv. v̄go nobi
lis praxedis cū esset afflic
ta post trāsitum germane pote
ciane. multi nobiles xp̄iani
veniebant et consolabant eā
cū s̄co pio ep̄o. que ipa roga
uit ut intermis nouati qui
sunt i vsu nō erant eccliā edi
ficaret. quia edificium magnū
et spaciosum i eisdem esse vi
debatur. Quod cū placuisset
s̄co pio ep̄o edificauit ibi
dem eccliaz i honore praxed
v̄ginis accepta ptate i urbe
roma. Post anos duos et
dies xviij. facta e psecucio mag
na xanorum ita ut trahent
ad culturā ydolorum. et multi
fuit mr̄tio coronati. Virgo aūt
praxedis fuit sp̄u multos
xp̄ianos occultauit i eodē
tytulo. quos pascebat cibo et
sp̄us s̄ci v̄bo. Tunc diuulgā
tū est imp̄atori anthonio
q conuent9 fieret i praxedis
tytulo. q mittes tenuit mul
tos. et cū symmeone p̄sbr̄o
cū alijs viginti duobus quos
sine i terrogacione gladio puni
uit i eodem tytulo. Ho
re preceptis i eodem tytulo. ho
rū corpa nocte bta praxe
dis collegit et sepeliuit i cy
miterio priscille vij kl Iunij
Tunc afflictone consta bta prax
edis i gemuit et orauit ad
dnm ut transiret de hoc mundo Cuius
orones dns exaudiens Per
actis xxxiiij° diebus post mar
tir pdictorum s̄corum. s̄ca v̄go praxe
dis migrauit ad dnm. Anno
ut sup. xij. kl augusti Cuius
corpus ego pastor p̄sbr se
peliui iuxta patrem suum i ci
miterio priscille via sallari
a ubi hodie floret orones

scorum etc. De sancta maria mag(dalena)

Maria interptatur amarum mare vel illuminatrix
Per hec tria intelliguntur tres ptes optime
quas elegit scilicet ps penitencie
ps contemplacionis interne et
ps celestis glorie. De qua
triplici pte intelligitur q(uod) dicit
dominus maria optimam ptem ele-
git que non auferetur ab ea. Prima
enim ps non auferetur racione fi-
nis que est consecucio beatitudinis
Secunda racione continuitatis quia
contemplacio vie continuatur cum
contemplacione patrie. Tercia
racione eternitatis. In quantum igitur
elegit optimam ptem penitencie dicitur
amarum mare. et quia ibi mul-
tam amaritudinem habuit quod
patet quia tot lacrimas fudit
quod inde pedes domini lavit. In-
quantum elegit optimam ptem con-
templacionis interne dicitur illuminatrix
quia ibi hausit avide quod postea
modum lumen effudit. Ibi
lumen accepit quo postmodum ce-
teros illustravit. Inquantum
elegit optimam ptem celestis glorie
dicitur illuminata quia nunc illumina-
ta est et lumine pfectissime cogni-
cionis in mente et illuminabitur
lumine claritatis in corpore. Et
Magdalena dicitur quasi manens
rea vel magdalena interptatur
munita vel magnifica per que
insinuatur qualis fuit ante conversi-
one. qualis in conversione et qualis
post conversionem. Nam ante conversionem
fuit manens rea per obligati-
onem ad penam eternam. In conversi-

one munita per penitencie armatura
optime enim omnibus armis penitencie
se munivit. quia quot in se habuit ob-
lectamenta tot de se dedit holo-
causta. Post conversionem magnifica
per gracie superhabundantiam. quia ubi
habundavit delictum superhabunda-
vit et gracia. Maria magdalena
a magdalo castro cognominata
clarissimis est exorta natalibus
utpote ex regia stirpe descenden-
tibus. Cuius pater syrus. mater vero
eucharia nuncupata est. Hec
cum fratre suo lazaro et sorore sua
martha magdalum castrum quod
est secundo miliario a genezareth
et bethaniam que est iuxta ierusalem
et magnam ptem ierosolimorum possi-
debant. Que tamen omnia inter se ta-
liter diviserunt quod maria magda-
lum a quo et magdalena nuncu-
pata est. et lazarus ptem urbis
ierusalem et martha bethaniam pos-
sidebat. Cum autem maria mag(dalena)
deliciis corporis se totam expo-
neret. et lazarus militie plus
vacaret. martha prudens ptes
sororis et fratris et sua strenue
gubernabat et militibus ac famu-
lis suis ac pauperibus necessaria
ministrabat. Omnia tamen post ascen-
sionem domini vendiderunt et ad
pedes apostolorum precium posuerunt.
Cum igitur magdalena diviciis habun-
daret. quia rerum affluencia volup-
tas comes sequitur. quanto diviciis
et pulcritudine splenduit tanto cor-
pus suum voluptati substravit
Unde iam nomine pprio peccatrix ap-
pellari consueverat. Sed cum christus
hic et alibi predicaret. illa nutu

inspirata diuino ad domum symo-
nis leprosi ubi audiuit eum
discumbere properauit. Non audens
ut peccatrix inter iustos apparere
retro secus pedes domini mansit
vbi pedes eius lacrimis lauit. ca-
pillis tersit et vnguento precioso per-
unxit. Nam incole regionis
illius propter vehementissimum solis
ardorem vnguentis et balneis vte-
bantur. Cumque symon intra se co-
gitaret quod si hic esset propheta
a peccatrice se tangi nequaquam
permitteret. Dominus illum de superba
iusticia redarguit et mulieri
omnia peccata dimisit. Hec est igitur
illa maria magdalena cui dominus
tam magna beneficia contulit
et tanta signa dilectionis ostendit
Nam ab ea septem demonia expu-
lit in suo amore eam totaliter
accendit. familiarissimam sibi con-
stituit. hospitam suam fecit. pro-
curatricem suam in itinere eam habere
voluit. eam semper dulciter ex-
cusauit. Nam excusauit eam
apud phariseum qui dicebat eam
peccatricem. apud martham que
eam dicebat ociosam. et apud
iudam qui dicebat eam prodigam.
Hanc lacrimantem videns lacrimas
continere non potuit. cuius dilectione
quadriduanum fratrem resuscitauit.
Cuius amore martham sororem
suam a fluxu sanguinis quo septem
annis oppressa fuerat liberauit. Cuius
meritis sororis sue famulam
vt illud tam bonum et dulce verbum
Beatus venter qui te portauit
exclamans diceret dignam
fecit. Nam secundum ambrosium
illa fuit martha et hec eius
famula. Hec est illa que pedes
domini lauit lacrimis capillis
tersit et vnguento perunxit que in
tempore gratie sollempne penitentiam pri-
mam fecit. que optimam partem
elegit. que ad pedes sedens
domini verba audiuit. que eius
caput perunxit. que iuxta cru-
cem in passione domini fuit. que
vnguenta parans corpus eius
vngere voluit. Que amonu-
mento discipulis recedentibus
non recessit. Cui christus re-
surgens primo apparuit et apostolo-
rum apostolam fecit. Post ascen-
sionem igitur domini scilicet anno quarto de-
cimo a passione cum iudei iam
diu stephanum occidissent et ce-
teros discipulos a iudee finibus
eiecissent. Diuersas gentium
discipuli subierunt regiones
vbi ibidem domini seminantes. E-
rat autem tunc temporis cum apostolis
beatus maximinus vnus de sep-
tuaginta duobus domini disci-
pulis cui a beato petro maria
magdalena fuerat commendata. In
hac igitur dispersione beatus maxi-
minus maria magdalena. lazarus
frater eius. martha soror ipsius
et martilla pedissequa marthe
necnon et beatus cedonius qui
cecus a natiuitate extiterat sed a
domino fuit liberatus. omnes hii
insimul et plures alii christiani
nauim ab infidelibus inpositi
pelago sine aliqua gubernatore
expositi ut omnes scilicet submer-
gerentur. Diuino tamen nutu

marsiliam devenerunt. ubi
cum nullos qui eos vellent re-
cipere hospicio invenissent. sub
quadam porticu que prophano
gentis illius preerat mo-
rabantur. Cum autem beata maria
magdalena videret populum ad pha-
num confluere ut ydolis ymolaret
assurgens vultu placido facie
serena. lingua diserta eos ab
ydolorum cultura revocabat. et
xpm constantissime predicabat.
Et admirati sunt universi pre
specie. pre facundia. pre dulcedine
eloquencie illius. Nec mirum
si os quod tam pia et tam pulcra
pedibus salvatoris infixerat
oscula. ceteris amplius verbi
dei spiraret odorem. Post hoc
autem advenit princeps provincie
cum uxore sua ut pro habenda
prole ydolis ymolaret. Cui ma-
ria magdalena xpm predicans
sacrificia dissuasit. Interea
evolutis aliquot diebus
apparuit in visu maria magdalena
illi matrone dicens. Unde cum
tot diviciis habundetis sanctos
dei fame et frigore mori permit-
titis. Addiditque minas nisi
marito suo persuaderet ut sancto-
rum inopiam sublevaret. Ipsa
autem viro suo indicare timuit
visionem. Sequenti igitur nocte
eidem similia dicens apparuit
et adhuc hoc viro suo indi-
care neglexit. Tercio vero
sub tempestate noctis silentio
apparuit utrique frendens et irata
vultu igneo ac si tota domus
arderet et ait. Dormis ne

tyranne. membrum patris tui
sathane cum vipera coniuge tua
que tibi indicare noluit verba me-
a. Quiescis nunc inimice xpi in-
imice diversis ciborum generibus
ventris tui refertus ingluvie.
et sanctos dei fame et siti permittis
perire. Iaces nunc in palacio
pannis involutus sericis et
illos desolatos et sine hospi-
cio vides et preteris. Non sic ini-
que non sic evades nec impune fe-
res quod tam eis benefacere distu-
listi. Hec locuta est et abscessit.
Evigilans matrona suspiravit et tremens viro suo ea-
dem de causa suspiranti ait domine
vidisti ne sompnium quod ego
vidi. Vidi inquid admirans
et pavere non desino. Quid inde
faciemus. Cui mulier. utilius
est ei obtemperare quam iram dei
quem predicat incurrere. Qua-
propter ipsos hospicio receperunt
et eis necessaria ministrarunt.
Cum autem quadam die maria
magdalena predicaret predictus prin-
ceps dixit ei. Putas posses
defendere fidem quam predicas.
Cui maria magdalena. Ego
quidem illam defendere presto sum
utpote cottidianis miraculis
et predicacione patris nostri petri qui
rome presidet roboratam. Cui
princeps cum coniuge dixit. Ecce
parati sumus tuis per omnia obtemperare
dictis si a deo quem predicas no-
bis filium impetrabis. Propter
hoc inquit magdalena non remane-
bit. Tunc beata maria magdalena
pro ipsis dominum exoravit ut eis
filium concedere dignaretur

Cuius preces dominus exaudivit et
matrona illa concepit. Tunc vir
ille cepit proficisci ad petrum
ut probaret quod maria magdalena
de christo predicaverat si se veritas sic
haberet. Dixit uxor eius. Quid
o domine putas ne sine me vis
proficisci. Absit. te enim recedente
recedam. te veniente veniam
te quiescente quiescam. Cui
vir ait. Non sic fiet domina quia cum
sis gravida et infinita in mari
sint pericula de facili periclitari
posses. Domi igitur quiesce et
possessionibus nostris curam im-
pendes. Econtra illa instabat
diceus femineum flore non mutat
more. et cum lacrimis pedi-
bus eius provoluta quod petebat
tandem obtinuit. Maria magda-
lena humeris eorum signum crucis
imposuit ne antiquus hostis eos
in aliquo in itinere impediret. Na-
ve igitur omnibus necessariis copiose
onerantes. et cetera que
habebant in maria magdalena cus-
todia relinquentes proficiscuntur
Et peracto unius diei et noctis
cursu consumato cepit ni-
mium mare intumescere ventus
flare ita ut omnes et maxime
matrona gravida et debilis
tam seva in undacione fluctuum
quassati. gravissimis angus-
tiis urgerentur. in tantum quod in eam
subito dolor partus irruit et
inter angustias ventri et pressu-
ras temporis filium pariens ex-
piravit. Natus igitur puerulus
palpitabat et mamillarum
maternarum querens solatia la-
mentabiles dabat vagitus
Proh dolor et natus est infans
vivus et matricida effectus. mo-
ri enim convenit cum non sit qui vite
tribuat alimentum. Quid faci-
et peregrinus cum uxore mortu-
am videat. et puerulum que-
rulis vocibus matris mam-
mas appetere. lamentabatur
plurimum et dicebat. Heu heu
miser quid facies. quare fi-
lium habere desiderasti. Naute
autem clamabant dicentes. pro-
iciatur in mare hoc corpus ante-
quam simul pereamus. quamdiu
enim nobiscum fuerit hec quassa-
cio non cessabit. Et cum corpus
apprehendissent. ut illud vel
lud in mare iactaret. Parce
inquit peregrinus parcite. Et si nec
michi nec matri parcere volueritis.
miseremini saltem parvuli vagi-
entis. Sinite modicum et susti-
nete si forte mulier pre dolore
in extasi posita adhuc vale-
at respirare. Et ecce non
procul a navi quidam collis
apparuit. Quo viso utilius
esse credidit corpus et pue-
rum illuc deferri quam ma-
rinis beluis ad devorandum
dari. Et vix a nautis prece
et precio extorsit ut illuc ap-
plicaret. Cumque illic pre duricia
in fovea non possent effodere in
secretiori parte collis clamidem
supposita corpus collocavit.
et puerulum mamillis eius ap-
ponens cum lacrimis ait. O ma-
ria magdalena cur ad perdicio-
nem meam tumultum marsilie
partibus applicuisti. Cur infelix

admonitionem tuam hoc iter arri-
pui. petisti ne dominam ut mulier
mea hac de causa caperet ut
pareret. Ecce enim concepit et pa-
riendo mortem subiit. conceptus
est natus ut pereat impetrasti
tu non sit qui eum nutriat. Ecce
quod petere obtinui tibi omnia mea
commendavi. deoque tuo commenda
si potens est sit memor anime ma-
tris et precibus tuis misereatur ne
pereat natus. Tunc clamide
sua corpus cum puero circumqua-
que cooperuit et postmodum navem
conscendit. Cumque ad petrum venis-
set. petrus ei obvius fuit. qui
viso signo crucis humeris eius
affixo quis esset et unde venisset
sciscitatus est. Cui omnia per or-
dinem enarravit. Cui petrus
pax tibi fiat. bene venisti. et bono
tuo consilio credidisti. ne moles-
te feras si mulier tua dormit
et si puerulus cum ea quiescit. po-
tens est enim dominus cui vult dona
dare. data auferre. ablata re-
stituere et merorem tuum in gaudi-
um commutare. Petrus autem
ipsum in iherusalem duxit et omnia loca
in quibus christus predicavit et mi-
racula fecit. locum etiam in quo
passus est et in quo celos ascendit
eidem ostendit. Cumque de fide a
petro diligenter fuisset instructus
biennii spatio iam elapso.
navem ascendens repatriare
curavit. Cumque navigaret deo
disponente iuxta collem in quo
corpus uxoris cum puerulo re-
liquerat pervenerunt. Cui prece
et precio eos ad ibi applicandum

induxit. Puerulus autem
ibidem a beata maria magdalena
incolumis conservatus frequen-
ter ad litus maris procedebat
et ibidem ut puerorum mos est
cum lapillis et glareis ludere
solitus erat. Et cum applicuissent
vidit puerulum more solito
in littore maris cum lapillis
ludentem. Et quia non esset admi-
rari non desinebat de scapha
exiliit. quem videns puerulus
cum nunquam tale quid vi-
disset expavit. et ad solita
matris currens ubera occulte
sub clamide latitabat. Peregrinus
autem ut manifestius intueretur
illuc accessit et puerulum
pulcherrimum matris ubera su-
gentem invenit. Et accipiens
puerum ait. O beata maria magdalena
quam felix essem. quam mihi cun-
cta prospera advenissent si mulier
respiraret et mecum repatriare
valeret. Scio equidem scio
et procul dubio credo. quod tu que
et puerum dedisti et in hac rupe
per biennium pavisti poteris
et precibus tuis pristine resti-
tuere sanitati. Ad hec verba
mulier respiravit. et quasi
a sompno evigilans ait. Mag-
ni meriti es beata maria mag-
dalena et gloriosa que in partus mei
pressuris obstetricis implesti of-
ficium et in omnibus necessitatibus
ancille tue famulatum explevisti.
Quo audito peregrinus admi-
rans ait. Vivis ne uxor mea
dilecta. Cui illa. Vivo equidem
et nunc de peregrinatione de qua et
tu venisti venio. et sicut beatus

petrus me ierlima duxit et oia
loca in qbus dns paſſus mor-
tuus et ſepultus e et alia loca
plura oſtendit. Sic et ego una
cu bta maria magdalena duce
et comite nobiſcu fui et ſin-
gula loca cōſpexi. et cōſpec-
ta memorie cōmendaui. Et inci-
piens oia loca et miracula
que vir viderat. adeo plene
explicauit ut nec i aliq articu-
lo deuiaret. Tunc pegrin9 re-
cepta coniuge et puero nauim
letus conſcendit. et paulo p9
marſilie portibus applicuerit.
Et egreſſi i uenerunt btam
mariaz magdalenaz cu ſuis
diſcipulis pdicante. Et pedib9
ei9 cu lacrimis puoluti oia q
eis acciderat narrauerunt
et abto maximino bapt'ma
ſuſceperunt. Tunc i ciuitate
marſilie oia ydolorum tepla
deſtruentes et xpi eccias co-
ſtruxerunt. et btm lazaru
i eiuſdē ciuitatis muris epm
vnanimit elegerunt. Tandem
diuino nutu ad aquenſem ciui-
tatem venerunt et pplm illud
ad fidē xpi p multa miracula
ad duxerunt. Ubi eciā bts max-
iminus i epm e ordinatus. In-
terea bta maria magdalena
ſupne contemplacois auida
aſperrimu heremu petijt et
i loco angelicis manib9 parato
p triginta annos i cognita ma-
ſit. In quo qdem loco nec aquarum
fluenta nec arborum nec herbarum
erant ſolacia. ut ex hoc ma-
nifeſtaret q redemptor nr ipſaz
no terrenis refectionibus ſz tm
celeſtibus epulis diſpoſuerat
ſaciare. Qualibet aut die
ſeptem horis canonicis ab an-
gelis eleuabatur. et celeſtium
agminu glorioſos concentus
corporalibus auribus audiebat.
Unde diebus ſingulis hijs ſu-
auiſſimis dapibus ſaciata
et inde p eoſdem angelos
ad locu pprium reuocata.
Corporalibus alimentis nul-
latenus indigebat. Sacerdos
aut quidam ſolitariam vitam
deſiderans ad duodecim ſtadia
loco eidē vicina ſe cella loca-
uit. Die igr quadam dns pdci
ſacerdotis oculos apperuit. et cor-
poreis oculis euidenter aſpexit
qualiter angeli ad pdcm locu
i quo bta maria magdalena mo-
rabatur deſcendebant. et eam in
ethera ſubleuabant. et poſt
hore ſpaciu ad eundē locu cu
diuinis laudibus reuocabant.
Uolens aut ſacerdos tam ad-
mirabilis viſionis veritatē
agnoſcere. creatori ſuo precibus ſe
commendans ad pdcm locu au-
daci deuotione pperabat. Cu-
q3 adueniens iactu lapidis ap-
ppinquaret ceperunt ei9 crura
reſolui. et timore valido ſua
precordia medulliter anhelare.
Cuq3 retro cederet redibat am-
bulandi uſu crura cu pedib9
ſimul pbebant. Cz ſi verſo trami-
te ad pdcm locu accedē cona-
retur. totius eu languor corporis
et ebitudo modis oib9 phibebat

Intellexit igit^r vir dei ill^d p^rcul
dubio celeste esse sacramentu. ad
q^d accede h^umanu no potat ex
p^rimentu. Inuocato igit^r salua
toris noie exclamauit. Adiuro
te p dnm ut si ho es ul aliqua
ronalis creatura q^i illa spelu
ca h^ritas m^r videas et tui co dis
seras veritate. Cuq^z h^r t^rco repe
tiss^z bta maria magda^na e
rudit. Accede p^rpius et om q^d
desiderat aia tua scire poteris
veritatem. Cuq^z ille tremens
usq^z ad medy spacij t^rminu
app^rinquass^z ait ad eu. Meministi
ex^reura? de maria illa famosis
sima p^rcatrice q^ pedes saluato
ris lacrimis rigauit et capil
lis t^rsit et suor delictor veni
am p^rmeruit. Cui sacerdos. Me
mini. et pl^us q^m annor t^rginta
euoluta sunt curricula q^ hoc
sem esse sca credit et confite^r
eccia. Ego su inq^t illa q^ p xxx.
annor spaciu oibus hominibus
ignota p^rmansi. et sicut heri
tibi cernere p^rmissu e sic dieb^us
singlis angelicis manibus in
ethera subleuata celestiu ag
minu dulcissia^z iubilatone
i septenis vicibus p singlos
dies corporalibus auribus audire
p^rmerui. Ma igit^r m^r a dno re
uelatu e q^ ex h^r migratura
su seculo. btm maximin^u ade
as et ei h^r studeas i timere
ut p^rximo die resurrectois do
minice t^rpe quo ad matutinu
surgere p^rsueuit oratori^u solus
ingrediat^r et me illic p angelo
ru ministe^riu i ueniet p^rsistente

Sacerdos aut uoce ei^us ut vo
cem angeli audiebat nemine
aut videbat. Perrexit igit^r btm
maximinu adijt et ei oia
p ordine enarrauit. Btus aut
maximin^us nimio repletus gau
dio saluatori i mensas grras
retulit et illa die hac hora
ut ei iussu e oratori^u solus
i gressus vidit btam mariaz
magda^naz i choro adhuc sta
tem i medio cor q^ ea addux
erant angelor. Erat aute
spacio duor cubitor eleua
ta a t^rra i medio anglorum
stans. et extensis manibus
dnm orans. Cu aut btus
maximin^us ad ea accede tre
pidaret conu^rsa dix^t ad eum.
Accede huc p^rpius et ne
fugias filia. Appinquante aut
illo sicut i ip^rius bti maxi
mini libris legi^r ita vultus
sce dne ex cotinua et diutina
visione angelor radiabat. ut
facilius solis radios q^m ip^rius
faciem i tueri q^s posset. Con
uocato igi^r vniu^rso clero et sa
cerdote p^rdco corpus et sagne
dni bta maria magda^na ab
epo cu m^lta lacrimar i vndi
cone suscepit. Deinde toto
corpusculo an altare pro
strata t^rrepidine sa^cissima illa
a^ia migrauit ad dnm. Post
cui^us exitu tant^us odor suaui
tatis ibide remansit ut p
septe fere dies abingredi
entibus oratoriu sentiretur.
Cui^us sanctissimu corpus maximi
nus diu^rsis p^rdicto aromatibus

honorifice sepelivit. et post mor-
tem suam iuxta ipsam se sepeli-
ri precepit. Egisippus autem secundum
quosdam libros et Josephus
satis cum historia predicta concordat
Ait enim in quodam suo tractatu quod
maria magdalena post dominum ascen-
sionem pro ardore caritatis xpi
et tedio quod habebat nunquam virum
videre volebat. Sed postquam ad
aquensem territorium in desertum
abiit et triginta ibi annis incog-
nita mansit ubi ut ait qua-
libet die septem horis canonicis
ab angelis in aera elevabatur.
Addidit tamen quod sacerdos dum ad eam
venisset reperit eam in cella clau-
sam. Qui ad eius petitionem ves-
tem sibi porrexit. qua induta
ad ecclesiam secum iuit et ibi co-
munione percepta elevatis in
oratione manibus iuxta altare
in pace quievit. Temporibus
autem karoli magni scilicet anno
domini CC°xlix gyrardus dux
burgundie cum de uxore sua filium
habere non posset larga manu res
suas pauperibus erogavit et
multas ecclesias et monasteria constru-
ebat. Cum igitur virgliacense
monasterium construxisset misit ipse et
abbas monasterii ipsius monachum
quendam cum decenti comitatu
ad aquensem civitatem ut inde
si posset beate marie magdalene
reliquias transportaret. Veni-
ens igitur predictus monachus ad pre-
dictam civitatem eam ipsam funditus
a paganis destructam reperisset
casu quodam invenit sepulcrum
cuius sepultura marmorea

demonstrabat quod corpus beate marie
magdalene repositum intus erat.
In ipso enim sepulcro historia eius
miro opere sculpta erat. Nocte igitur
istud effringens assumptas reli-
quias ad hospitium deportavit. In
ipsa autem nocte beata maria mag-
dalena eidem monacho apparuit
dicens ne timeret sed ceptum opus
perficeret. Rediens igitur cum ad
mediam leucam venisset a monas-
terio nullo modo inde reliquias move-
re poterat donec veniente abba-
te cum monachis cum processione
honorifice sunt recepte. Mi-
les quidam qui singulis annis ad
corpus beate marie magdalene ve-
nire consueverat in prelio occisus
est. qui dum in feretro parentibus plo-
raretur. marie magdalene que-
rulis vocibus opponebant.
Cur devotum suum famulum sine
confessione et penitentia mori permisis-
set. Tunc subito qui defunctus
fuerat stupentibus cunctis sur-
rexit et sacerdotem ad se vocari
precepit. Cuique devote confessus
fuisset et viaticum recepisset pro-
tinus in pace quievit. Navis
quedam viris et feminis honus-
ta naufragium pertulit. Una autem
femina cum esset pregnans et se in ma-
ri periclitari conspiceret mariam
magdalenam in quantum poterat incla-
mabat. vovens quod si meritis su-
is ab ipso naufragio evaderet
et filium pareret ipsum eius monaste-
rio condonaret. Statimque femina
quedam specie et habitu venerandi
ei apparuit que eam per mentum arri-
piens periclitantibus aliis in-

to lumine ad ripam perduxit. Ipsa autem postmodum filium peperit et votum suum fideliter adimplevit. Asserunt quidam mariam magdalenam sponsam fuisse iohannis evangeliste quam duxerat tunc quando christus ipsum de nuptiis vocavit. Ex hoc ipsa indignata quod scilicet sponsum eius abstulerat abiit et omni voluptati se dedit. Sed quia congruum non erat ut iohannis vocatio dampnationis eius occasio fieret dominus ad penitentiam misericorditer ipsam convertit. et quia summa delectatione carnali eam removit ideo ipsam summa dilectione spirituali que est in dei timore prae ceteris replevit. Quod et de iohanne quidam fatentur quod ideo dulcedine sue familiaritatis eum pre ceteris decoravit quia eum a predicta delectatione removit. Hec autem a quibusdam frivola reputantur. Quidam siquidem oculorum lumine privatus cum ad monasterium virgiliacense causa visitandi corpus beate marie magdalene veniret et suus ei ductor diceret se ecclesiam iam videre ille voce magna exclamavit O sancta maria magdalena utinam aliquando videre merear ecclesiam tuam. Statimque eius oculi sunt aperti. Quidam dum peccata sua in quadam cedula scripsisset eam sub palla altaris beate marie magdalene posuit rogans eam ut sibi indulgenciam impetraret. Qui postmodum cedulam accipiens peccata sua de ipsa cedula omnino deleta invenit. Quidam dum ob pecunie exactionem compedibus teneretur mariam magdalenam sepe in sui adiutorium invocabat. Et ecce quadam nocte mulier quedam speciosa sibi apparuit que vincula frangens et hostium reserans sibi ut fugeret imperavit. Qui se absolutum videns protinus inde aufugit.

De sancto apollinari

Apollinaris dicitur ab apollens et ares virtus quasi pollens virtutibus. Vel dicitur ab apolo quod interpretatur mirabilis et naris quod intelligitur discretio quasi mirabilis discretionis vir. Vel ab a quod est sine et polluo et ares virtus quasi virtuosus sine pollutione viciorum. Apollinaris petri apostoli discipulus ab eo ravennam de roma missus uxorem tribuni sanavit ipsamque cum viro et eius familia baptizavit. Quod quidem iudici nunciatur ab eo apollinaris protinus accersitur. Ductusque ad templum iovis ut ibi ymolaret cum diceret sacerdotibus ydolorum aurum et argentum ydolis appensum melius pauperibus dari quam ante demones sic appendi protinus capitur et fustibus cesus semivivus relinquitur. Sed a discipulis collectus in domo cuiusdam vidue sex mensibus refovetur. Inde autem ad civitatem classen venit ut quendam nobilem mutum ibidem curaret. Cum autem domum ingrederetur puella quedam spiritum immundum habens exclamavit dicens Recede hinc serve dei nam faciam te ligatis pedibus de civitate extrahi. Quem apollinaris increpans protinus ex ea exire coegit. Cum autem super mutum nomen domini invocasset et curatus fuisset plus quam quingenti homines crediderunt. Pagani autem

fuſtibus ceſum prohibebant ne Ihesum nominaret. Ille vero in terra iacens clamabat quoniam ipſe eſt verus deus. Tunc nudis pedibus ſuper prunas eum ſtare fecerunt, ſed cum adhuc Chriſtum conſtantiſſime nominaret et predicaret extra urbem eum proiecerunt. Eo tempore dum Rufus patricius dux Ravenne filiam infirmam haberet et ad eam ſanandam Apollinarem vocaſſet, mox ut domum ingreſſus eſt defuncta eſt. Cui Rufus dixit: Utinam domum meam non introiſſes. Dii enim magni irati ſunt et filiam meam ſanare noluerunt. Tu vero quid ei facere poteris? Cui Apollinaris: Noli timere, tantum michi iura quod puella ſi ſurrexerit eam creatorem ſuum ſequi nequaquam prohibeas. Quod cum feciſſet, facta oratione puella ſurrexit et nomen Chriſti confitens cum matre et magna multitudine baptiſma ſuſcepit et virgo permanſit. Quod audiens ceſar ſcripſit ad prefectum pretorii ut Apollinarem aut ſacrificare faceret aut in exilium mitteret. Prefectus igitur eum ſacrificare nolentem fuſtibus cedi fecit et eculeo extenſum torqueri mandavit. Ubi dum dominum conſtantiſſime predicaret, aquam ferventem in eius vulneribus recentibus iactari iuſſit, et ſic gravi pondere ferri vinctum in exilium mittere voluit. Videntes autem chriſtiani tantam impietatem accenſi cito in paganos irruerunt et pluſquam ducentos viros ex ipſis occiderunt.

Quod videns prefectus abſcondit ſe et Apollinarem in arctiſſimo carcere miſit. Deinde cathenatum in navi poſuit et cum tribus clericis cum ſequentibus in exilium deſtinavit. Ubi ſic ſolummodo cum duobus clericis et duobus militibus velud et cum multis aliis periculum evadens tempeſtatis ipſos milites baptizavit. Deinde Ravennam rediens a paganis capitur et ad templum Apollinis ducitur. Cuius ſimulacrum videns ipſum maledixit et ſubito corruit. Quod videntes pontifices ipſum civitatis iudici preſentaverunt. Qui iudex cum cecum filium ſuum illuminaſſet credidit et ipſum quatuor annis in ſuo predio manere fecit. Poſt hec cum pontifices apud Veſpeſianum eum accuſaſſent, iuſſit Veſpeſianus ut quicumque diis iniuriam irrogaret aut ſatiſfaciat aut urbe pellatur. Non enim iuſtum eſt ut deos vindicemus, ſed ipſi de inimicis ſuis ſe ulciſci poterunt ſi iraſcuntur. Tunc Demoſtenes patricius eum ſacrificare nolentem cuidam centurioni iam chriſtiano tradidit. Cuius rogatu pergens in vicum leproſorum ut ibidem propter furorem gentilium latitaret, a paganis inſecutus eſt et uſque ad mortem diutiſſime ceſus, ubi per ſeptem dies ſupervivens et diſcipulos ammonens ſpiritum tradidit et ibidem a chriſtianis honorifice ſepultus eſt. De huius martire ſic dicit Ambroſius in prefacione: Apollinaris digniſſimus preſul a principe apoſtolorum Petro Ravennam mittitur ut Ihesu nomen incredulis nunciaret. Qui dum mira illic virtutum ſigna conferret in Chriſto credentibus ſevis

liberum flagellis sepe contritum
Et semel in uno corpus ab impiis
horrendis cruciatibus laniatum
sed ne desinis vexacionibus fi-
deles trepident in uirtute nominis
ihesu xpi signa apostolica perficit post
tormenta puellam resuscitat
mortuam visum conspicuum cecis
reddit. et muti restaurat lo-
quelam. obsessam a demonio
liberat. contagione mundat le-
prosi. dissoluta membra sanat.
et pestiferos morbos restau-
rat. portenta simulacri simul
cum templo deiecit. Dignissimus
admiracione preconii pontifex
Qui cum pontificatus dignitate a-
postolica promeruit accipe po-
testate Fortissimus adletha
xpi qui etatis in frigescente ca-
lore constanter impenis ihesum
xpm mundi predicauit redemptorem

De sancta Christina virgine

Christina quasi crismate uncta
habuit enim balsamum boni
odoris in conuersatione et oleum de-
uocionis in mente Christina no-
bilissimis parentibus orta in ty-
ro ytalie a patre suo in quadam
turri cum duodecim pedisse-
quis collocata cum deos argen-
teos et aureos secum haberet Et
cum pulcherrima esset et a multis
in coniugium peteretur parentes
eius nulli eam uolebant conce-
dere. uolentes ut in deorum cultu
maneret Ipsa autem a spiritu sancto
docta ydolorum sacrificia abhor-
rebat. et incensa diis ymo-
landa in fenestra abscondebat

Ueniens autem pater eius pedisseque dixe-
runt filia tua domina nostra diis
nostris ymolare contempnit sed et
xpianam se asserit. Pater autem eam bla-
diens ad deorum cultum eam pro-
uocabat. Cui illa Noli me uo-
care filiam tuam sed eius cui sacrificium
laudis decet. Non enim diis mor-
talibus sed deo celi offero sacrifici-
um Cui pater filia mea ne uni
deo tantum sacrificium offeras ne
alii irascantur. Cui illa Bene
locutus es nesciens ueritatem
Offero enim sacrificium patri et filio et
spiritui sancto Cui pater Si tres deos
adoras cur ceteros alios deos
non adoras Cui illa Tres illi
una deitas sunt Post hec xpi-
na deos fregit et aurum et ar-
gentum pauperibus erogauit
Rediens pater ut deos adoraret
sed ipsos non inueniens et ab an-
cillis quid ex illis xpina fecerit
audiens iussit eam expolia-
ri et a duodecim viris cedi a-
deo ut ipsi ministri deficerent.
Tunc xpina patri dixit sine ho-
nore et pudore et abhominabilis
deo deficiunt qui me cedunt pete
aliis a diis tuis si uales uirtu-
tem Tunc cathenatam eam in car-
cere mitti iussit. Audiens hoc mater
uestimenta sua scidit et ad carcerem
pergens filie pedibus se prostra-
uit dicens. filia mea xpina lu-
men oculorum meorum miserere
mei Cui illa. Quid me dicis
filiam tuam nescis quia nomen dei
mei habeo Cumque nichil ei posset per-
suadere ad uirum rediit et que
ei responderit indicauit Tunc pater
iussit eam ante tribunal suum duci

[illegible] anno domini 287 sub Dioclet[illegible]
passa [illegible] Requiescit [illegible]
castro quod [illegible]
[illegible]
[illegible]

Cui dixit Vrbanus Sacrifica diis sin autem multis afficieris suppliciis et mea filia non diceris. Cui illa Magnam in gratiam praestitisti quia iam me non vocas filiam dyaboli. Quod autem de dyabolo nascitur demon est. Tu es pater ipsius sathane. Tunc ille iussit carnes eius ungulis radi et membra eius tenera disrumpi. Xpina autem de carnibus suis accipiens in vultu patris proiecit dicens Accipe tyranne et carnem quam genuisti comede. Tunc pater eam in rotam imposuit et ignem cum oleo supposuit sed flamma exiliens mille et quingentos occidit. Pater autem eius omnia haec magicis artibus ascribens iterum eam in carcerem mitti fecit et facta nocte iussit pueris suis ut lapidem grandem molarem ad collum eius ligarent et in mare proicerent. Quod cum fecissent protinus angeli ipsam assumunt. Xpus autem ad eam descendit et eam in mari baptizavit dicens Baptizo te in deo patre meo et in me filio eius ihesu xpo et in spiritu sancto. Et commisit eam michaeli archangelo qui eam ad terram reduxit. Quod audiens pater frontem suam percuciens dixit ad eam Quibus maleficiis haec facis ut in mari maleficia tua exerceas. Cui illa Stulte et infelix a xpo hanc gratiam accepi. Tunc in carcerem eam misit iubens ut mane debeat decollari. In ipsa autem nocte pater eius Vrbanus mortuus invenitur. Huic quidam iudex iniquus successit nomine Dyus qui cunam ferream succensam cum oleo

resina et pice parari fecit et xpinam ibidem iactari. Cunamque quattuor viris agitari ut citius consumeretur. Tunc xpina deum laudat quod eam nuper renatam denuo voluerit ut infantula in cunabulis agitari. Tunc iudex iratus fecit caput eius radi et nudam per civitatem usque ad appollinem duci. Ubi ydolo imperavit et corruens in pulverem est redactum. Quod audiens iudex expavit et spiritum tradidit. Huic successit iulianus qui fornacem succendi fecit et xpinam in ea iactari. Ubi per quinque dies cum angelis cantans et deambulans illesa permansit. Quod audiens iulianus magicis artibus hoc ascribens duos aspides duas vipas duosque colubres ad eam dimitti fecit. Sed serpentes pedes eius lingunt, aspides nil nocentes ad ubera pendent, colubri collo se involventes sudorem lingunt. Iulianus autem incantatori dixit Numquid et tu magus es? Irrita bestias. Quod cum faceret serpentes in eum impetum fecerunt et eum protinus occiderunt. Tunc serpentibus imperavit xpina et ad desertum locum ire fecit et mortuum hominem suscitavit. Tunc iulianus mamillas eius praecidi mandavit de quibus lac pro sanguine fluxit. Deinde linguam eius praecidi fecit. Xpina vero nequaquam loquelam amittens praecisam linguae accipiens in faciem iuliani proiecit et oculum

eius inde perueniens exercitauit cum iratus iulianus duas sagittas vnam contra cor et vnam in latus eius dimisit. Et illa sic percussa spiritum deo reddidit.

De sancto Iacobo

Iacobus iste apostolus dicitur iacobus zebedei. Iacobus frater iohannis. boanerges id est filius tonitrui. et iacobus maior. Dicitur enim iacobus zebedei scilicet filius non tantum carne sed etiam nominis interpretatione. Zebedeus interpretatur donans siue donatus et beatus iacobus se ipsum deo donauit per mortis martirium et a deo nobis donatus est in specialem patronum. Dicitur iacobus frater iohannis quia fuit eius frater non tantum carne sed etiam morum similitudine. Ambo enim fuerunt eiusdem zeli. eiusdem studii. et eiusdem uotis. Eiusdem zeli ad dominum ulciscendum. Cum enim samaritani xpistum non reciperent. Iacobus et iohannes dixerunt vis dicimus descendat ignis de celo et consumat eos viros. Eiusdem studii addiscendum. Inde isti duo precipue fuerunt qui xpistum de die iudicii et aliis venturis interrogauerunt ~~Eiusdem studii addiscendum~~. Eiusdem uoti ad obtinendum quia sessionem xpisti ad dextram et sinistram ambo habere voluerunt. Dicitur filius tonitrui ratione sonore predicationis qua malos terrebat pigros excitabat omnes sua altitudine in admirationem conuertebat. Unde dicit beda de iohanne quod tam intonuit ut si aliquantulum altius intonuisset totus mundus eum capere non potuisset. Dicitur iacobus maior sicut alius minor primo ratione uocationis quia primus uocatus est a xpisto. Secundo ratione familiaritatis quia maiorem familiaritatem uidetur xpistus habuisse cum isto quam cum alio sicut patet quia ipsum ad secreta sua admittebat sicut fuit ad puelle resuscitationem et ad gloriam transfigurationis. Tertio ratione passionis quia primus inter ceteros apostolos passus est. Sicut ergo dicitur maior alio eo quod prius est uocatus ad gratiam apostolatus. Ita potest dici maior eo quod prius uocatus ad eternitatis gloriam. Iacobus apostolus filius zebedei post ascensionem domini dum in iudea et samariam predicasset in hyspaniam tandem iuit ut ibi uerbum domini seminaret. Sed dum ibi nil proficere se uideret et solummodo nouem discipulos ibidem acquisiuisset. duos ex illis causa predicandi ibi reliquit et alios septem secum assumens iterum in iudeam rediit. Magister autem iohannes beleth dicit quod tantum unum conuertit ibi. Cum ergo in iudea uerbum dei predicaret magus quidam nomine hermogenes cum phariseis discipulum suum nomine philetum ad iacobum misit ut eum coram iudeis conuinceret quod sua predicatio falsa esset. Sed cum apostolus eum coram omnibus rationabiliter uinceret et multa coram eo miracula fecisset. rediit philetus ad hermogenem doctrinam iacobi approbans et miracula recitans ac eius

discipulum se fieri velle con-
testans. et ut ipse similiter efficere-
tur discipulus persuadens. Tunc
hermogenes iratus arte sua
magica ita eum immobilem fecit
ut se nullatenus movere posset
dicens. Videbimus si iacobus
tuus te solvat. Quod cum phy-
letus iacobo per puerum nunciasset
misit ad eum iacobus sudarium
suum dicens. Accipiat sudarium
et dicat. Dominus erigit elisos
dominus solvit compeditos. Statim-
que ut de sudario tactus est so-
lutus a vinculis hermogenis
magicis artibus insultavit
et ad iacobum properavit. Iratus
igitur hermogenes demones advo-
cavit precipiens ut ipsum iaco-
bum vinctum cum phyleto ad se ad-
ducant. ut de ipsis se vindi-
cet ne discipuli eius de cetero sibi au-
deant taliter insultare. Veni-
entes autem demones ad iaco-
bum in aere ululare ceperunt
dicentes. Iacobe apostole dei mise-
rere nobis. quia antequam nostrum tempus
adveniat iam ardemus. Quibus
iacobus ait. Ut quid venistis
ad me. Qui dixerunt. Hermo-
genes misit nos ut te et phy-
letum ad ipsum duceremus. Sed mox
ut ad te venimus. angelus dei
nos cathenis igneis religa-
vit et plurimum cruciavit. Qui-
bus iacobus. Exsolvat vos an-
gelus dei et ad ipsum redite et
eum ad me vinctum adducite
sed illesum. Qui cum abissent. ap-
prehendentes hermogenem manus

ei a tergo ligaverunt et ipsum sic
vinctum ad iacobum adduxerunt
dicentes. Misisti nos ubi incen-
si sumus et graviter cruciati. Dix-
eruntque demones ad iacobum.
Da nobis in eum potestatem ut possimus
tuas iniurias et nostra incendia
vindicare. Quibus ait iacobus.
Ecce philetus ante vos est cur
eum non tenetis. Qui dixerunt.
Non possumus nec formicam que in
cubiculo tuo est manu contingere.
Dixitque iacobus ad philetum
ut bona pro mala sicut christus
nos docuit reddamus hermo-
genes te ligavit tu eum solve.
Solutus hermogenes confusus
stetit et iacobus ei dixit. Vade
liber quocumque volueris. Non enim est
discipline nostre ut invitus
aliquis convertatur. Dixitque ei her-
mogenes. ego novi iras de-
monum. nisi mihi aliquid dederis quod
mecum habeam occident me. Cui
iacobus baculum suum dedit. Ille
autem perrexit et omnes libros ar-
tis sue magice ad apostolum cre-
mandos adduxit. Iacobus autem
ne forte odor incendii vexaret
incautos eos mari precipitari fecit.
Proiectis igitur libris ad apostolum
rediit et plantas eius tenens di-
xit. Animarum liberator accipe penitentem
quem invidentem et detrahentem hac-
tenus sustinuisti. Cepit igitur in dei
timore perfectus esse adeo ut vir-
tutes plurime per eum fierent. Vi-
dentes autem iudei hermogenem
conversum zelo commoti iacobum adi-
erunt. et cur ihesum crucifixum pre-
dicaret increpaverunt. Ille vero

tunc eis per septuaginta aduentum et passionem et euidenter probasset. et plurimi crederent. Abyathar uero pontifex anni illius. sedicionem in populo excitauit. misso fune in collo apostoli ipsum ad herodem agrippam adduci fecit. Cumque iussu eius ad decollandum duceretur. quidam paraliticus in uia iacens ad eum clamauit ut sibi sanitatem conferret. Cui iacobus ait. In nomine ihesu christi pro cuius fide ducor ad decollandum exurge sanus et benedic creatorem tuum. et statim sanus surrexit et benedixit. Scriba autem qui funem in collo eius miserat et trahebat nomine yosias hoc uidens ad pedes apostoli se proicit et ueniam petens se christianum fieri postulauit. Quod uidens abyathar eum teneri fecit sibique dixit. Nisi nomen christi maledixeris cum ipso iacobo decollaberis. Cui yosias. Maledictus tu et maledicti omnes dii tui. nomen autem domini ihesu christi sit benedictum in secula. Tunc abyathar os eius pugnis cedi iussit. et missa de eo legacione ad herodem impetrauit ut cum iacobo decollaretur. Cum autem ambo decollari deberent. Iacobus a spiculatore lagenam aque peciit et ibidem yosiam protinus baptizauit. Et statim capitis obtruncatione uterque martirium consummauit. Decollatus est autem beatus iacobus viij. kalendas aprilis in annunciacione domini et viij. kalendas augusti compostella translatus. et iij. kalendas Januarij sepultus quia sepultura eius fabricata fuit. ideo ab augusto usque ad ianuarium protelata. Statuit gregorius ecclesia ut festum eius viij. kalendas augusti in tempore scilicet magis congruo deberet uniuersaliter celebrari. Decollato autem sancto iacobo ut ait iohannes beleth qui hanc translacionem diligenter exegit. discipuli eius corpus nocte timore iudeorum rapientes naui illud imposuerunt et sepultura diuine prouidencie committentes nauim sine regimine ascenderunt et angelo domini duce in galiciam in regnum lupe applicuerunt. Erat enim in hyspania regina sic dicta nomine et merito uite. Deponentes igitur corpus de naui super quendam magnum lapidem illud posuerunt. qui lapis mox ut cera corpori cessit et in sarthophagum corporis se mirabiliter coaptauit. Ingredientes igitur discipuli ad lupam dixerunt. Dominus ihesus christus mittit ad te corpus discipuli sui ut quem noluisti suscipere uiuum suscipias iam defunctum. et narrantes ei miraculum qualiter scilicet illuc sine regimine aduenissent. locum ad eius sepulturam congruum pecierunt. Quod dum regina audisset ut dicit idem magister Johannes beleth eos in dolo ad quendam uirum crudelissimum uel secundum alios ad regem hispanie destinauit ut eius super hoc consensum haberet. Qui eos cepit et in carcerem reclusit. Cum autem ille discumberet angelus domini carcerem aperuit et eos libere abire permisit. Quod dum ille cognouisset uelociter post eos milites qui eos caperent destinauit. Cum autem milites illi

ponte transirent fracto ponte
omnes in flumine sunt submersi. Quod
ille audiens penitentia ductus et sibi
et suis metuens misit post illos
~~metuens~~ rogans ut ad se redi-
rent et quicquid vellent ad libi-
tum impetrarent. Illi autem redie-
runt et plebem civitatis ad fidem
domini converterunt. Quod Lupa audi-
ens vehementer doluit. et rede-
untibus ad se discipulis et assen-
sum regis accipientibus illa inquit:
Accipite boves quos habeo in tali
monte et plaustris iungite ac
corpus domini vestri deferte et locum
sicut volueritis edificate. Hoc
autem Lupa lupina cogitatione
dicebat. Sciebat enim boves
esse tauros indomitos et sil-
vestres et ideo putavit quod non
possent iungi vel applicati ut si
iungerentur huc illucque discurre-
rent et sic dissiparent et corpus
deicerent et ipsos necaret. Sed
non est sapientia contra dominum. Illi enim
dolum eius non cogitantes montem
ascendunt et draconem quendam
ignem spirantem et in eos irruentem
cruce opposita per medium ventre
scindunt. Facto etiam super tauros
signo crucis velud agni pro-
tinus mansuescunt et eos iungen-
tes corpus sancti Jacobi cum lapi-
de super quem positum fuerat in curro
posuerunt. Boves sine aliquo
regimine corpus in medium
palatium Lupe detulerunt. Quod
illa videns et stupens credi-
dit in Christum et christiana effecta
omnia que petierunt tribuit et pa-

latium in ecclesiam sancto Jacobo dedi-
cavit. magnificeque ipsam dotavit
et in bonis operibus vitam suam
finivit. ¶ Quidam cum enor-
me plurimum peccatum commisisset
et episcopus confitente absolvere ti-
muisset hominem illum cum cedula
in qua illud peccatum scriptum erat
ad sanctum Jacobum misit. Cum ergo
in festo eius dum cedulam super al-
tare posuisset et sanctum Jacobum
ut illud peccatum deleret suis
meritis exoraret. cedulam post-
modum aperuit et penitus de-
letum inveniens deo et sancto Jaco-
bo gratias reddidit et sanctum omnibus
publicavit. ¶ Triginta viri
de Lotoringia circa annum domini m.
lxx ad sanctum Jacobum pergentes
omnes uno excepto fidem sibi mu-
tui servitii promiserunt. Unus igitur
illorum infirmatus quindecim diebus
a sociis expectatur sed tandem
ab omnibus relinquitur. et ab il-
lo qui fidem non promiserat ad
pedem montis sancti Michaelis
custoditur. Sed advesperante die mo-
ritur. Vivus autem propter loci solitu-
dinem et defuncti presentiam et immine-
ntis noctis caliginem et gentis
feritatem valde timuit. Beatus
Jacobus in specie equitis ei
apparens et eum consolans ait:
Trade mihi hunc mortuum et tu as-
cende post me super equum. Sic
ergo illa nocte ante solis ortum
dietas quindecim peragentes
ad Montem Gaudii qui est dimi-
dia leuca citra sanctum Jacobum
pervenerunt. Ibique sanctus Jacobus
utrumque deposuit precipiens

ut canonicos sancti iacobi ad sepe-
liendum peregrinum mortuum conuoca-
ret et sociis suis diceret quod propter
fidem fractam eorum peregrinatio
nil valeret. Qui iussa comple-
uit et stupentibus sociis de-
cius itineris ea que sanctus iacobus
dixerat intimauit. ¶ Theu-
thonicus quidam cum filio suo
circa annum domini m. xx. ad sanctum
pergens et in urbe tholosana
gratia hospitandi diuertens ab
hospite inebriatur. et abscondito in
mala argenteus cyphus ab-
sconditur. Mane igitur exeuntes
quasi latrones insequens reuoca-
uit et quod cyphum argenteum
furati fuerint eisdem obicit.
Cui cum dicerent quod puniri eos
faceret si apud eos cyphum in-
uenire posset et aperta mala in-
uentus fuit. Protinus ad iudicium
rapiuntur. Data quoque sententia omnia
que habebant hospiti dantur
et unus eorum ad suspendium iu-
dicatur. Sed cum pater pro filio et fili-
us pro patre mori vellet tandem
filius suspenditur et pater ad sanctum
iacobum merens progreditur.
Qui post xxxvi dies rediens
et ad corpus filii sui diuertens
et super eum lamentabiles voces
emittens. Ecce filius suspensus
ipsum consolari cepit dicens: Dul-
cissime pater ne fleueris quia num-
quam sic bene fuit michi quia hucus-
que sanctus iacobus me sustentat
et celesti dulcedine refocillat.
Quod pater audiens ad urbem
cucurrit et venientes populi

filium peregrini incolumem deposue-
runt et hospitem suspenderunt. ¶
Refert hugo de sancto victore quod qui-
dam peregrino ad sanctum iacobum per-
genti dyabolus in specie sancti iacobi ap-
paruit et de miseria presentis vite
plura commemorans felicem se esse si
ob honorem suum se necaret asseruit.
Qui mox gladium arripuit et
protinus se ipsum occidit. Et cum ille
in cuius domo fuerat hospitatus sus-
pectus haberetur et mori plurimum
formidaret continuo qui fuerat mor-
tuus reuixit asserens quod dum
demon qui mortem suaserat ad sup-
plicia ipsum duxisset beatus iacobus
mox occurrit et arreptum ad
thronum iudicis reduxit. Et ac-
cusantibus demonibus ut uite re-
stitueretur obtinuit. ¶ Quidam
qui ad sanctum iacobum frequenter cum
deuotione magna ire solebat
quadam uice dum illuc tenderet uel
et nocte illa in fornicationem
lapsus est. Pergenti igitur nocte
quadam dyabolus in specie iacobi facti
apparuit dicens. Nosti quis sim?
Negante illi dixit dyabolus:
Ego sum apostolus iacobus quem sin-
gulis annis uisitare consueuisti.
Scias quod multum de deuotione
tua gaudebam sed nuper de domo
tua egrediens in fornicationem in-
cidisti et non confessus ad me acce-
dere presumpsisti. Ideo tua peregrina-
tio deo et michi placere possit non
sic expedit. Sed quicumque ad me pe-
regrinando desiderat uenire prius
peccata sua per confessionem fundat
persuade et postea peregrinando eadem
commissa punire. Et his dictis
demon euanuit. Ille uero anxiatus
domum suam rediit pec-

catam confiteri. Deinde iter peragere disponebat. et ecce dyabolus
sibi apparens ei in specie apostoli hoc omnino
dissuasit asserens quod peccatum illud nul-
lomodo sibi remitteretur nisi penitus
sibi genitalia membra secaret. Be-
atus enim foret si se vellet occidere
et pro eius nomine martir esse. Tunc
nocte igitur sociis dormientibus gla-
dium arripiens genitalia sibi prescin-
dit. deinde eodem cultro se per
ventrem transfixit. Expergefacti socii
hoc videntes et plurimum formidan-
tes protinus aufugerunt ne suspi-
tioni haberentur de homicidio. Veru-
m cum eius fovea pararetur qui fu-
erat defunctus revixit. Et au-
tem fugientibus et stupentibus
que sibi acciderant enarravit
dicens. Cum me ad suggestionem
demonis occidissem demones me
rapientes versus Romam ducebant.
Et ecce post nos sanctus iacobus
protinus accurrit et demones de
fallacia plurimum increpavit.
Cumque ad invicem diutius disceptarent
cogente beato iacobo ad quod-
dam pratum venimus ubi vir-
go beata cum multis sanctis colloquens
residebat. Cui cum beatus iacobus
pro me conquestus fuisset. illa plurimum
demones increpavit et vite me
restitui precepit. Beatus igitur me
suscipiens vite me reddidit ut
videtis. Post triduum igitur solis in
illo cicatricibus remanentibus
iter arripuit et inveniens soci-
os eis omnia per ordinem enarravit.
Franciscus quidam tempore anno domini
M. C. cum uxore et filiis ad sanctum
iacobum ibat cum volens mor-
talitatem que erat in francia
fugere tum sanctum iacobum cupiens

visitare. Qui cum ad urbem
papiloniam venisset uxor eius
ibidem obiit. et hospes totam
illius pecuniam sibi tulit iumento
quo vehebantur pueri nequiter u-
surpavit. Ille autem desolatus
incedens quosdam pueros suos in hu-
meris portavit quosdam autem ma-
nibus trahebat. Cui vir cum asi-
no occurrens compassione com-
motus est. asinum accommodavit e-
i ut super illum pueri veherentur.
Cum autem ad sanctum iacobum per-
venisset eidemque vigilanti
et oranti sanctus iacobus apparuit.
et an se cognosceret inquisivit.
Cui neganti ait. Ego sum iaco-
bus apostolus qui tibi meum asinum ac-
commodavi et iterum accommodabo re-
vertenti. Scias autem cito hospitem
pro te tuum de solario corruentem
mortuum et omnia que tibi abstulit re-
ddenda [illegible] hebis. Que cum omnia contigisset
ille domum letus rediit et pueris
de asino depositis asinus statim
disparuit. Quidam mercator
a quodam tyranno iniuste spolia-
tus in custodia tenebatur qui
devote sanctum iacobum in suum auxilium
invocabat. Cui sanctus iaco-
bus vigilantibus custodibus
apparuit. et usque ad turris summi-
tatem ipsum perduxit et turris
se adeo inclinavit quod ipsius summitas
terre equalis fuit de qua
sine saltu descendens solutus
recessit. Quem custodes
insequentes licet iuxta eum pergerent
tamen ipsum videre non poterant.
Duo tres milites lugdu-
nenses ad sanctum iacobum pergentes
unus eorum a quadam muliercula

amore sancti iacobi rogatus sac
cum proprijs sup equum suum suum
portabat. Deinde quedam fir
mo deficiente in via, veniens
ipsum sup equum suum posuit et
in suum baculum vel burdonem cum
sacculo mulieris accipiens e
quum pius sequebatur. Ex sudore
solis et labore itineris fractus
cum galiciam aduenisset in firmi
tate grauissima laborauit. Cum
que a socijs de salute sue rogare
tur, ille tribus diebus mutus
extitit, sed quarta die socijs eius
mortem expectantibus grauiter
suspirans ait: Gratias deo ago
et sancto iacobo, quia eius sum meritis
liberatus. Cum enim que mouebar
tis facere vellem, demones ad
me venerunt me tam grauiter
constringentes ut nichil que ad
salutem ptinent aut aliquatenus
nec loqui possem. Vos quippe
audiebam sed prorsus vnde non
poteram. Illuc autem sanctus iacobus
intrauit ferens in sinistra manu
sacculum mulieris et in dextra ba
culum pauperis quos in via adiuua
ueram. Ita ut burdone plan
cea et sacculum pscuto hostis de
mones qui iratus aggrediens
Eleuato baculo demones terruit
et in fugam conuertit. Sicque gratia be
ati iacobi me gratia liberauit
et loquelam restituit. Cum
quidam vir ad sanctum iacobum pro
peranti pecunia defecisset et in
mendicare erubesceret sub qua
dam requiescens arbore somp
niabat quod sanctus iacobus eum pasce

bat. Euigilans igitur subcine
ritium panem ad caput reperit de
quo quindecim diebus vixit quo
usque ad propria remeauit. Singu
lis enim diebus sufficienter bis
de ipso comedens, sequenti die
ipsum integrum in sacculo inueni
ebat. Refert Kalixtus papa
quod cum quidam Bartinonensis
circa annum domini M C ad sanctum
iacobum veniens hoc solum pos
tulasse dicitur ne deinceps ab
aliquibus hostibus caperetur. Re
diens igitur a sarracenis capi
tur et pluries ab eis in nundinas
venditur. Sed tamen cathene quibus
ligatus fuerat soluebantur. Cum
autem iam tredecim vicibus ven
ditus fuisset et duplicibus ca
thenis astrictus esset, et ille
beatum iacobum invocaret, sibi
eidem apparuit dicens: Quia in
ecclesia mea existens postposita salu
te anime liberacionem tamen corporis pos
tulasti, ideo in hec pericula incidisti.
Sed quia dominus misericors est
misit me ut te redimam. Statim
ruptis cathenis per urbes
et castella sarracenorum pertransiens
quandam cathene in testimonium
huius miraculi ferens ad terram suam
cunctis videntibus et stupentibus
rediit. Cum enim eum aliquis cape
re volebat, visa cathena protinus
territus fugiebat. Sed cum leones
aliaeque fere in eum per deserta gra
dientem vellent insurgere, mox
visa cathena terrore nimio
... et in fuga protinus
ibant. De sancto Christoforo.

Christoforus ante baptismum
reprobus, sed postmodum
Christoforus dictus est quia Christum

ferens, ex eo scilicet quod quatuor modis Christum portavit, scilicet in humeris per traductionem, in corpore per macerationem, in mente per devotionem, in ore per confessionem sive predicationem. Christoferus gente Chananeus procerissime stature vultuque terribilis erat et duodecim cubitos in longitudine possidebat. Hic, ut in quibusdam gestis suis legitur, cum staret cum quodam rege Chananeorum, venit sibi in mente ut maiorem principem qui in mundo esset quereret et ad eundem secum moraturus accederet. Venit igitur ad quendam magnum regem de quo generalis fama habebat quod maiorem in mundo principem non haberet. Quem rex videns libenter recepit et in sua curia manere fecit. Quadam autem vice ioculator quandam cantionem coram rege cantabat in qua frequenter dyabolum nominabat. Rex autem, cum fidem Christi haberet, quotiensque dyabolum nominari audiebat protinus in facie sua crucis signaculum imprimebat. Quod videns Christoferus plurimum admirabatur cur hoc rex ageret et quid signum huiusmodi sibi vellet. Cum autem de hac re regem interrogaret et ille hoc sibi manifestare nollet, dixit ei Christoferus: Nisi hoc mihi dixeris, tecum ulterius non manebo. Quapropter coactus rex dixit ei: Quotiensque dyabolum nominari audio, hoc signo me munio, timens ne in me potestatem accipiat michique noceat. Cui Christoferus: Si dyabolum times ne tibi noceat, ergo ille maior et potentior te esse convincitur, quem tu in tantum formidare probaris. Frus-

tratus igitur sum spe mea, putans quod maiorem et potentiorem mundi dominum invenissem. Sed iam nunc valeas, quia ipsum dyabolum querere volo, ut ipsum mihi in dominum assumam et eius servus efficiar. Discessit igitur ab illo rege et dyabolum querere properabat. Cum autem per quandam solitudinem pergeret, vidit magnam multitudinem militum, quorum quidam miles ferus et terribilis venit ad eum et quo vaderet requisivit. Cui Christoferus respondit: Vado querere dominum dyabolum, ut ipsum mihi in dominum assumam. Cui ille: Ego sum ille quem queris. Gavisus Christoferus se sibi in servum perpetuum obligavit et ipsum pro domino accepit. Cum ergo ambo pergerent et in quadam via quandam crucem erectam invenissent, mox ut dyabolus ipsam crucem vidit, territus fugit et viam deserens per asperam solitudinem duxit Christoferum et post modum ipsum ad viam reduxit. Quod videns Christoferus et admirans interrogavit cur in tantum timuisset et viam planam relinquens per tam asperam solitudinem sibi divertit. Quod cum ille sibi nullatenus indicare vellet, dixit Christoferus: Nisi hoc mihi indicaveris, statim a te discedam. Quapropter compulsus dyabolus dixit ei: Quidam homo qui dicitur Christus in cruce affixus fuit, cuius crucis signum cum video plurimum pertimesco et territus fugio. Cui Christoferus: Ergo ille maior et potentior te est, cuius signum times. Gratis

timebis

igitur Zabulum non adhuc maiorem
principem mundi reperi. Iam nunc
valeas quia te deserere volo et
ipsum Christum inquirere. Cum igitur
diu quesisset. qui sibi aliqua de noticia
Christi indicaret non habebat. tandem
ad quendam heremitam deuenit
qui sibi Christum predicauit et in eius
fide diligenter instruxit. Dix-
itque heremita Christoforo. Iste cui
seruire desideras istud requi-
rit obsequium quia te frequenter
ieiunare oportebit. Cui
Christoferus aliud a me requirat
obsequium quia istam rem nequa-
quam agere valeo. Cui rursus he-
remita. Multas quoque oracio-
nes sibi facere te oportebit. Cui
Christoferus. Aliud a me requirat
obsequium. nescio quid sit hoc nec
huiusmodi obsequium perficere pos-
sum. Cui heremita. Nosti talem
fluuium in quo multi transeuntes
periclitantur et pereunt. Cui Christofe-
rus. Noui. Et ille. Cum procere
stature sis et fortis viribus
si iuxta fluuium illum resideres
et cunctos transduceres. regi Christo
cui seruire desideras plurimum
gratum esset. et spero quod ibidem
se tibi manifestaret. Cui Christoferus
vtique istud obsequium agere va-
leo. et me sibi in hoc seruiturum
promitto. Ad predictum igitur fluuium
accessit et ibidem sibi habitaculum
fabricauit. portansque quandam
perticam loco baculi in manibus
qua se in aqua sustentabat omnes
sine cessacione transferebat. Euo-
lutis multis diebus cum in domuncu-
la sua quiesceret. audiuit vocem

cuiusdam pueri se vocantis
et dicentis. Christofere veni foras
et me transducas. Concitus Christo-
ferus exiuit sed neminem reperit. Re-
diens in domuncula predictam iterum
vocem se clamantis audiuit. Qui
rursus foras cucurrit sed nemi-
nem inuenit. Tercia vice abeodem
ut prius vocatus exiit et puerum
quendam iuxta ripam fluuii
inuenit. qui Christoferum ut se trans-
duceret obnixe rogauit. Christofe-
rus igitur puerum in brachiis sibi
eleuans et baculum suum acci-
piens flumen transiturus intrauit.
Et ecce aqua fluuii paulatim
intumescebat. et puer instar
plumbi grauissime ponderabat.
Quantoque magis procedebat. tanto
amplius vnda crescebat. et pu-
er magis ac magis Christoferi
humeros pondere intollerabili depri-
mebat adeo ut Christoferus in an-
gustia multa positus esset. et se
periclitari plurimum formidaret.
Cum ad vix euasisset et flumen tran-
sfretasset puerum in ripa deposuit
eique dixit. In magno puer me
posuisti periculo. et adeo ponde-
rasti quod si totum mundum super me
habuissem vix maiora pondera
persensissem. Ad quem puer respondit.
Ne mireris Christofere quia non solum
totum mundum super te habuisti sed eci-
am sed eciam illum qui creauit mun-
dum tuis humeris baiulasti. E-
go enim sum rex tuus cui in hoc
opere ipse deseruis et ut me verum
dicere comprobes cum transieris bacu-
lum tuum iuxta domunculam tuam
in terra fige et mane ipsum flori-

isse et fructificasse videbis. Sta-
timque ab oculis eius evanuit. Ve-
niens igitur xpoferus cum baculum
suum in terra fixisset. mane surgens
invenit ipsum admodum palme fron-
des et dactilos protulisse. Post
hec in civitatem licie venit ubi
dum eorum linguam non intelligeret
oravit dominum ut illius sibi concederet
intellectum. Dum autem in prece consiste-
ret. iudices eum insanum putantes
eum relinquunt. Assecutus xpoferus
quod petebat vultum operiens ad
locum certaminis venit. et xpianos
qui torquebantur in domino conforta-
bat. Tunc unus ex iudicibus in fa-
ciem eum percussit. Cui xpoferus
vultum discooperiens dixit. Nisi xpi-
anus essem protinus iniuriam meam vin-
dicassem. Tunc xpoferus virgam
suam in terra fixit. et ut ad populi conver-
sionem frondescet dominum exora-
vit. Quod dum protinus factum fuis-
set. octo milia hominum crediderunt.
Rex autem cc milites qui eum ad
se adducerent misit. Et cum
eum orantem invenissent et sibi
intimare hec timerent. Iterum
totidem misit. qui et ipsi cum eo
orantes protinus oraverunt. Sur-
gens igitur xpoferus dixit eis
Quid queritis. Qui cum vultum
videntes dixerunt. Rex misit
nos ut te ad ipsum vinctum du-
ceremus. Quibus xpoferus. Si
ego nollem nec solutus nec ligatus
a vobis duci potero. Dicunt ei. Si
ergo non vis vade liber quo vis
et nos regi dicemus quod te nequaquam
invenimus. Non ita inquit
xpoferus sed et ego vobiscum ibo

Ipse autem eos ad fidem convertit
et ab eis manus sibi ligari fecit
et sic regi vinctum presentari. Quem
rex videns territus est et de sella
sua protinus corruit. Deinde a
servis suis levatus de nomine
suo eum interrogavit. Cui xpo-
ferus. Ante baptismum reprobus
dicebar nunc autem xpoferus
vocor. Cui rex. Stultum tibi
nomen imposuisti xpi scilicet cru-
cifixi. qui nec sibi profuit nec tibi
prodesse poterit. Nunc ergo chana-
nee malefice quare non sacri-
ficas diis nostris. Cui xpo-
ferus. Recte vocatus es magnus
quia tu es mors mundi so-
cius dyaboli. Dii autem tui sunt
opera manuum hominum. Cui rex
Inter feras nutritus es et non
potes nisi feralia et hominibus
incognita loqui. Nunc ergo
si sacrificaveris magnos a
me honores consequeris. Sin
autem diris suppliciis consume-
ris. Nolente igitur sacrificare
in carcerem mitti iussit. Dein-
de illos milites qui ad xpo-
ferum missi fuerant pro xpi no-
mine decollati sunt. Deinde
duas formosas puellas quarum
una dicebatur nicea et altera
aquilina secum in carcere reclu-
di fecit. promittens eis multa
munera si eum ad peccandum secum
allicerent. Quod videns xpo-
ferus protinus in oratione se dedit. Sed
cum a puellis plausibus manuum et
amplexibus urgeretur surrexit
et dixit illis. Quid queritis
et ob quam causam huc introducte
estis. At ille vultus eius

claritate perite dixerunt christo-
rore nri sco dei ut i dm que
pdicas crede valeamus Quod
audiens rex eas adduci fecit
dicens Ergo et nos seducte es-
tis pdicos iuro qa n sacrifica-
veritis mala morte pibitis
Que ruderunt Si vis ut sac-
ficemus iube plateas mundari
et oms ad templum congregari
Quo fco cu ille templum i trois-
sont soluentes cingulum suum
posuerunt i colla deorum et ad
terram trahentes i puluere
confregerunt Dixerunt qz astan-
tibus Ite et vocate medicos
et curet deos uros Tunc iussu
regis aquilina suspendi et
ligato ad eius pedes i genti
saxo mebra ei omnia disrupta
sunt Que cum migrasset ad dnm
soror ei nicea i igne piicitur
Sz inde illesa exiens ptinus
decollatur Post hec xpoferus
regi pntatur qui iussit eu vir-
gis ferreis cedi et cassidem fer-
ream et igneam i capud eius
poni Deinde scampnum ferre-
um fieri fecit et xpoferum ibidem
ligari et igne i iecta pice suc-
cendi Sz instar cere scapnum
constringitur et xpoferus illesus
egreditur Deinde iussit eum
ad stipite ligari et militibus sa-
gittari Sagitte aut oms in
aere suspendebantur nec ipm
aliqua contingere potuit Rex au-
te putans ipm a militibus sagit-
tatum et eu eidem insultaret subito
una de sagittis rediens vemi-
ens et retro se vertens regem
i oculo percussit et ipm penitus
excecauit Cui xpoferus Scio tirañe
na die csumaturus sum Tu ergo
tyranne lutum de sanguine meo
facies et oculis i unges et sani-
tatem recipies Tunc iussu regis
ad decollandum ducitur et ibi fu-
sa oroñe decollatur Rex autem
modicum de sanguine eius accipiens
et sup oculum suum ponens ait In
noie dni et sci cristofori Et ctinu-
o sanus effectus est Tunc rex cre-
didit dans pceptum ut si quis
dm et sem cristoferum blasphema-
ret ctinuo gladio feriretur

De septem dormientibus

Septem dormientes i ciui-
tate ephesi orti sunt De-
cius aut impator psequens
xpianos cu venisset ephesum ius-
sit edificari templa i medio ci-
uitatis ut oms cu eo insisten-
tur sacrificijs ydolorum Cum g omnes
xpianos i quiri iussisset et vinctos
aut sacrificare aut mori cpelleret
Tantus penarum terror cunctis icut-
ebat quod amicus amicum et
filius prem et prem filius abne-
gabat Tunc i illa urbe i uenti
sunt septem xpiani quorum noia sunt
Maximianus Malchus Martini-
anus Dyonisius Johes Sera-
pion et constantinus qui
hoc videntes nimis dolebant
Et cu essent primi pallacij sa-
crificia ydolorum spernentes i domo
sua se celabant et ibi ieiunijs
et oroibus vacabant Accusati
igitur an decium statuuntur et co-
probati vere esse xpiani dato eis
respiscendi spacio usqz ad redi-
tu decij dimittuntur Hi illi pri-
monium suum interi i paupibus
expendentes miro csilio in mo-
tem celion cesserunt et ibi esse
secreciis decreuerunt Dum g°

sic latentibus unus eorum semper
ministrabat. Et quotiens intra-
bat urbem sub figura se mendi-
ci et habitu vestiebat. Cum ergo decius
in urbem redisset et eos ad sacri-
ficandum perquiri iussisset malchus
minister eorum territus ad socios
rediit et eis furorem imperato-
ris indicavit. Qui cum graviter
terrerentur malchus tamen allatos
panes eis apposuit ut cibo con-
fortati fortiores ad pugnandum redde-
rentur. Postquam autem cenaverant
sedentes et colloquentes in luctu
et lacrimis subito sicut deus
voluit dormierunt. Mane facto
cum quesiti inveniri non possent
et decius doleret quod tales iuve-
nes perdidisset accusati sunt quod hu-
cusque in monte celion latuissent
et sua christianis pauperibus ero-
gantes in suo proposito mane-
rent. Iussit ergo decius ut parentes
eorum adessent et comminatus est
eis mortem nisi de eis dicerent
quicquid scirent. Isti autem eos si-
militer accusaverunt et divicias
suas expendisse pauperibus
conquesti sunt. Tunc cogitans
de eis quid faceret nutu dei
iussit os spelunce lapidibus
obstrui ut ibi morerentur fa-
me et inopia conclusi. Quod
ministri quidem fecerunt. Et duo
christiani theodorus et rufinus
eorum martirium describentes caute
inter lapides posuerunt. Mortu-
o igitur decio et tota illa generacione
post annos ccc lxxii anno xxx
imperii theodosii pullulavit he-
resis eorum qui negabant resur-
rectionem mortuorum. Unde contristatus

theodosius christianissimus impera-
tor quia fidem tam impie agi-
tari videbat indutus cilicio
sedens in interiori loco per singulos
dies flebat. Quod videns mi-
sericors deus consolari lugentes
et confirmare spe de resurrectione
mortuorum voluit et thesaurum
sue pietatis aperiens ita pre-
dictos martires suscitavit. Im-
misit siquidem in cor cuiusdam bur-
gensis ephesi ut in illo monte
edificaret stabula pastoribus
suis. Cementariis ergo speluncam
aperientibus surrexerunt sancti
et se invicem salutantes pu-
tabant se una nocte tantum dor-
misse. et pridianam tristiciam
recordantes interrogaverunt
malchum qui eis ministrabat
quid de eis decius decrevisset.
At ille respondit. Sicut dixi in sero
quesiti sumus ut ydolis ymmo-
laremus. Ecce quod de nobis cogitat
imperator. Cui respondit maximianus
Et deus scit quod non sacrificabimus.
Cumque socios confortasset iussit mal-
chum ut empturus panes ad ur-
bem descenderet et plures quam
heri panes afferens et quid iussis-
set imperator rediens nunciaret. Tollens igitur malchus quin-
que solidos de spelunca exivit et
videns lapides miratus est. Sed
aliud cogitans parum de lapidi-
bus cogitavit. Veniens igitur cau-
tiusque ad portam urbis valde
miratus est videns super positum
signum. Unde pergens ad alteram
portam dum idem signum invenit
supra modum miratus est videns

omnes portas signo crucis appositi et muratam civitatem signantes se ad primam portam rediit se existimans sompniare unde se confirmans et vultum operiens urbem ingreditur. et veniens ad venditores panum audivit homines de christo loquentes et amplius stupefactus ait Quid est igitur quod heri nemo audebat christum nominare et nunc omnes christum confitentur. Puto quod hec non est ephesiorum civitas. quia aliter edificata est sed aliam civitatem nescio talem Et cum interrogans audisset hanc esse ephesum errare uacit se putabat et redire ad socios cogitavit. Accessit tamen ad eos qui panes vendebat et cum argenteos protulisset mirati venditores dicebant ad invicem quod ille iuvenis antiquum thezaurum invenisset. Malchus vero eos ad invicem loquentes videns putabat quod vellent eum trahere ad imperatorem. et territus rogavit eos ut se dimitterent et panes et argenteos retinerent. At illi tenentes eum dixerunt ei unde es tu. quia thezauros antiquorum imperatorum invenisti. Indica nobis et erimus socii tecum. et celabimus te quia aliter celari non potes. Malchus vero non inveniebat quid diceret illis pre pavore. Illi igitur videntes eum tacentem misso fune in collo eius trahebant per vicos usque ad medium civitatis. Et exiit rumor ad omnes quod quidam iuvenis thezauros invenisset. Congregatis ergo ad eum universis et eis miratibus

volebat eis satisfacere innuit quod nichil invenisset. Circumspiciens quoque omnes neminem cognoscere potuit et prospiciens in populum volebat cognoscere aliquem de consanguineis suis quos veraciter vivere putabat. et nullum inveniens stabat quasi insanus in medio populi civitatis. Quod cum audisset sanctus martinus episcopus et antipater proconsul qui in urbe advenerant mandaverunt civibus ut eum caute adducerent et argenteos eius. Cum autem satellites traherent. ad ecclesiam putabat quod duceretur ad imperatorem. Episcopus igitur et proconsul mirantes argenteos interrogaverunt eum ubi thezaurum incognitum invenisset. Ac ille respondit se nichil penitus invenisse sed de sacculo parentum suorum eosdem denarios habuisse. Et interrogatus cuius civitatis esset respondit. Ego scio quod huius civitatis sum. si tamen hec est civitas ephesiorum. Proconsul dixit fac venire parentes tuos ut testentur pro te. Quos cum nominasset et nullus eos cognosceret dicebant eum fingere ut aliquo modo evaderet. Et ait proconsul Quomodo credemus tibi quod hec argentea parentum tuorum fuerint cum scriptura eius iaceat plus quam ccc lxxii annos et primorum dierum decii imperatoris et in nullo similes sunt argenteis nostris. Et quomodo parentes tui ante tantum tempus fuerunt. tu vero iuvenis vis decipere sapientes et senes ephesi. Ideo iubeo te legibus tradi donec confitearis quod invenisti. Tunc

procidens malchus ante eos dixit
Prodeo domini dicite mihi quod vos in-
terrogo et ego dico vobis quod est
in corde meo. Decius imperator
qui fuit in hac civitate ubi est
Episcopus dixit. Fili non est hodie in
terra qui decius vocetur. Impera-
tor autem fuit ante longum tempus
Malchus autem dixit. In hoc domine ita
stupeo et nemo credit mihi. Sed
sequimini me et ostendam vobis soci-
os meos qui sunt in monte celyo
et ipsis credite. Hoc enim scio quod
a facie decii imperatoris fugimus
et ego sero vidi quod ingressus est
decius imperator in hanc urbem
si tamen hec est civitas ephesi. Tunc
episcopus cogitans in se ipso dixit
proconsuli. quod visio est ipsa quam deus
vult ostendere in iuvene isto. Per-
rexerunt ergo cum ipso et civitatis
plurima multitudo. Et ingressus est
prius malchus ad socios suos
et post eum episcopus ingrediens invenit
inter lapides litteras sigillatas
duobus sigillis argenteis et
convocato populo legit eas et audi-
entibus et mirantibus cunctis
et videntibus sanctos sedentes
in spelunca. et facies eorum tam-
quam rosas florentes. procidentes
glorificaverunt. Statimque episcopus
et proconsul miserunt ad theodo-
sium imperatorem rogantes ut cito
veniret et mirabilia dei nuper
ostensa videret. Qui mox surgens
de humo et de sacco in quo lugebat
glorificans deum a constantinopoli in
ephesum. Et obviantibus ei cunc-
tis ascenderunt simul omnes ad

speluncam. Et mox ut sancti vide-
runt imperatorem resplenduerunt
facies eorum sicut sol. Et ingressus
imperator procidit ante eos glori-
ficans deum. et surgens amplex-
atus est eos et super singulos flevit
dicens Sic video vos tamquam si vi-
derem dominum resuscitantem lazarum.
Tunc dixit sanctus maximianus ad
eum Crede nobis quia propter te resuscita-
vit nos deus ante diem magne
resurrectionis ut credas indu-
bitanter quod resurrectio mortuo-
rum est. Re enim resurreximus et vi-
vimus. et sicut infans est in utero
matris non sentiens lesionem et vi-
vit. sic fuimus viventes iacentes
et dormientes et non sentientes
Et hiis dictis videntibus cunctis
inclinantes capita sua in terram
obdormierunt. et tradiderunt
spiritus suos secundum dei imperium. Sur-
gens autem imperator cecidit super
eos flens et deosculans eos
Et cum iussisset fieri loculos aure-
os in quibus mitterentur. Ipsa
nocte apparuerunt dicentes impera-
tori ut sicut hactenus in terra ia-
cuerant et extra surrexerant
ita eos dimitteret donec eos deus
iterum suscitaret. Iussit ergo imperator
locum illum in auratis lapidibus
adornari et omnes episcopos resurrectionem
confitentes absolvi. Quod
.ccc. lxxij. annis dormivisse
dicuntur dubium esse potest. Quia anno
domini. cccc. xlviij. sic surrexe-
runt. Decius autem regnavit
uno anno tantum scilicet anno domini. cc-
lij. et ita non dormierunt nisi
.c. iiijor. xx. et tribus annis. Et hec
de festo anna quod precedit debet festum
inveniri

Celebrem⁹ hodie dilectissimi
nobilissime anne diē festū
deuotiq[ue] mēte b[e]n[e]dicto dei pruden-
tia filia ē exorta · que celeste no-
bis vitā ī terris ondit · Hec
ē dies qua fecit dn̄s dies ān̄e
gloriosissime dedicatus Et ideo
gaudeat t[er]ra n[ost]ra tante m[at]ro-
ne debitū obsequiū exhibēdo
Hec ē enī plantā celestis plan-
ta p[ro]ospi ī s[an]c[t]e eče padyso pla-
tata diuinitus que florē p[ro]tulit
Cui⁹ fructus vitā ī marcessi-
bilem uē gustantib⁹ elargit
Hec ē anna templi p[re]ciosi visio-
nis ambigens p[ro]bolus que
supereminētibus exornat domus
Rex pacificus sum[m]e beniuolus
Hec ē illa anna sum[m]e b[e]n[e]dicta
que omē genus h[uma]n[u]m fructu
vinacens lignū vite reddidit p[ro]-
tectorū germine edidit qui sint
simplice usiam t[er]minus indidit
Hec est radix illustrissima mo-
tis illius in quo solis q[uo]d deus
descendit · cui⁹ ī hitiuco optic
9 complantat Huc radix b[e]n[e]-
dicta q[ue] sola digna fuit portare
surculū ī quo flos candidus
et rubicundus electus ex milib⁹
ē exortus ¶ Quid dignum
referemq[ue] b[ea]tam ī laude tam glo-
riose m[at]rone aue dn̄i n[ost]ri ih[es]u x[risti]
Psallat nūc lingua carminis et
dem locut[er] organis plaudat
q[uo]d p[er]mania sonat organa Omnes
gentes plaudite manib⁹ quoniam
dn̄s excelsus · rex magnus su-
per omnes celos ? sup[er] omnem t[er]ra[m] · ex-
ligine hui⁹ anne filia nasci
dignatus ē · et visitare pau-
peres ī h[oc] mundo · Hec ē illa anna
multis donorū priuilegijs
sublimata Imploremus ergo lar-
giflua gra[tia]m qua laudemus
hem⁹ em ī ea fonte gr[ati]e q[ue] dc̄a
gr[ati]a plena gra[tia] peperit Hodie
dilā dei genitāis et virginis pa-
rens gl[ori]osa uoluptatis pady-
sus intrauit · via effecta regia ·
qua directe ad portas padysi p[er]-
duāit · vbi adno exitium cond
glorie ? serto exultatōis corona-
tur O quali tripudio omem
illa celestem ir[usa]l[e]m credendū
ē ī effabilit[er] iubilando hodie
exultasse · quem anna filij dei aua
occurrente saluatore ē cū ce-
lestis curie ordinibus adethe-
reū ē p[er]ducta thalamū ¶ Mag-
nificet itaq[ue] te rex glorie ma-
cena p[er]introducta filia ad re-
gale palatiū ad s[e]c[und]o[rum] consor-
tiū p[er] tam nobili deposito ab
hui⁹ mundi exilio translato cū
tante glorie magnificencia su-
peris hodie transmisso Tu uero
x[risti] dilcā ī eternitatis speculo
p[ro]uisa · q[uo]d m[at]rem gr[ati]e peperisti
? nune · Gaude q[ui]a x[ristu]s tue
delicie tua refecto tuu[m] fructū
Desiat minirū mes h[uma]na
excogitare q[ua]ntis ? qualibus
celestibus delicijs ī iuxta af-
fluas sup[er] dilecū ip[s]a carne in
corpatum p[er] regia filia inte-
consignatam corpi claritatis
sue · Et ideo laudis p[re]conia o[mn]e
loquendi superant facultatem
Eya mater digne admiran-
da · et singulariter venerada

accedens fiducialiter ad thronum gloriae nobis optine tuis gloriosis precibus et meritis ut cum videre mereamur in regno qui te preservavit tu ventris tui ... quam concepisti quam peperisti quam in gremio fovisti. precibus tuis mortalibus honorare disposuit super terram per gratiam superaffluentem qui regnum celeste et omnes delicias paradysi tibi contulit per gloriam super excellentem Ihesus Christus unigenitus summi patris et virginis matris deus et dominus noster cui laus sit et gloria et gratiarum actio in secula seculorum amen.

De sancto Nazario

Nazarius dicitur quasi nazareus quod interpretatur consecratus vel mundus vel separatus vel floridus aut custodiens. In homine reperiuntur hec quinque scilicet cogitatio, affectio, intentio, actio et locutio. Cogitatio autem debet esse sancta, affectio munda, intentio recta, actio iusta et locutio moderata. Hec omnia fuerunt in beato Nazario. Fuit enim cogitatione sanctus et inde dicitur consecratus. Affectione mundus et inde dicitur mundus. Intentione rectus et inde dicitur separatus. Intentio est enim que separat opera quia ex oculo simplici corpus lucidum, ex oculo nequam corpus tenebrosum causatur. Actione iustus et inde dicitur floridus quia iustus florebit sicut lilium. Locutione moderatus et inde dicitur custodiens quia custodivit vias suas ut non delinqueret in lingua. Celsus quasi excelsus et inde se supra se extulit dum etate puerulus virtute animi superavit. Horum vitam Ambrosius in libello quodam invenisse et Gervasii et Protasii reperisse dicitur. In quibusdam autem libris legitur quod quidam philosophus Nazario devotus eorum passionem descripsit vel conscripsit quam Cerasius qui corpora sanctorum sepeliebat ad capita ipsorum posuit. Nazarius filius illustrissimi viri nomine Affricani et iudei et beate Perpetue christianissime et Romanorum nobilissime et a Petro apostolo baptizate. Cum esset annorum novem plurimum mirabatur videns patrem suum et matrem suam a se dissonatione religionis tam dissimiliter variari. Et quod mater sua legem baptismi, pater suus legem sabbati sequeretur. Unde cui eorum magis adherere deberet plurimum dubitabat cum uterque eum ad fidem attrahere niteretur. Tandem nutu dei vestigiis matris adhesit et a beato Lino papa sacrum baptisma suscepit. Quod pater intelligens cepit ipsum a sancto proposito avertere et tormentorum genera que christianis inferuntur per ordinem explicare. Et aut dicitur cum a Lino papa baptizatum forte intelligitur non quod tunc papa erat sed quod futurus erat. Nazarius enim post baptismum sicut infra patet annis multis supervixit tum ancone

martirium pertulit. qui petrum
anno ultimo sui imperii cruci-
fixit. Linus autem post mortem
petri papa fuit. Cum autem na-
zarius patri relationem affe-
rret. sed pertinaciter xpm constantis-
sime predicaret ad preces pa-
rentum qui ne occideretur timebat
de urbe romana exiit et vij
somnia de parentum divitijs ho-
noratos accipiens per civitates
ytalie venit et omnia paupe-
ribus erogavit. Decio autem
anno digressionis sue a roma
placentiam et inde mediola-
num adveniens. sanctos gervasium
et prothasium ibidem in carcere de-
tineri reperit. Audito autem quod
nazarius predictos martires a-
nimaret tito ad prefectum trahitur
et in confessione xpi perdurans
fustibus verberatur. Et sic ex
urbe illa pellitur. Dum de lo-
co ad locum pergeret mater eius que
obierat ei apparuit et filium
suum confortans ad gallias
properare admonuit. Cumque ad
urbem gallie que gemellus dicitur
advenisset et ibidem plurimos
convertisset. quedam matrona filium
suum nomine celsum eleganter
puerum ei obtulit rogans ut
ipsum baptizaret et secum du-
ceret. Quod prefectus gallias
audiens ipsum cum puero celso
retro manibus vinctum et collo
cathena constrictum. in carcere redu-
sit ut cum in crastino tor-
mentis afficeret. Tunc uxor su-
a misit ad eum asserens iniu-
stum esse iudicium ut innocentes
occideret et deos omnipoten-
tes iudicium permitteret. Quibus
verbis prefectus correctus sanctos ab-
soluit. sed ne ibi predicarent preterea
admonuit et interdixit. Ve-
nit autem ad urbem treverim et ibi
primum xpm predicans et multos
ad fidem xpi convertens ibi ec-
clesiam edificavit. Quod au-
diens cornelius vicarius ne-
roni intimavit. Qui centum
milites ad eum capiendum
misit. Qui cum illi iuxta o-
ratorium ipsum ei construxerat inve-
nissent manus eius ligaverunt
dicentes Magnus nero te vocat.
Quibus nazarius. Inquo po-
tius rex iste in oppositos milites his.
Quare cum venientes honeste
non dixistis nero te vocat. et
venissem. Vinctum igitur ipsum ad
neronem ducebat et puerum
celsum plorantem alapis cede-
tes ut sequeretur. urgebat. Quos
cum nero vidisset iussit eos in
carcerem recludi donec ipsos
suppliciis excogitatis puniret.
Interea cum nero quadam vice
ad capiendas feras venatores
misisset subito ferarum multitudo
erumpens viridarium neronis
intravit ubi multos laceravit
et plerosque occidit in tantum ut ne-
ro turbatus diffugeret et vulne-
rato pede vix ad palacium ve-
niret. Multis autem diebus illi-
us vulneris dolore decumbens
tandem nazarij meminit et
putavit quod deos iratos fuisse
eo quod tam diu ipsos vivere permi-
sisset. Iussu igitur imperatoris na-
zarium milites cum calcibus tundentes
tes et puerum verberantes.

de carcere eduxerunt et coram
imperatore ſtatuerunt. Videns
autem nero facies inſtar ſolis
ſe fantaſtice deludi putauit
et ut magicas artes depo-
neret eis dixit ac ut diis ymmo-
larent precepit. Ductus igitur na-
zarius ad templum rogauit
ut omnes exirent et ſic eo o-
rante ydola omnia ſunt confrac-
ta. Quod audiens nero iuſ-
ſit ipſum in mari precipitari. Preci-
piens ut ſi forte euaderet ipſum
inſequentes igni comburerent
et puluerem eius in mare proice-
rent. Nazarius igitur et puer cel-
ſus nauim imponuntur et in medium
pelagus perducti ibi precipitantur.
Statim circa nauim tempeſtas
maxima concitatur et circa ſanctos
tranquillitas magna efficitur.
Tunc illi periclitari timentes et
malorum que in ſanctos commiſerant
peniterent. Ecce nazarius cum
puero celſo ſuper aquas ambulans
hylari vultu eiſdem apparuit
ac ſuper nauim conſcendens ipſis
iam credentibus oratione ſua
mare placauit. Ac inde cum eis
ad locum per paſſus ſexcentos ferme
iuxta urbem ianuenſem peruenit
ubi cum diucius predicaſſet medi-
olanum tandem ubi geruaſium et p-
rothaſium reliquerat uenit. Et
cum anolinus prefectus audiſſet
eum remanente celſo in domo
cuiuſdam matrone in exilium di-
rexit. Nazarius vero romam
veniens et patrem ſuum iam ſe-
nem et chriſtianum inueniens quo-
modo fuerit inquiſiuit.

Qui dixit apoſtolum petrum ſibi
apparuiſſe et precedentes ſe ad
fidem uxorem et filium ſequi et
admonuiſſe. Deinde autem
plurium pontificibus ad urbem
mediolanum vnde romam ex-
ilium fuerat remiſſus redire cum
iniuria militum compellitur. Ubi cum
puero celſo preſidi preſentatur.
Qui eductus extra portam
romanam in loco qui dicitur in-
muri cum puero celſo decolla-
tus eſt. Quorum corpora cum chriſti-
ani rapuiſſent et in ortis
ſuis collocaſſent nocte qui-
dam ſancto nomine ceraſio appa-
rentes dixerunt ut corpora eo-
rum in domo ſua apud neronem
profundius ſepeliret. Quibus
ille. Queſo domine ſanate prius
filiam meam paraliticam. Que ut
continuo ſanata fuiſſet corpora
eorum tulit et ut iuſſerant ſepe-
liuit. Poſt longum uero tempus
corporum deus corpora beato ambro-
ſio reuelauit. Celſum autem
in loco ſuo relinquens nazarium
in eadem hora ſepultum miro
odore fragrante integrum et
incorruptum cum capillis et
barba reperiens ipſum ad ec-
cleſiam apoſtolorum tranſtulit et ibi
honorifice ſepeliuit. De hoc
martire ſic dicit ambroſius in
prefatione. Martir ſanctus roſeo
luſtratus cruore nazarius
celeſte meruit conſcendere reg-
num. Qui dum per inmunica tor-
mentorum ſupplicia crudelius
vexaretur tyrannica rabiem
fidei conſtancia ſuperabit. Nec

potuit persecutoris illatus cede-
minis quem ipse clamante ipse auc-
tor virtutis christus dominus dimi-
cabat. Ducitur intra in templum
ydolis prolibare prophanis quorum
portenta divino fultus presidio
mox ut ingressus est redegit
in pulverem. Obicitur liquidis in un-
dis maris longius ultra pro-
iectus. angelica munitus fa-
mulatu solida inter fluctus
vestigia perfigebat. O felix domini
preliator qui mundi congressus prin-
cipe in numero populi militum
vite sociavit eterne. O mag-
num et effabile sacramentum ut
de illorum salute letetur ecclesia quos
punisse mundus exultat. O
beata mater matrum suorum glorifi-
cata tormentis quos non placa-
ta vero gemitu ad inferna de-
ducit sed ad celestia eterna mi-
grantes perpetua laude prosequitur.
O testis fragrantissime victorie
celesti fulgide cuius inestima-
bilis odor salutis prepollet
aromatibus. Quem cambro[illegible]
recipiens phenice promu dedit.
et medicum fidei propugnatorem
satii plii bellatorem etc. Sci

Felix loco liberii in papam
eligitur et ordinatur. Cum
enim liberius papa nollet arri-
ane heresi assentire missus
est in exilium a constancio filio con-
stantini et ibi per triennium mo-
ratus est. Qua propter universus
clerus romanus loco eius
felicem ordinaverunt. Qui
quidem felix concilio ordina-
to et convocato coram. xlviij. e-
piscopis constancium imperatorem
arrianum hereticum et duos presbyteros
eius fautores condempnavit.
Qua propter constantinus indig-
natus felicem de episcopatu suo de-
iecit et liberium eo pacto re-
vocavit ut scilicet solum in communione consta-
tino et aliis quos felix dap-
naverat communicaret. Liberius igitur
tedio affectus exilii in heretica
pravitate subscripsit. et sic in tan-
tum persecucio exarsit ut quam
plurimi sacerdotes et clerici.
liberio non prohibente intra ec-
clesiam sint necati. Felix
vero de episcopatu deiectus cum
in predio suo habitaret inde e-
ductus martirium capitis ob-
truncatione promeruit. Sim-
plicius et faustinus fratres cum
sacrificare contempnerent sub
dyocleciano multa rome
supplicia pertulerunt. Tandem
data super eos sententia decolla-
ti sunt et in tyberim proiecti.
Horum corpora beatrix soror eorum
de flumine levavit et honorifice
sepelivit. Lucrecius autem
prefectus et eius vicinus dum pre-
dium ipsius ambiret eam teneri
fecit et ut ydolis ymmolaret
precepit. Quam renuentem lu-
crecius noctu a servis su-
is prefocari fecit. Cuius corpus
lucina virgo rapiens iuxta
fratres suos sepelivit. Post
hec lucrecius predium ipsius
intravit ubi facto amicis

suis quinio cum martiribus
insultarem. infantulus quidam
lactens pannis involutus
de gremio cuiusdam mulieris que ibi
aderat cunctis audientibus
exclamavit: Audi lucreti
occidisti et invasisti. ecce datus
es in potestatem inimici. Statim-
que lucretius timens ac tremens
a demone arripitur. et per tres
horas adeo est vexatus ut
in ipso quinio moreretur. Quod
videntes qui aderant ad fi-
dem conversi sunt. et narrabant
omnibus passionem sancte beatricis
et vindictam in quinio vindica-
tam etc. De sanctis abdon et sennen

Abdon et sennen sub decio
imperatore martirium pas-
si sunt. Cum enim decius impera-
tor babiloniam cum aliis
provinciis superasset quosdam christia-
nos ibi invenit quos secum
ad urbem cordubam dedu-
cens diversis ibi suppliciis
consumavit. et eos duo sub-
reguli rapientes scilicet ab-
don et sennen sepelierunt.
Unde accusati et decio pre-
sentati roma post eum vincti
cathenis ducuntur. et in presen-
tia decii et senatus intro-
ducti. aut sacrificarent et res
suas recipere libertatem
aut morsibus bestiarum de-
vorari iuberentur. Contemp-
nentes itaque et exspuentes
in simulacra ad theatrum pro-
trahuntur. et ad eos duo leo-
nes et ursi quatuor dimittuntur.
Qui cum sanctos non tangerent
sed etiam custodirent in ictibus
in eos gladiis occiduntur
et ligatis pedibus tracti
sunt et iactati ante simulacra
solis. Qui cum ibi triduo ia-
cuissent quirinus subdya-
conus eos collegit et in do-
mo sua sepelivit. De sancto germano

Germanus dicitur a germine
et ana quod est sursum quasi
supernum germen. Tria enim
reperiuntur in semine germinan-
te scilicet calor naturalis. humor
nutrimentalis. et vis semina-
lis. Beatus germanus dicitur qua-
si semen germinans. quia in ipso
fuit calor per fervorem dilectionis.
humor per pinguedinem devoti-
onis. et ratio seminalis per vir-
tutem predicationis. per quam mul-
tos in fide et moribus genera-
bat. Eius vitam constantius
presbiter ad sanctum censurium episcopum
antysiodorensem scripsit. Ger-
manus nobilissimus genere in
urbe antysiodorensi natus
et liberalibus studiis plurimum
eruditus tandem ro-
mam ad discendam iuris
scientiam est profectus. Ubi tantum
dignitatis accepit ut eum se-
natus ad gallias transmit-
teret ut ibidem ducatum totius
burgundie obtineret. Cum-
que antysiodorensem civitatem
cunctis diligentius gubernaret
arborem quandam pinum in
media civitate habebat ad cuius

ramos pro admiratione venationis ferarum capita suspendebat. Quem quia sanctus Amator eiusdem civitatis episcopus cum de tali vanitate saepe redargueret, monens ut etiam arborem incidi mandaret ne aliqua mala ex hoc christianis eveniret, ille nullatenus acquiescebat. Quadam autem vice absente Germano episcopus arborem incidit et totam incendio dedit. Quod Germanus audiens christianae religionis oblitus vallatus militibus illuc advenit et mortem episcopo intentavit. Episcopus autem divina revelatione Germanum suum successorem agnoscens furenti cessit et Augustudinum perrexit. Postmodum Altissiodorum reversus Germanum caute in ecclesia conclusit et ibidem cum consolatus eum suum successurum esse praedixit, tonsuram ei fecit. Qui paulo post ipse feliciter obiit et Germanum plebs omnis in antistitem postulavit. Qui sua pauperibus erogavit et uxorem in sororem commutavit, corpus suum per triginta annos sic afflixit ut numquam panem frumenti, non vinum, non legumen, numquam vel salem pro sapore comederit. Bis tamen in anno, scilicet in pascha et natali, vinum sumebat, sed tamen ipsius saporem aquis nimiis extinguebat. In refectione primum cinericium aliquantulum praelibabat, deinde panem ordeaceum sumebat. Semper autem ieiunabat, numquam nisi vespere comedebat.

In aestate vel in hyeme nulla veste utebatur praeter cilicium et tunicam vel cucullam, quae vestis nisi forte alicui donaretur ferebatur donec attritione nimia solveretur. Lectus suus cinere et cilicio et sacculo ornabatur. Nullum pulvinar caput ab humeris eius levabat, sed semper gemens et sanctorum reliquias collo gerens, numquam vestimentum, raro calciamenta et raro cingulum retrahebat. Hospitatus in quodam loco cum post cenam mensa iterum pararetur, admiratus interrogat cui denuo praeparent. Cui cum dicerent quod bonis illis mulieribus quae de nocte incedunt, illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem daemonum ad mensas in forma hominum venientem. Quibus praecipiens ne abirent, cunctos de familia excitavit et inquirens si personas illas cognosceret. Qui cum omnes vicinos suos et vicinas esse dicerent, misit ad eos singulos daemonibus praecipiens ne abirent. Et ecce omnes in lectulis suis inventi. Adiurati igitur se daemones esse dixerunt qui sic hominibus illudebant. Eo tempore beatus Lupus episcopus Trecacensis florebat. Cum urbem Attila rex obsideret, super portam beatus Lupus acclamans quis esset qui eos sic impeteret inquisivit. Cui ille: Ego sum Attila flagellum dei. Quo contra humilis praesul ait gemens: Et ego Lupus heu vastator gentis dei. Moxque portas reserari iussit. Illi autem

divinitus excaecati per portam ad
portam transierunt neminem autem
videntes aut laedentes. Beatus
igitur Germanus assumpto beato episcopo
Lupo in Britannias ubi haeretici
pullulaverant profectus est. Sed
dum in mari essent et tempestas
magna oriretur, ad orationem sancti
Germani protinus tranquillitas mag-
na efficitur. Verum dum haereticos
convicissent ad propria redierunt.
Cum in quodam loco infirmus
decumberet contigit ut totus
ille vicus repentino incen-
dio conflagraret. Qui cum roga-
retur ut inde apportatus
ignem evaderet, ille incendio
se opposuit et ultra citraque
omnia consumente flamma hospi-
tium eius non tetigit. Dum
ad Britannias iterato rediret
ut haereticos confutaret, quidam
ex discipulis eius gradu cocito
eius vestigia sequebatur,
qui tamen apud Tornadorum in-
firmus occubuit. Rediens
igitur inde beatus Germanus se-
pulcrum discipuli fecit aperi-
ri, ipsumque vocans ex nomine
quaesivit utrum secum adhuc
militare cuperet requisivit. At
ille residens cuncta bene constare
suavia ac se nolle huc ulterius
revocari respondit. Tunc sancto annu-
ente ut requiesceret, ille depo-
sito capite rursus in Domino obdor-
mivit. Dum in Britannia prae-
dicaret et sibi et sociis suis rex
Britanniae hospitium denegas-
set, subulcus regis ingres-
sus a pastu, acceptam prae-
bendam in palatio ad propria tu-
giuncula referens vidit beatum
Germanum una cum sociis
suis fame et frigore labora-
ntem, quos in domo sua benig-
ne recepit, et unicum vitu-
lum quem habebat hospitibus
occidi mandavit. Post cenam
sanctus Germanus omnia ossa vi-
tuli super pellem componi fecit
et ad eius orationem vitulus
sine mora surrexit. Sequenti
die Germanus regi festinus oc-
currit et cur ei hospitium
denegaverit patenter inqui-
rit. Tunc rex vehementer at-
tonitus, cum respondere non potuit,
Et ille: Egredere inquit et reg-
num meliori dimitte. Ger-
manus igitur Dei mandato su-
bulcum cum uxore venire fecit
et universis stupentibus regem
constituit. Et extunc reges
ex subulci genere procedentes do-
minantur genti Britonum.
Quadam autem vice dum per
Augustudunum transiens ad
tumulum sancti Cassiani episcopi de-
venisset, quo se haberet inquisivit.
Ille statim de tumulo cunctis au-
dientibus respondit: Dulci
quiete perfruor et adventum
redemptoris exspecto. Et ille:
Quiesce per longum in Christo et
et pro nobis attentius interce-
de ut obtineamus sanctae resurrectio-
nis gaudia mecum. Cum
quidem Ravennam devenisset
a regina Placida et filio Va-
lentiniano honorifice susceptus est.
Hora vero cenae regina misit
ei vas amplissimum delica-
tis cibis plenum. Quod ille
sic suscepit ut cibos famulis

traderet et sibi pro paupertatibus vas
argenteum retineret. Pro eo vero
munere misit regine scutellam
ligneam panem ordeaceum contine-
tem. Quod illa libenter recepit
et vas illud postmodum argen-
to texit. Et quadam autem vice
dum predicta regina cum ad convivi-
um invitasset ille benigne annu-
ens ab hospicio suo usque ad pal-
lacium eo perveniens et laboribus
esset confectus asinus desuper
portatus est. Sed dum comederet
asinus sancti Germani mortuus est.
Quod regina audiens equum
mire mansuetudinis presentari fecit.
Quem intuens ait: Meus michi asinus
presentetur quia qui huc attulit reportabit.
Pergensque ad cadaver:
Surge inquit mulio revertamur
ad hospicium. Continuoque subsiliens
se ipsum concussit quasi nichil mali
passus esset Germanum ad hospici-
um reportavit. Sed antequam de
Ravenna exiret predixit quod nequa-
quam in hoc seculo diucius morare-
tur. Post modicum febre corripitur
et die septima in domino moritur. Et cor-
pus eius ad Gallias sicut regina
pecierat transportatur. Verum cum
sanctus Germanus beato Eusebio episcopo
Vercellensi promisisset quod in suo redi-
tione ecclesiam quam fundaverat ipse
dedicaret. Cum intellexisset Eusebi-
us sanctum Germanum exisse de corpore
ecclesiam suam dedicaturus cereos
accendi iussit. Sed quanto plus
accendebantur tanto plus ex-
tinguebantur. Quod videns
Eusebius intellexit dedicationem
aut alio tempore oportere fieri
aut alio episcopo reservari. Cum
ergo corpus beati Germani Vercellas
delatum fuisset mox in predictam ec-
clesiam inducitur et statim
omnes cerei divinitus inflamman-
tur. Tunc sanctus Eusebius pro-
missionis sancti Germani memi-
nit et quod vivens se facturum
promiserat mortuum fecisse cog-
novit. Hoc ita oportet accipi
ut non intelligatur de magno
Eusebio Vercellensi quia tempore ipsius
factum sit. Nam ipse sub Valente
imperatore mortuus fuit et a
morte ipsius usque ad mortem
sancti Germani ultra annos L
effluxerant. Fuit ergo alius Eu-
sebius sub quo istud quod enar-
ratur evenit.

De sancto Eusebio

Eusebius dicitur ab eu quod est
bonum et zebe quod est eloquen-
tia vel statio. Vel Eusebius
sonat bonus cultus. Ipse enim
habuit bonitatem in sanctificatione
sui, eloquenciam in defensione
fidei, stationem in constanciam
martirii, bonum cultum in reverencia
dei. Eusebius semper virgo ex-
istens dum adhuc cathecuminus
esset ab Eusebio papa baptis-
ma et nomen suscepit. In quo
baptismo manus angelice vi-
se sunt que ipsum de sacro fonte le-
vaverunt. Matrona quedam eius
pulchritudine capta cum ipsius cu-
biculum vellet adire custodien-
tibus angelis pervenire non
potuit. Unde facto mane ad eius
pedes procidit et ab eo veniam
pecijt. Ordinatus presbiter tanta
sanctitate eminuit ut missarum
sollempniis inter manus eius

miniſtrum angelicum apparere. Poſtmo-
dum cum arriana peſtis ytaliam
inficeret imperatore conſtancio
eidem heresi fauente Julianus
papa euſebium vercellenſem epiſcopum
conſecrauit que tunc obtinebat
inter alias urbes ytalie prin-
cipatum. Quod heretici audien-
tes omnes fores eccleſie claudi
fecerunt. At euſebius urbem
ingreſſus ante oſtium maioris
eccleſie que eſt beate marie genua
flexit et omnia oſtia ſua oratione
aperuit. Auxencium mediolanenſem
epiſcopum heretica prauitate corrup-
tum de epiſcopatu eiecit et pro eo vi-
rum catholicum dyoniſium ordina-
uit. Sicque euſebius totam ec-
cleſiam occidentis et athana-
ſius totam eccleſiam orientis ab
arrianorum peſte purgabant.
Quo comperto conſtancius imperator
contra euſebium plurimum indig-
natus multorum epiſcoporum conſilium
conuocauit et dyoniſium accerſiuit.
multaſque ad euſebium epiſtolas deſ-
tinauit. Qui ſciens maliciam
in multitudine preualere uenire
contempſit. Unde imperator ſtatu-
it contra eius excuſacionem in medi-
olanenſi urbe que prope erat con-
cilium celebrari. Ubi cum euſe-
bium deeſſe videret iuſſit arri-
anos fidem ſuam deſcribere et
dyoniſium mediolanenſem epiſcopum
ac .xxix. epiſcopos eidem fidei fecit
ſubſcribere. Quod audiens euſe-
bius ex urbe ſua profecturus
mediolanum exiit et ſe multa
paſſurum eſſe predixit. Cum igitur
ad quoddam flumen venisset
et mediolanum pergeret nauis

[illegible] ex alia parte fluminis exiſtens
eo iubente ad eum venit et ipſum
cum ſociis ſine gubernatore aliquo
tranſportauit. Tunc ei predictus dy-
oniſius obuiauit et ad pedes
eius procidens veniam poſtulauit.
Cum igitur euſebius ab imperato-
re nec minis nec blandiciis ſ(ic)
flecti poſſet coram omnibus
dixit. Vos dicitis filium mino-
rem eſſe patre. Cur ergo michi
filium meum et diſcipulum pretuliſ-
tis. Non eſt enim diſcipulus ſuper
magiſtrum nec filius ſuper patrem.
Qua illi racione commoti ſtatim
cyrographum quod ſcripſerant et
cui dyoniſius ſubſcripſerat ei
obtulerunt. At ille. Nequaquam
prius filium ſcribam cuius auctori-
tatem prefero. Sed iſtud incendite. Et ſi vultis
nomineque cum ſubſcribam ſi vultis
conſcribite. Sicque nutu dei dy-
tenſus eſt cyrographus cui
dyoniſius et .xxix. epiſcopi ſubſcri-
pſerant. Arriani autem aliud
cyrographum ſubſcripſerunt
et euſebio aliiſque epiſcopis ut ſub-
ſcriberent tradiderunt. Sed cum ab
euſebio animati nullatenus con-
ſentirent ceperunt plurimum
congratulari quod cyrographum cui
coacti ſubſcripſerant penitus
combuſtum videbant. Tunc iratus
conſtancius euſebium uoluntati
arrianorum tradidit. Qui pro-
tinus ipſum de medio aliorum
epiſcoporum rapientes et durius
flagellantes cum per gradus
pallacii a ſummo uſque ad ymum
et rurſus ab ymo uſque ad ſum-
mum traxerunt. Cum ergo capite

p m

quaſſato multū ſāguinē fu-
diſſ et adhuc nō aſſentiēz
vinctis ptg tgū manibus
ꝓcollo cū fune ipm̄ trahe-
bant. Ipſe aūt grās agens
dicebat ſe ꝓ confeſſione fi-
dei catholice mori oc pa-
tū. Tūc conſtanci⁹ liberū
ſpam. dyoniſiū paulinū et
omēs alios epōs qui eius
exemplo fuāt arati ī q-
illud mitti iuſſit. Euſebiū
uero apud ſcitopolim ī ur-
be paleſtine arriani dux-
erūt. et ipm̄ ī quodā lo-
co ſic artiſſimo ꝯcluſerūt
ut eſſ illo longitudine
brevioꝛ. latitudine anguſ-
tioꝛ. ita ut curuat⁹. nec
pedens extendē. nᵗ ſe in
latus alterū couertē poſſet
capite que depſſo. humos
tm̄ et cubitos movē vale-
bat. Uerū conſtancio de-
functo iulian⁹ eidē ſucce-
dens et omībus placē
volens. iubꝫ exiliatos
epōs revocari et deoꝝ tēpla
apiri et pace frui ſb lege qua
quiſqꝫ vellꝫ. Et ſic euſebius
inde exiens ad athanaſiū
venit et q̄nta paſſus fuit
eidem expoſuit. Defuncto
aūt iuliano et iovinano
regnāte ſopitis pſecutoi-
bus arrianis euſebius
uercellas rediit et cū pplo cū
magna exultatione ſuſce-
pit. Sꝫ itm̄ valente rēg-
nante arriani ꝯpullulāt
et euſebii domū vallantes
et extra domū ipm̄ ſub pi-
nus trahentes lapidibꝫ eū
obruerūt. Et ſic ad dnm̄ fe-
liciᵗ migrans ī eccia q̄
ipe ꝯſtruxerat ſepult⁹ eſt.
Fertᵗ qꝫ euſebius hanc grāꝫ
ſue civitati ad ſuis pre-
cibus impetraſſe ut null⁹
arrian⁹ ibidē viuē poſſit.
Dixit aūt ſcdm̄ cronicam
ſcs̄ euſebius ad min⁹ octo
aginta octo ānis et mor-
tuus ē et c̄.

De ſcis̄ machabeis ſc̄ rᵗ

Machabei fuit ſepte frēs
cū mre reverenda et ele-
azaro ſacerdote qui ꝓ ꝯſerva-
tione legis cū carne porci-
ni nolebāt comedē ī audi-
ta ſupplicioꝝ gnā ptulerūt
ſcdm̄ q ī ſcdō machabeoꝝ
plenius continetᵗ. Et nō
ꝙ eccia orientalis facᵗ feſta
de utriſqꝫ teſtamenti. Occiden-
talis aūt nō facᵗ feſtū de
ſcīs veteris teſtamenti. ex eo
ꝙ ad infernos deſcenderūt pe-
ter quam de innocentibus. ex eo q
ī ipis ſinglis occiſus ē xpūs
et de machabeis licꝫ ad infe-
ros deſcenderint ſollēpnizet.
Prima ē cāpᵗ ꝓrogatiua mar-
tirii. qa enī ī audita ſuppli-
cia ultra ſcōs veteris teſta-
menti paſſi ſūt. Ideo p̄ui le-
giati ſūt ut coꝝ paſſio me-
rito celebretᵗ. Hec racio po-
nitᵗ ī hyſtoriis ſcolaſticis.
Secūda ē cāpᵗ repreſentacioꝫ miſ-
terii. Septenarius nūs eſt
nūs vniuerſitatis. ſignatᵗ
gᵒ ī iſtis omēs pres veteris

testamenti celebritate dignum. Nam licet de ipsis non sollempnizet ecclesia, tamen multitudo novorum subintravit. In his ergo septem impenditur omnibus reverentia, quia per septenarium universitas designatur. Tercia causa est propter exemplum paciendi. Proponitur enim in exemplum fidelibus ut scilicet hoc considerantes ad zelum fidei animentur et ad paciendum pro lege evangelii sint, sicut isti pro lege Moysi fortius accingantur. Quarta causa est propter genus supplicii. Nam pro defensione legis sue talia supplicia passi sunt sicut et christiani pro defensione legis evangelice paciuntur. Has tres ultimas rationes assignat magister Iohannes Beleth in summa de officio etc.

Sequitur de sancto Petro ad vincula

Festum sancti Petri apostoli quod ad vincula dicitur quadruplici de causa institutum putatur, scilicet in memoriam liberationis Petri, in memoriam liberationis Alexandri, pro destruendo ritu gentilium
b vinculorum / a et pro impetranda absolucione spiritualium. Prima ergo causa est in memoriam liberationis Petri. Nam sicut dicitur in hystoria scolastica, Herodes Agrippa Romam adiit et ibi Gayo nepoti Tyberii cesaris familiarissimus extitit. Quadam autem die dum esset Herodes in curru cum Gayo, elevatis in celum manibus ait: Utinam videre mortem istius senis et te dominum tocius orbis. Hec auriga Herodis audivit et Tyberio continuo intimavit. Quapropter indignatus Tyberius cesar Herodem reclusit in carcerem. Ubi dum quadam die iuxta arborem in muris esset cuius foliis insidebat bubo, unus de captivis de auguriis peritus dixit ei: Noli timere quia cito liberaberis et in tantum sublimaberis quod amicis tuis invidiam concitabis et in hac prosperitate morieris. Quam cito autem huiusmodi genus avis super te videris, ultra quinque dies vivere non valebis. Post aliquantum temporis Tyberius moritur et Gayus in imperium sublimatur, qui dictum Herodem de vinculis liberatum et magnifice sublimatum regem in Iudeam misit. Cumque venisset, misit manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio ab eodem ante dies azymorum. Videns quia hoc gratum esset Iudeis, in diebus azymorum Petrum apprehendit et in carcerem reclusit volens post pascha eum producere populo. Angelus autem eadem nocte apparuit et mirabiliter eum a vinculorum nexibus absolutum et ad ministerium predicationis liberum ire iussit. Furor autem regis dilationem non patitur ulcionis. Sequenti vero die custodes ad se venire fecit ut pro fuga Petri diris eos penis afficeret. Hoc tamen facere impeditus est ne solucio Petri alicui noceret. Nam continuo iturus in Cesaream descendit et ibi percussus ab angelo expiravit. Etenim sicut refert Iosephus libro xix antiquitatum, cum ad Cesaream advenisset et ad eum tocius provincie viri conve

nimis convenissent ille veste
fulgenti ex auro et argento
mirabiliter contexta indutus
incipiente die processit ad
theatrum. Ubi cum primo solis
radios vestis argentea
suscepisset repercusso splen-
dore duplicata spectantibus
fulgor metalli vibran-
tis effudit. ut intuentibus
perstringeret aciem terror aspec-
tus. et per hoc plus aliquid
de eo quam humane nature
esse artifex arrogancia men-
tiretur. Illico adulantis vul-
gi concrepant voces dicentes
Hucusque ut hominem te timui-
mus sed ex hoc nunc supra huma-
nam naturam te esse fatemur.
Et dum adulationibus delecta-
retur honoribus et oblatos
sibi divinos honores non res-
pueret respiciens vidit
assistentem super funiculum ca-
piti suo angelum id est bubo-
nem mortis eius precursorem
Respiciensque ad po-
pulum dixit En ego deus
vester morior Sciebat enim
iuxta predicacionem auguris se
infra quinque dies moriturum
Et continuo percussus per quinque
dies vermibus exquisitis cor-
rodentibus expiravit. Hec
Josephus In memoriam igitur tante
mire liberacionis principis a-
postolorum a vinculis et tante
dire vindicte in tyrannum protinus
subsecute ecclesia festum sancti
Petri ad vincula sollempnizat.
Unde et epistola in missa cantatur
in qua hec liberacio facta fuisse
perhibetur. Et sciendum
quod hoc festum deberet vocari
Petri ad vincula. Secunda
causa institucionis extitit quia
Allexander papa qui quintus sep-
tenus post beatum Petrum rexit
ecclesiam et Hermes prefectus
urbis Rome quem per Allexandrum
ad fidem conversus fuerat a Qui-
rino tribuno in diversis locis
in custodia tenebantur. Dixit
quoque tribunus ad Hermetem prefectum mi-
ror te virum prudentem hono-
rem dimittere prefecture et vitam
aliam sompniare Cui Hermes
dixit Et ego ante hos annos
hec omnia deridebam et hanc
vitam solam esse putabam. Unde
Quirinus Fac ergo me probare quod
aliam vitam esse noveris et conti-
nuo fidei tue discipulum me
habebis Cui Hermes dixit Sanctus
Allexander quem tenes in vin-
culis ipse hoc melius te docebit
Tunc Quirinus maledicens Allex-
andro ait Ego tibi dixeram ut
me probare faceres hoc. et tu
me mittis ad Allexandrum
quem pro suis sceleribus teneo
vinculatum. Veruntamen super te
et Allexandrum custodiam dupli-
cabo. Et si ipsum tecum vel te
cum illo invenero verbis tuis
et eius sermonibus adhibebo
Fecit quod dixit et Allexandro pro-
bus hoc indicavit. Orante
igitur sancto Allexandro ange-
lus ad eum venit et ipsum ad He-
rimem in carcerem adduxit.

Et inveniens eos insimul
quirinus plurimum miratus est
Et herinces quirino narraret
quomodo allexander filium suum mor-
tuum suscitasset dixit allexandro
quirinus habeo filiam gutturosam
nomine balbinam. promitto igitur
tuam recipere fidem si filie me-
e impetraveris potius sanitatem
Cui allexander vade citius
et ipsam ad carcerem meum ad-
ducito Cui dixit quirinus Tu
hic sis quomodo in tuo carcere te potero
invenire Et dixit allexander Vade
cito quia qui huc me adduxit illuc
me cito reducet Pergens igitur
quirinus filiam suam ad carcerem alley-
andri adduxit et ibidem ipsum in-
veniens ad pedes suos se prostra-
vit Tunc filia eius cepit vin-
cula sancti allexandri devote os-
culari ut sanitatem reciperet Cui
allexander dixit Noli filia vincula
mea osculari cathenas sed bo-
gas sancti petri apostoli diligenter inquire
quas devote osculans recipi-
es sanitatem Quirinus igitur in car-
cere ubi detentus fuerat diligenter
bogas inquiri fecit. easque in-
ventas filie sue osculandas dedit
Illa mox ut osculata est vincula
sanitatis est integre beneficium asse-
cuta Tunc quirinus venia petens
allexandrum de carcere extraxit
et ipse cum familia et aliis quam
pluribus baptisma suscepit Tunc
allexander hoc festum in kalendis augusti
celebrandum instituit et in honore
apostoli petri ecclesiam fabricavit ubi
vincula reposuit et ad vincula
nominavit In hac sollempnitate
ad predictam ecclesiam fit magnus
concursus populi et ibidem populus

vincula osculatur Tercia causa
institucionis secundum bedam hec est
Octavianus imperator et anthonius
cum invicem affinitate iuncti essent inter
se mundi tocius imperium diviserunt
ut octavianus in occidente ytaliam
galliam et hyspaniam. Anthonius
vero in oriente. asiam. pontum. et
affricam possideret Anthonius
autem lascivus et lubricus cum soro-
rem octaviani in uxorem haberet ip-
sam repudiavit et cleopatram
reginam egipti in uxorem duxit. Ob
hoc indignatus octavianus ma-
nu armata contra anthonium in
asiam processit et ipsum in omnibus su-
peravit Tunc anthonius et cleopa-
tra victi fugierunt ac semetipsos
pre dolore nimio occiderunt Egipti
igitur regnum octavianus destruxit
et romanam provinciam fecit Inde al-
lexandriam processit et omnibus
eam diviciis spolians romam ipsas
transvexit. Unde in tantum rem-
publicam auxit ut pro uno dena-
rio emeretur quod prius pro quatuor ven-
debatur Quia igitur in tantum rem
publicam auxerat augustus primo
omnium vocatus est Unde et ab eo
augusti dicti sunt. qui sibi in imperio
successerunt Sicut a iulio cesa-
re avunculo eius cesares ap-
pellantur. Unde et hunc mensem
forensem augustum qui prius sex-
tilis dicebatur Nam a marcio
sextus erat potius suo nomine in-
tytulavit. cum augustum nominavit
in memoriam itaque et honorem
victorie illius quam prima die au-
gusti octavianus habuit Omnes
romani hanc diem sollempni-
zabant usque ad tempus the-
odosii imperatoris qui cepit reg-
nare anno domini. ccc. xxv. Cu

Eudoxia igitur filia predicti theodosij
imperatoris uxor valentiniani
ierosolimam ex uoto perrexit ubi
quidam iudeus pro magno mu-
nere duas ei kathenas obtulit
quibus sub herode petrus apostolus
vinctus fuit. Cum ergo romam redis-
set et kalendis augusti in honorem impera-
toris gentilibus romanos sol-
lempnizare videret. dolens quod
dampnato homini tantus ho-
nor exhiberetur. cogitans quod
quod non de facili eos a tali consuetu-
dine reuocare posset cogitando
decreuit ut obseruancia quidem
remaneret ut illum diem com-
missus petrus ad vincula nominaret.
Habita igitur collacione cum beato
pelagio papa. populum blandis ex-
hortacionibus induxerunt ut
obliuioni traderetur memoria prin-
cipis paganorum. et celebris
fieret memoria principis apostolorum
Quod dum cunctis placuisset
illa cathenas quas de ierusalem at-
tulerat protulit et populo ostendit. papa
uero et illa cathena protulit qua
sub nerone idem apostolus vinctus
fuit. Hac ergo illius sociata mi-
raculose vna cathena facta
est ac si semper vna et eadem
extitisset. Unde papa et regina
pariter statuerunt ut pro honore
indiscreta religio fiebat ge-
tili dampnato. mutata in me-
lius fieret apostolorum principi petro.
Ipsa igitur vincula papa cum regi-
na in ecclesia sancti petri ad vincula
posuit et ipsam muneribus
multis et priuilegijs magnis
dotauit. Hac predictam diem vbique
celebrem fore instituit. Hec beda

Quante autem virtutis hec
catthena fuit anno domini ccc xl.
apparuit. Quedam enim comite
ottonis imperatoris propinquum
dyabolus coram omnibus oculos tam cru-
deliter arripuit ut se ipsum den-
tibus laniaret. Tunc iussu im-
peratoris ad iohannem papam ducitur
ut cathena sancti petri eius collo
circumdaretur. Sed dum quedam alia
catthena furtis collo fuisset
imposita et nichil exhac prouenii-
ret salutis. Mirum. ubi nil
latebat virtutis. Tandem uera
petri catthena producitur et furen-
tis collo imponitur. Tante autem
virtutis pondus dyabolus ferre
non potuit. sed mox coram omnibus
clamans abscessit. Tunc the-
odoricus metensis episcopus ipsam
catthenam arripuit et eam se nul-
latenus dimissurum nisi manus ei
presciderentur. asseruit. Cum igitur super
hoc inter episcopum et papam aliosque
clericos grauis oriretur contencio
imperator tandem litigium omnium
sedauit et episcopo ex ipsa catthena
a papa annulum impetrauit. Nar-
rat miletus in cronica quod hijs
diebus apud epyrum draco in-
gens apparuit. Quem cum de dona-
tus a uirtute in signis expuens
mox occiditur. quem uix septem iu-
ga boum nec eius putredine aer
inficeretur ad locum incendij trahe-
re potuerunt. Idem quoque ait ibidem
quod dyabolus tunc in speciem moysi se
posuit. qui iudeos undecunque
congregans super magnum mon-
tis precipicium iuxta mare eos
duxit. Quos dum ad terram promissionis
sicco pede se precunte ducere polli-

cet et in mundos encautavit. Vnde creditur quod dyabolus indignatus qua occasione iudei plausus octaviani cessavit. ¶ Quarta causa institucionis huius assignatur, quod dominus eum a vinculis petrum miraculose absolvit. et eidem ligandi atque absolvendi dedit potestatem. Nos autem vinculis peccatorum obligati tenemur. et absolvi indigemus. Ideo ipsum igitur in sollempnitate que dicitur ad vincula honoramus. ut sicut ipse a vinculis absolvi promeruit. et sicut absolvendi a domino potestatem accepit. sic et ipse a peccatorum vinculis nos absolvat. Hanc ultimam institucionis festum causam non nullam extitisse de facili quis perpendere posset si videat quod absolucionem a vinculis in apostolum factam epistola commemorat. absolvendi potestate eius concessa ewangelium recitat. Absolucionem ab ipso nobis faciendam hodierna oracio postulat. Quod autem per claves quas accepit etiam dampnandos absolvit in quodam miraculo quod legitur in libro miraculorum breviter ungnis satis clareret. ¶ Apud coloniam urbem in monasterio sancti petri erat quidam monachus levis lubricus et lascivus. Hic dum subita morte fuisset preventus. demones ipsum accusabant. et quelibet peccatorum genera contra ipsum clamabat. Unum dicebat: Ego sum cupiditas tua. qua tam frequenter contra dei precepta concupisti. Aliud clamabat: Ego sum vana gloria qua te apud homines iactanter exaltasti. Aliud autem: Ego sum mendacium in mencione quo peccasti et cetera similiter. Contra quedam bona opera que fecerat ipsum excusabant dicencia: Ego sum obediencia quam senioribus spiritualibus exhibuisti. Ego sum psalmorum cantus quos frequenter deo cecinisti. Beatus autem petrus cuius erat monachus pro eo deprecaturus dominum adiit. Cui respondit dominus: Nunquid non propheta me inspirante dixit: Domine quis habitabit in thabernaculo tuo et cetera. Qui ingreditur sine macula et cetera. quo modo salvus hic esse cum non sine macula sit ingressus nec sit iusticiam operatus. Rogante igitur pro eo sancto petro cum sancta virgine matre dei hanc dominus sentenciam protulit ut ad corpus rediret et ibi penitenciam ageret. Tunc sanctus petrus clavi quam manu tenebat dyabolum terruit et in fugam convertit. clavem vero eius in manum cuiusdam qui pro dicto monacho fuerat tradidit et ut ad corpus ipsum reduceret precepit. Qui ab eo pro mercede reductionis preposcit ut singulis diebus pro eo psalmum miserere mei deus diceret et sepulturam eius sepe scopis mundaret. Ipse que de morte rediens que ei contigerant omnibus enarravit.

De sancto stephano pape et martire

Stephanus papa cum multos gentiles verbo et exemplo convertisset et multa sanctorum corpora martirum sepelisset. Valeriano et galliano anno domini cc.lx. summo studio perquiritur ut clericos aut sacrificare cogerent aut suppliciis diversis punirent. Decreverunt que eodem

ut quicumque eos perdet totam eorum
ſubſtanciam poſſideret. Qua propter decem
de eis clericis comprehenſi ſtatim ſunt in
audiencia decollati. Sequenti die
ſtephanus ſimiliter comprehenditur et ad
templum martis ducitur ut ibi
aut ydolum adoraret aut ſentenciam
capitalem ſubiret. Sed cum templum
ingreſſus fuiſſet et dominum ut ipſum
templum deſtrueret exoraſſet, ſta=
tim magna pars templi corru=
it et omnes ministri dyabolici pre nimio timo=
re aufugerunt. Ipſe vero ad cimiterium
ſancte lucie perexit. Quod audi=
ens valerianus milites pluribus
temporibus ad eum miſit. Qui ve=
nientes eum miſſam celebrantem
invenerunt et ſtantem intrepidum
inceptam devote perficientem in ſua
ſede decollaverunt. Cuius corpus
chriſtiani incripta ubi ſanguis eius
fuſus eſt ſepelierunt. De inventione

ſancti ſtephani

Invencio corporis ſancti ſtephani
prothomartiris ſtephani anno
domini cccc. xvij. ſeptimo hono=
rij principis anno facta fuiſſe nar=
ratur. Reperte autem eius invencio
tranſlacio et coniunctio ſiue unio ipſius
hoc ordine facta fuit. Nam cum qui=
dam presbiter nomine lucianus in terri=
torio ieroſolimitano quod gema=
dius inter viros illuſtres commemo=
rat et ſcripſit feria ſexta cum in
ſtratu ſuo quieſceret et pene vi=
gilaret. Vir quidam ſenex ſta=
tura procerus vultu decorus
barba prolixa pallio candido a=
mictus cum gemmule auree et
crucis in erant contexte calciatus
caligis in ſuperficie deauratis
eidem apparuit qui manu au=
ream virgam tenens tetigit
eum dicens. Sanna cum diligencia

noſtros patefacito tumulos quia
valde deſpecto loco reconditi
ſumus. Vade dic igitur iohanni epiſcopo ie=
roſolimitano ut nos in honorabili
loco reponat, quia cum ſiccitas et
tribulacio mundum concuſſerit morum
ſuffragijs deus mundo propiciari de=
crevit. Cui lucianus presbiter dixit.
Domine quis es. Ego ſum inquit gama=
liel qui paulum apoſtolum erudivi
et ad pedes meos legem perdocui.
Qui autem mecum iacet ſanctus eſt
ſtephanus qui a iudeis lapidatus
extra civitatem proiectus eſt ut a
feris et avibus devoraretur. Sed
hoc omnino prohibuit cui ille mar=
tir illeſam fidem ſervavit. E=
go autem ipſum cum reverencia multa
collegi et in meo novo tumulo ſe=
pelivi. Alius autem qui mecum iacet
eſt nychodemus nepos meus qui nocte
ihesum adijt et a petro et iohanne ſacrum
baptiſma ſuſcepit. Quapropter in
dignati in eum principes ſacerdotum
eum occidiſſent niſi ob nimiam reveren=
ciam dimitiſſent. Verumptamen omnes
ſubſtancias eius diripuerunt et a princi=
patu depoſuerunt. Multiſque eum
afficientes verberibus ſemivivum
reliquerunt. Hunc ergo cum in domum
meam duxiſſem diebus aliquibus
ſupervixit et defunctum iuxta pe=
des ſancti ſtephani ſepeliri feci.
Tercius vero qui mecum eſt ipſe eſt ab=
bibas filius meus qui anno etatis
ſue. xx. mecum baptiſma ſuſ=
cepit et virgo permanens cum pau=
lo diſcipulo meo legem didicit.
Uxor vero mea ethea et ſelemias
filius meus quia fidem chriſti noluerunt
recipere penitus nequaquam digni
ſepultura fuere. Sed eos alibi
ſepultos invenies et eorum tumulos
vacuos et inanes. Hoc dicto ſanctus

Gamaliel disparuit. Lucianus vero evigilans dominum exoravit ut si hec visio in veritate fieret eidem secundo et tercio appareret. Insequenti igitur feria sexta eidem sicut prius apparuit et cur ea que sibi dixerat neglexisset quesivit. Non inquit domine neglexi sed rogavi dominum ut si hec visio ex deo esset iam tercio appareret. Dixitque ei Gamaliel: Quoniam in mente tua cogitasti si nos invenires quomodo singulorum reliquias discernere posses, ex hiis que per similitudinem ostendam singulorum loculos et reliquias edocebo. Ostenditque ei quatuor calatos aureos quorum unus plenus erat rosis rubentibus, alii rosis albis. Quartum etiam ostendit calathum plenum croco albo. Dixitque Gamaliel: Hii calathi nostri sunt loculi et hee rose nostre sunt reliquie. Calathus plenus rosis rubeis est loculus sancti Stephani qui solus ex nobis martirio meruit coronari. Alii duo rosis albis pleni mei et Nichodemi sunt loculi qui sincero corde in confessione Christi perseveravimus. Quartus vero argenteus croco plenus est Abibe filii mei qui candore virginitatis polluit et mundus de mundo exivit. Hiis dictis iterum disparuit. Feria autem sexta sequentis ebdomade iratus apparuit et de dilatione ac negligencia eum graviter increpavit. Continuo igitur Lucianus Ierusalem adiit et Iohanni episcopo cuncta per ordinem enarravit. Progressi itaque cum aliis episcopis accersitis ad locum predicto Luciano ostensum. Cumque cepissent fodere terra commovetur et suavissimus odor sentitur. Ad cuius odoris miram fragranciam meritis sanctorum viginti et tres homines a diversis infirmitatibus liberantur. Extunc in ecclesiam Syon que est in Ierusalem ubi sanctus Stephanus archidyaconi officio functus est cum gaudio magno sanctorum reliquias transtulerunt et eas ibidem honorifice condiderunt. Huius visionis et inventionis mentionem facit Beda in cronica sua. Hec inventio sancti Stephani facta est ea die qua eius passio celebratur, et eius passio in hac die fuisse dicitur. Festa autem ab ecclesia mutata sunt duplici ratione. Prima est quia Christus ideo natus est in terris ut homo nasceretur in celis. Decuit igitur ut nativitati Christi continuaretur natale sancti Stephani qui primus pro Christo martirium sustinuit quod est nasci in celo ut per hoc notaretur una ex alia sequi. Unde cantatur: Heri Christus natus est in terris ut hodie Stephanus nasceretur in celis. Secunda ratio est quia festum de inventione sollempnius agebatur quam festum de passione, et hoc tum propter reverentiam nativitatis domini, tum propter multa miracula que in ipsius inventione dominus ostendit. Quia igitur passio eius dignior est quam inventio, et ob hoc sollempnior debet esse, ideo ecclesia festum de passione ad illud tempus transtulit in quo amplior reverentia habetur. Translacio autem eius ut ait Augustinus hoc modo fuit facta. Nam Alexander senator Ierusalem cum uxore sua adiit et prothomartiri Stephano pulcherrimum oratorium construxit et post eius obitum iuxta eius corpus se sepeliri fecit. Evolutis septem annis Iuliana eius uxor in patriam suam volens redire

ut potestate que a principibus in se immi-
as praebebat. corpus viri nolu-
it deferre. Qui cum ab episcopo cum mul-
tis precibus postulasset. episcopus duos
loculos argenteos protulit dicens
Non novi quis ex hiis sit loculus
viri tui. Et illa. Ego novi. et im-
petu faciens amplexata est corpus
sancti stephani. Sic igitur dum corpus
viri sui putat accipere ipsius cor-
pus prothomartiris accepit. Cum
autem navem cum corpore conscendis-
sent. ympni audiuntur angelici.
suavissimus odor fragrat. cla-
mant demones. seviam suscitant
tempestatem dicentes. Ve nobis
quia prothomartir stephanus transit
qui pro nobis urbeans igne. Cum ergo
nautae naufragium formidaret
stephanus invocatur. et continuo ap-
paruit eis dicens. Ego sum nolite
timere. Statim tranquillitas mag-
na subsecuta est. Tunc audite sunt
voces demonum clamantium. Im-
pie nanus princeps incende quia
adversarius noster stephanus est in ea.
Tunc princeps demonum quinque de-
mones qui navem incenderet
misit. Sed angelus domini eos in
profundum dimisit. et cum calcedo-
ne venissent demones clamabant
Famus dei venit quem lapidaverunt ex
abominis iudeis. Constantino-
polim igitur in columnes pervene-
runt. et in quandam ecclesiam corpus
sancti stephani cum magna reverentia re-
condiderunt. Hec augustinus. Coniunctio
autem corporis stephani cum corpore
sancti laurentii. hoc ordine facta fuit.
Contigit enim eudosiam filiam the-
odosii imperatoris a demone gra-
viter cruciari. Quod cum patri

constantinopolim constituto inti-
matum fuisset. iubet filiam constanti-
nopolim adduci ut sacro sancto
prothomartiris reliquiis tangeretur.
Demon autem in ea clamabat. Ni-
si stephanus romam veniat non ex-
ibo quia sic est apostolorum voluntas.
Quod cum imperator audisset a cle-
ro et populo constantinopolita-
no obtinuit ut corpus sancti
stephani romanis daret et ipsi
laurentii corpus acciperent.
Tunc imperator super hoc pacto
pape scripsit. Papa vero de consilio
cardinalium imperatoris petitioni
consensit. Missi igitur constan-
tinopolim cardinales corpus
stephani romam deferunt. et greci pro
accipiendo corpore laurentii proficis-
cuntur. Capue igitur corpus stephani
recipitur. et brachium eius dextrum
a campanis devotis precibus
obtinetur. Metropolitana ec-
clesia in eius honore fabricatur.
Cum autem romam venissent et in
ecclesiam sancti petri ad vincula corpus
deferre vellent. vectores sub-
sistunt nec ultra procedere possunt.
Demon autem in puella clamabat
Frustra laboratis quia non hic
sed apud fratrem suum laurentium sedem
elegit. Illuc igitur corpus defertur.
et ad eius tactum puella liberatur.
At laurentius fratri suo adveniente
quasi congratulans et arridens
in alteram partem sepulcri secessit
et medietatem illius fratri vacuam
dereliquid. Greci vero dum manus
apponunt ut laurentium auferant
ad terram velud exanimes cor-
ruerunt. sed orantibus precibus papa
et clero et populo vix ad se adves-
peram redierunt. Omnes tamen infra

decem dies mortui sunt. Latini
cum qui eis consenserunt in frenesim versi sanari non potuerunt quousque sanctorum corpora insimul tumulata fuerint. Tunc vox de celo audita est: O felix Roma que corpus Laurentii hyspani et Stephani ierosolimitani gloriosa pignora uno claudis mausoleo. Refert Augustinus in libro xxii de civitate dei sex mortuos ad invocationem sancti Stephani suscitatos. videlicet quendam qui cum mortuus sic iaceret ut ei iam pollices ligarentur invocato super eum nomine sancti Stephani continuo suscitatus est. Item quendam plaustro contritum parentes vivum et sanum receperunt. Item quandam sanctimonialem que in extremo spiritu constituta ad memoriam sancti Stephani delata fuisset et ibidem expirasset videntibus omnibus et stupentibus sanata surrexit. Item quandam puellam apud Yponem cuius tunicam cum pater ad memoriam sancti Stephani deportasset, sed eam postmodum super corpus defuncte filie proiecit et illa statim surrexit. Item quendam iuvenem apud Yponem cuius corpus cum unctum fuisset oleo sancti Stephani statim surrexit. Item quendam puerum qui cum ad memoriam sancti Stephani fuisset delatus ad invocationem sancti Stephani vite est protinus restitutus. De hoc martire protho sic dicit Augustinus: Martirem istum Gamaliel stolatus revelavit, Saulus spoliatus lapidavit, Christus pannis involutus ditavit et precioso lapide coronavit. Idem: In Stephano emicuit pulchritudo corporis, flos etatis, eloquentia sermocinantis, sapientia sanctissime mentis et operatio divinitatis. Idem: Fortis columna dei cum inter lapidicinas manus captivatorio forcipe teneretur, fide fundabilis agitabatur et pendebat, feriebatur et producebatur, constringebatur et angebatur, cedebatur et non vincebatur. Idem super illud: Dura cervice etc. Hic non palpat blandiciis sed invehitur, non palpat sed provocat, non trepidat sed instigat. Item: Attende Stephanum conservum tuum. Homo erat sicut et tu, de massa peccati erat sicut et tu, eo precio redemptus quo et tu. Dyaconus erat, evangelium legebat quod legis vel audis. Ibi invenit scriptum: Diligite inimicos vestros. Didicit legendo, perfecit obediendo etc.

De sancto Dominico

Dominicus dicitur quasi custos vel a domino custoditus, vel dicitur dominicus quantum ad ethimologiam huius nominis quod est dominus. Dicitur autem custos domini tribus modis, scilicet custos honoris domini quo ad dominum, custos vinee domini vel gregis domini quo ad proximum, custos voluntatis domini seu preceptorum domini quo ad se ipsum. Secundo dicitur dominicus quasi a domino custoditus. Dominus enim custodivit ipsum in triplici statu suo, in quorum primo fuit laycus, in secundo fuit canonicus, in tertio vir apostolicus. Nam in primo eum custodivit faciendo ipsum laudabilem in incipere, in secundo fervens proficere, in tertio perfectorum apprehendere. Tertio potest dici dominicus per ethimologiam huius nominis dominus. Dominus namque vel secundum quod dicitur quasi dans minas vel

donans munus. Hic beatus dominicus fuit donans id est quasi donans minas primitus et iniurias dimissione. Donans munus plurimum largitionem. quia non solum sua pauperibus tribuit sed etiam se ipsum pluries vendere voluit. Donans minus per corporis maceratione quia corpori suo semper minus dabatur quam appetebat. Dominicus ordinis predicatorum dux et pater inclitus ex hyspanie partibus. villa que dicitur calagora exoxomensis dyocesis patre felice. matre vero iohanna nomine secundum carnem duxit originem. Cuius mater ante ipsius ortum vidit in sompnis se catulum gestantem in utero. ardentem in ore faculam baiulantem. qui egressus ex utero totum mundum in fabricam incendit. Cuidam etiam matrone que eum ex sacro fonte levaverat videbatur quod puer dominicus stellam perfulgidam haberet in fronte que totum orbem incendebat. Dum adhuc esset puerulus et sub nutricis custodia constitutus deprehensus est sepe lectum dimittere et super nudam terram iacere. Missus tandem palestina ad studium amore sapientie ad discendum vinum per decennium non gustavit. Ubi cum fames valida esset libros cum omni sua suppellectili vendidit et pretium eorum pauperibus erogavit. Crescente vero eius fama ab episcopo exomensi in sua ecclesia canonicus regularis efficitur. et postmodum fratribus omnibus vite speculum. et canonicis subprior ordinatur. Ipse autem nocte ac die lectioni et orationi vacabat. assidue deum exorans ut sibi hanc gratiam

in fine dignaretur. qua se totum aliquando saluti posset impendere proximorum. In libro quoque de collationibus patrum studiosissime legens magnum perfectionis cumulum apprehendit. Agens autem cum predicto episcopo tholosam et deprehendens hospitem suum heretica pravitate corruptum quem ad fidem christi convertit et ei quedam primitiarum manipulum future messis domino presentavit. Legitur in gestis comitis montis fortis quod cum beatus dominicus quadam vice adversus hereticos predicasset. auctoritates quas in medium produxerat redegit in scriptis. et cuidam heretico cedulam illam tradidit. ut super obiectis deliberare deberet. Illa autem nocte ad ignem hereticis congregatis cedulam quam receperat produxit in medium. Cui socii dixerunt ut in ignem eam proiceret et si comburi contigeret eorum fides immo perfidia vera esset. si non romane ecclesie predicarent. Qua proiecta cedula in ignem proicitur que cum aliquantulum mora in igne fecisset incombusta protinus prosilivit. Stupentibus cunctis unus ceteris durior ait. proiciatur iterum et iterum prosiliit incombusta. Iterum ille dixit. tertio proiciatur. et tunc sine dubio rei exitum cognoscemus. proicitur tertio et iterum incombusta prosilit et illesa. Heretici autem in sua duritia permanentes districtissima inter se iuratione firmaverunt ut hoc aliquis non publicaret. Quidam tamen miles qui ibi aderat et nostre fidei aliquantulum adherebat istud miraculum postmodum publicavit. Factum est autem

hec apud montem victorialem. Simile quoddam dicitur accidisse apud Fanum Jovis, indicta ibidem in diebus illis quadam contra hereticos disputatione sollempni. Ceteris igitur ad propria recedentibus et episcopo Oxomensi defuncto, solus ibidem sanctus Dominicus cum paucis sibi adherentibus mansit, contra hereticos constanter annuncians verbum dei. Irridebant autem eum adversarii veritatis, sputa, lutum et huiusmodi vilia proicientes in eum, et a tergo derisorie paleas alligantes. Cum autem sibi mortem minarentur, imperterritus respondebat: Non ego martirii dignus sum gloria, nondum merui mortem istam. Quapropter locum transiens in quo sibi ferebantur insidie, non solum intrepidus verum etiam cantans et alacer incedebat. Quod illi admirantes dixerunt ei: Nunquid non tu mortis horrorem geris? Quid acturus eras si comprehendissemus te? At ille: Rogassem vos ne repentinis me subito perimeretis vulneribus, sed paulatim et successive membra singula mutilantes. Deinde ostensis coram meis oculis detruncatis membrorum particulis, ipsos etiam oculos eruentes, ad ultimum semivivum laceratum corpus sic permitteretis in suo sanguine volutari, vel prorsus ad libitum necaretis. Cum quendam repperisset qui propter inopiam hereticorum consortiis adhesisse decreverat, se ipsum vendere et ex accepto precio de se ipso et egestatis sue inopie providere et sub errore venundatum liberare. Quod et fecisset nisi in opere eius divina misericordia aliter providisset. Alias etiam cum quedam mulier fratrem suum in Sarracenorum captivitate detentum lamentabili sibi conquestione exponeret, multumque sibi ad eius liberationem facultatem esse consilium, ille intima compassione commotus se sibi pro redemptione captivi vendendum obtulit. Sed deus, qui ipsum necessariorem ad redemptionem spiritualem multorum captivorum providerat, non permisit. Quodam tempore hospitatus in partibus Tholosanis apud quasdam matronas ab hereticis per ostentationem religionis deceptas, per totam quadragesimam, ut sic clavum clavo obtunderet, in pane solo et aqua frigida cum adiuncto sibi socio ieiunavit. Nocte vero vigilans, cum necessitas cogebat, lassa membra super nudam tabulam reclinabat. Sicque factum est ut illas matronas ad agnitionem veritatis perduceret. Post hec autem cepit de institutione ordinis predicatorum, cuius officium per mundum predicando discurrere et contra hereticos fidem catholicam communire. Cum igitur mansisset in partibus Tholosanis x.x. annos post mortem Oxomensis episcopi usque ad tempus quo Lateranense concilium debuit celebrari, cum Fulcone Tholosano episcopo Romam ad concilium generale adiit, et a summo pontifice Innocentio ordinem qui predicatorum diceretur et esset confirmari sibi et successoribus postulavit. Qui cum aliquantulum se difficilem exhiberet, nocte quadam idem pontifex videbat in sompnis quod Lateranensis ecclesia grave

ſubito ruinam minarentur · Ve-
rum tremens aspiceret ex adverso
vir dei dominicus occurrebat
humerisque suppositis totam illam
ruinosam fabricam sustentabat Cui
gilans autem et visionem intelli-
gens petitionem viri dei hyla-
ris acceptavit hortans ut ad
fratres suos rediens regulam ali-
quam approbatam quasi ~~eligerent~~
eligerent · et sic ad ipsum rediens
confirmationem ad libitum repor-
taret Regressus ubi summi pon-
tificis fratribus patefecit · Erant
autem fratres numero circiter xvj · qui
invocato spiritu sancto regulam beati
augustini doctoris et predicatoris
egregij ipsi post futuri re et nomine
predicatores fratres unanimiter
elegerunt Quasdam quidem
arctioris vite consuetudines
quas quasi pro forma constitucio-
num observandas statuerunt
insuper assumentes Verum inte-
rea innocencio defuncto · et
honorio in summum pontificem
ordinato confirmationem ordi-
nis Anno domini m° cc° xvj · a
predicto honorio impetravit
Dum igitur rome in ecclesia sancti pe-
tri pro dilatatione sui ordinis
exoraret · gloriosos principes
apostolorum petrum et paulum ad se
venientes aspexit · quorum primus
petrus videlicet baculum pau-
lus vero quasi librum tradere vide-
batur · Addebantque dicentes
vade predica quoniam a deo ad mi-
nisterium es electus Statimque in
momento temporis videbatur ei quod
filios suos per totum mundum disci-
pulos aspiceret et incedentes

binos et binos et verbum domini
populis predicantes Quapropter
tholosam rediens fratres
suos dispersit · Et quosdam
quidem in hyspaniam · quosdam vero
parysius · alios tandem bonon-
iam destinavit Ipse vero roma(m)
reversus ¶ Quidam frater
minor qui multo tempore socius sancti
francisci extiterat pluribus fra-
tribus de ordine predicatorum nar-
ravit quod cum beatus dominicus ro-
me pro confirmatione sui ordi-
nis apud papam instaret · noc-
te orans vidit in spiritu christum in
aere existentem et tres lance-
as in manu tenentem et contra
mundum eas vibrantem Cui
velociter mater occurrens quid-
nam vellet facere inquisivit Et
ille Ecce totus mundus tri-
bus vicijs plenus est scilicet su-
perbia · concupiscencia · et avaricia
et ideo hijs tribus lanceis ip-
sum volo perimere Tunc virgo
ad eius genua provoluta ait
Bone fili · iusticiam · misericordia
tempera Cui illa Tempera fili furorem
et paulisper expecta · habeo enim
fidelem servum et pugilem stre-
nuum qui ubique discurrens
mundum expugnabit et tuo do-
minio subiugabit Alium quoque
servum quasi in adiutorium dabo qui
secum fideliter decertabit Cui filius
Ecce placatus faciem tuam sus-
cepi vellem ego videre quos eis
ad tantum officium destinare Tunc
illa christo sanctum dominicum presentavit ·
Cui christus vere bonus et strenuus
pugil iste est et studiose faciet
que dixisti Obtulit eciam sanctum
franciscum et hunc christus sicut et

pro ipsius comedunt. Sanctus ergo
Dominicus socium suum in visione sua
diligenter considerans quem an-
te non viderat in crastino in eccle-
sia invenit. Ex hiis que nocte vide-
rat sine indice recognovit
et in eius amplexus et oscula
sancta ruens ait. Tu es socius
meus. tu pariter curres mecum
stemus simul et nullus adversa-
rius prevalebit. Visionem ergo
predictam sibi per ordinem enarravit
et extunc facti sunt eis cor unum et a-
nima una in Domino. quod et in posteros
mandaverunt perpetue observari.
¶ Monachus quidam ante ordinis
institucionem predicatorum in exta-
si factus vidit beatam virginem
flexis genibus et iunctis manibus
pro humano generi genere filium de-
precantem. Qui dum sepe pie
matrem repulisset. tandem instanti
sic ait. Mater mea quid possum
vel debeo illis amplius facere
misi patriarchas et prophetas et pa-
rum se emendaverunt. Veni ego
ad eos. deinde misi apostolos et
me et illos occiderunt. Misi mar-
tires et confessores et doctores
nec illis acquieverunt. Sed quia
non est phas ut tibi aliquid denegem
dabo eis meos predicatores per
quos valeant illuminari et mun-
dari. sin autem veniam contra illos
¶ Similem visionem alius vidit eo
tempore quo xii. abbates cister-
ciensis ordinis Tholosam contra
hereticos sunt transmissi. Nam cum
filius matri oranti dixisset
ut supra dixit mater. Bone
fili non secundum eorum maliciam
sed secundum tuam misericordiam agere
debes. Tunc filius victus
precibus ait. Ad votum tuum ad-
hibui hanc eis misericordiam faci-
am quia predicatores meos
eis mittam qui eos moneant
et informent. et si se non cor-
rexerint amplius eis non
parcam. ¶ Cum quedam novi-
cium apulum ad ordinem suscepis-
sent quidam qui predicti novicii
socii fuerant cum adeo perverterunt
quod ad seculum iam redire delibe-
rans. vestes suas magis omni-
bus expetebat. Quod beatus
Dominicus audiens continuo se
orationi dedit. Igitur cum iuvenem
iam demum religiosis vestibus
expoliassent et iam sua cami-
sia induissent ille magnis
vocibus clamare cepit ardeo
ardeo. En estuo. en ardeo. en to-
tus exuror. extrahite extra-
hite hanc camisiam maledictam
que me totum exurit. Nullo ergo
modo quiescere potuit quousque ex-
utus camisia religiosis ves-
tibus denuo est indutus et ad
claustrum reductus. ¶ Existen-
te beato Dominico Bononie cum fratres
iam ad dormiendum iuissent
quidam frater conversus a dyabolo
vexari cepit. Quod cum frater
Raynerius lausanensis magister
eius vidisset beato Dominico studu-
it indicare. Beatus autem Domini-
cus ad ecclesiam ante altare
ipsum portari precepit. Qui cum
fuisset vix a decem fratribus de-
portatus dixit beatus Dominicus
Adiuro te miser ut dicas
quare vexas creaturam dei et
quare et quo hic intrasti. Qui

vendit. Ve ergo eum quia
meruit. bibit enim hic sine li-
cencia in ciuitate et non adhi-
bito signo crucis. Unum tantum
intraui in eum in specie bibio-
nis, quem potius ipse simul cum
vino me bibit. hoc autem quod te
bibis sed vini comptum est. Inter-
hec ferme est primum signum ad ma-
tutinas. Quo audito dyabo-
lus qui cum eo loquebatur dixit: Amodo hic
plus stare non possum, exeo. Et cap-
tiati surgunt. Et sic ad oracione
beati dominici exire compulsus est.

¶ Cum in partibus tholosanis
quoddam flumen transisset libri
eius nullum habentes conseruato-
rium in flumen ceciderunt. Die
autem tercia piscator quidam ibi
hamum iaciens cum magnum
piscem se prendidisse putaret
libros ipsos extraxit penitus
sic illesos ac si in aliquo ar-
mario fuissent cum omni dili-
gencia custoditi. ¶ Cum ad
quoddam monasterium venisset et
fratres quiescerent, nolens eos
inquietare oracione fusa clau-
sis ianuis monasterium cum so-
cio intrauit. ¶ Iste eciam contigit
cum in conflictu hereticorum cum quo-
dam conuerso cisterciensi fuisset. Nam
cum sero ad quandam ecclesiam venis-
sent et clausa inuenissent
oracione fusa a beato dominico inter
se subito inuenerunt et nocte
illa tota in oracione duxerunt.
Post labores itineris antequam ad
hospicium deuenisset, sitim ad

fonte aliquantula extinguere
consueuit ne in domo hospitis
plus bibendo aliquam notam
incurreret. ¶ Scolaris quidam
carnis lubricum paciens venit
in quodam festo ad domum fratrum
ut ibi missam audiret. Conti-
git autem tunc missam beatum do-
minicum celebrare. Cum autem
ad oblacionem ventum fuisset
dictus scolaris accessit et ma-
num eius cum multa deuocione os-
culatus est. Quam cum osculatus
fuisset tantum ex illa prodire sen-
sit odoris fragranciam quantam
in vita sua numquam aliquam est
expertus et extunc estus libi-
dinis mirabiliter in eo refrigu-
it. ut qui ante erat vanus et
lubricus efficeretur postmodum
continens atque castus. Quanta
mundicie puritate caro pol-
lebat cuius odor tam mira-
biliter sordes mentis purga-
bat. ¶ Sacerdos quidam videns
aliquando beatum dominicum cum suis fra-
tribus predicacioni tam feruenter
insistere deliberauit eis adherendum
dummodo nouum testamentum sibi
ad predicandum necessarium habere
posset. Hec eo cogitante qui-
dam iuuenis venale testame-
ntum sub veste simulans affuit.
quod statim cum magno gaudio
sacerdos emit. Sed dum adhuc
aliquantulum dubitaret fusa ad
deum prece impressaque cruce super
librum aperuit. et oculos ad
capitulum quod se primo obtulit
mox iniecit. et illud quod in acti-
bus petro dictum eidem occur-
rit. Surge descende et vade

cum eis nichil dubitans. quia ego misi illos. Statimque surgens eisdem adhesit. Cum apud tholosam in theologia regeret magister quidam scientia et fama preclarus. quodam mane antequam diem dum suas lectiones provideret oppressus sompno caput suum in kathedra paululum reclinauit. visumque est ei quod septem stelle ei presentarentur. Qui cum de nouitate talis eximii plurimum miraretur. subito in lucem et quantitate predicte stelle in tantum creuerunt quod totum mundum illuminauerunt. Qui evigilans quidnam ei hoc uellet cogitauit. Et ecce dum scolas intrasset et legeret beatus dominicus cum eo .vij. fratres eiusdem habitus ad predictum magistrum humiliter accessere et suum ei propositum intimantes dixerunt quod scolas suas cuperent frequentare. Qui recolens visionem ipsos esse .vij. stellas quas viderat nullatenus dubitauit. Rome viro dei dominico posito ubi quidam magister reginaldus sancti aniani aurelianensis decanus qui cum perissus in iure canonico rexerat annis quinque. romam cum aurelianensi episcopo mare transiturus aduenerat. Dudum autem in proposito habebat relictis omnibus predicationi insistere sed quo compleret posset nondum aduenerat. Cum autem quodam cardinali cui huiusmodi uotum expressisset de institutione ordinis

predicatorum dixissetque. et beato dominico accersito eidem propositum suum declarasset. extunc primum ordini se liberauit in proximum. nec mora grauium febrium infirmitate corripitur. et de eius salute penitus desperatur. Perseuerante autem in oratione beato dominico ad beatam virginem cui tamquam speciali patrone totius ordinis totum commiserat exorante ut uel saltem modico tempore cum eis concedere dignaretur. Ecce subito regina mundi duabus admodum speciosis comitata puellis reginaldus uigilans et mortem expectans ad se uisibiliter ueniente aspexit blandique facie dicentem ei Pete a me quod vis et dabo tibi. Deliberanti quid peteret. una ex predictis puellis suggessit ei ne quid peteret sed se totum regine uoluntati committeret. Quod dum fecisset illa manum extendens uirginea. aures eius. nares. os. manus. renes et pedes oleo salutari ut unctione salutari quam secum detulit unctione perunxit. Formulas verborum propriis ad singulas unctiones subsciens. Ad renes ait Stringantur renes tui cingulo castitatis. Ad pedes ait Ungo pedes tuos in preparatione euangelii pacis. Addiditque. Die tercia mittam tibi ampullam restitutionis plene sanitatis. Tunc ei habitum ordinis ostendens Ecce inquit iste est habitus ordinis tui. Hanc autem visionem similiter beatus dominicus in oratione positus

portus totam vidit. Hanc
aut fratre adeum veniens sanctus
dominicus cum sanum repit et ab eo
dem tocius seriem visionis
audiuit et habitum quem virgo mo
strauerat assumpsit. Nam ante
a fratres superpellicijs utebantur.
Die aut tercia mater dei affuit
et corpus reginaldi adeo per
vnxit quod non solum estum febrium
sed eciam ardorem concupiscencie
sic extinxit ut sicut ipse post
modum est confessus nec primus
in eo motus libidinis deinceps
deo pululauit. Hanc visio
nem itacto exhibitam quidam
religiosus de ordine hospi
talariorum presente quod sancto dominico
proprijs oculis vidit et stupuit
Hanc visionem multis fratribus
maxime post felicem obitum beatus
dominicus publicauit. Missus
magister reginaldus bononiam
predicacioni ardenter instabat
et fratrum numerus excrescebat
Post hec aut missus parisius non
post multos dies in domino obdor
miuit. Juuenis quidam ne
pos domini stephani cardinalis
de fossa noua cum equo in fouea
precipicio collapsus inde mor
tuus eductus est qui beato dominico
oblatus oracione fusa est vite
pristine restitutus. In ecclesia
sixti architectum quendam conduc
tum ruina desuper resoluta op
pressit. dumque sub cumulo ca
dentis materie iacente extrax
isset vir dei dominicus defuncti corpus

de ruina subductum ad deferri
iussit. oracionum quoque suarum suf
fragio statim vite simul et sani
tati restituit. In eadem ecclesia
apud romam dum fratres circiter. xl.
manerent et quadam vice panis
valde modicum inuenisset beatus
dominicus id modicum panis quod habe
bant in partes diuisit super mensa
poni mandauit. Dumque vnusquisque
~~bace~~ buccellam panis cum gau
dio frangeret. ecce duo iuuenes
eiusdem habitus formeque consilis
refectorium intrauerunt palli
orum suisque a collo pendebant
plenos panibus referentes. quibus
in capite mense serui dei dominici
silenter oblatis ita subito dis
cesserunt ut nullus de certo uel
unde venerunt uel quo abirent
scire posset. Tunc sanctus pater domini
cus manum ad fratres circumquaque
extensa. nunc inquit fratres co
medite. Cum aut beatus dominicus
aliquando in itinere positus esset et gra
uis pluuiarum inundacio facta esset
ille signum crucis edidit et a se
et socio omnem pluuiam adeo
propulsauit. ut cum fratre papilione
de cruce cum tota terra defensa
ymbrium inundacione madesceret
nec vna gutta ad spacium trium
cubitorum eos ~~conge~~ contigeret
Quadam die dum in partibus tho
losanis transisset nauigio quidam
aquam. Nauta ab eo denarium
pro mercede transitus exige
bat. Cui cum vir dei promitteret
sibi in penso celorum regnum pro
mitteret. addens quod discipulus

christi esset nec aurum vel pecu-
niam deportarem. Ille cum cap-
pam violenter trahens. Aut
cappam michi inquit dimittes aut
denarium michi solues. Tunc vir
dei erectis in celum oculis pau-
lulumque intra se ipsum orans
mox in terram respiciens et
denarium diuino nutu ibi dubi-
um procuratum iacentem videns
Ecce inquit frater quod postulas tol-
le et me liberum in pace dimit-
te. ¶ Contigit aliquando dei virum
iter agentem associari cuidam religi-
oso quendam conuersationis asſi-
ſitate domesticum sed loquela
et lingwa penitus alienum.
Dolens itaque quod diuinis eloquiis
vna cum illo mutua se collatio-
ne non posset reficere. tandem
a domino ut vnusquisque lingwa loqueretur
alterius vbique sic alterutrum va-
riatis sese per triduum quo vide-
licet simul itineri erant intelli-
geret impetrauit. ¶ Qua-
dam vice cum quidam multis ob-
sessus demoniis sibi oblatus
fuisset. iste stolam accipiens
primo super proprium collum posuit. de-
inde demoniaci collum cinxit
mandans illis ut de cetero illum
hominem non vexarent. Ipsi vero
in eiusdem corpore obsessi torque-
ri statim ceperunt fortiter accla-
mantes. Dimitte nos ire quare
nos hic cruciari compellis. At
ille Non dimitto vos inquit nisi
michi fideiussores dederitis quod huc
ultra nequaquam redeatis. Quos
inquiunt fideiussores possumus
tibi dare. Et ille Sanctos martires

quorum corpora in hac ciuitate requiescunt.
Et illi Non possumus. quia merita nostra
contradicunt. Oportet vos inquit
dare aliquos aliquatenus hic, nequa-
quam vos liberos dimittam. Tunc
responderunt ad hoc operam se da-
turos. et post modicum dixerunt
Ecce impetrauimus licet inmeriti
quod sancti martires fideiusserunt pro nobis.
Requirente autem eo huius rei signum
dixerunt Ite ad capsam in qua
sunt recondita capita martirum
et eam inuenietis inuersam. Quesi-
ta est et ita inuentum sicut illi fue-
rant contestati. ¶ Predicante
autem eo aliquando quedam matrone ab
hereticis deprauate eius pedibus
prouolute dixerunt Serue dei ad-
iuua nos si vera sunt que hodie
predicasti iam diu mentes nostras
erroris spiritus excecauit. Quibus
ille Constantes estote et ex-
pectate paulisper ut videatis
quali domino adhesistis. Statimque
viderunt de medio sui cattum te-
terrimum prosilire qui preferens quan-
titate habebat grossos oculos
et flammantes. lingwam latam
atque sanguinolentam et protractam
usque ad vmbilicum. Caudam
vero curtam sursumque erectam
posteriorem turpitudinem quocumque
se verteret ostendebat de quibus
fetor intollerabilis exalabat.
Cumque circa illas matronas se ali-
quamdiu huc illucque vertisset
tandem per cordam campane in
campanile conscendens disparu-
it fetida post se relinquens vesti-
gia. Ille igitur matrone deo gratias
agentes ad catholicam fidem sunt
conuerse. ¶ Cum in partibus tho-
losanis quosdam hereticos

ꝯmisissz et illi essent incendio de-
putati. aspiciens int(er) eos quedam
pannum du noie aut misso Justu
seruate n(on) aliquomo cu ceteris
conburat(ur). Conuersusqz adeum bla-
de alloquens Scio inq(ui)t fili mi scio.
q(uod) ad huc lic(et) tarde bonus homo
eris et s(er)uus. Dimissusqz itaqz
p(er) annos viginti i(n) hetica recita-
te p(er)mansit. Tandem ꝯuersus et
frat(er) p(re)dicator effectus i(n) eode(m) or-
dine vita(m) sua(m) laudabilit(er) duxit.
et feliciter consumauit. ¶ Cu(m) esset
i(n) hysspania aliq(ui)b(us) c(um) fr(atr)ibus so-
cietatis apparuit ei p(er) visu(m) in-
manissimus quida(m) draco q(ui) fr(atr)es
illos qui secu(m) erant absorbe(re)
ap(er)tis faucib(us) videbat(ur). Quod
vir dei intelligens fratres for-
tit(er) resiste(re) hortabat(ur). Post modi-
cu(m) o(mn)es illi excepto fr(atr)e adam
(et) duobus ꝯu(er)sis ab eo recessert.
Jnterrogatus aut(em) quida(m) ex illis
ab eo. an similit(er) vellet exire.
dixit. Absit p(ate)r ut relicto capite
seq(ua)r pedes. Et ꝯtinuo se orom(ni)
dedit. et fere o(mn)es post modi-
cu(m) sua orone ꝯuertit. ¶ Apud
sem(en) fixtu(m) i(n) urbe cu(m) fr(atr)ibus ex-
istens subito f(a)c(t)o sup(er) eu(m) sp(irit)u
d(omi)ni. ad capitulu(m) fr(atr)ibus ꝯuoca-
tis. palam omnibus nunciauit
qua(tuo)r fr(atr)es ex ipsis i(n) breui. du-
os videlicz i(n) corpore. duos aut(em)
i(n) a(n)i(m)a morituros. Post modicu(m)
duo fr(atr)es ad d(omi)n(u)m migrauert
duo u(er)o de ordine recesserint
¶ Existente eo bononie erat ibi
mag(iste)r quidam conradus theotho-
nicus cuius i(n)gressu(m) ad ordine(m)
fr(atr)es mirabilit(er) affectabant
Cu(m) aut(em) b(ea)tus d(omi)nicus cu(m) pri-
ore monast(er)ij case marie de

ordine cisterciensi i(n) vigilia as-
sumptionis sermocinaret(ur) fami-
liari quadam ꝯfidencia exigen-
te materia dixit ei. Fateor tibi
p(ri)or q(uod) tu(m) nulli ad huc expo-
sui vnqua(m) n(on) tu alii quam diu
vixero reuelabis. q(uod) nunq(ua)m
adeo i(n) hac vita aliq(ui)d petij q(uod)
no(n) assequerer iuxta votum
Cui cu(m) p(re)dictus p(ri)or diceret q(uod) for-
sitan ante eu(m) vita(m) finiret.
B(ea)tus d(omi)nicus sp(irit)u ꝑ ꝓphetico
q(uod) ipse p(ri)or post se mineret sicut
et fuit fuisse ꝯstat p(re)dixit. Tunc
ille p(ri)or adiecit. Pete ergo pater
ut det t(ibi) mag(ist)r(u)m conradu(m) ad or-
dine(m) cuius fr(atr)es introitu(m) in tm
flagitare videnti(ur). At ipse Rem
inquid fr(ate)r bone difficilem postu-
lasti. Finito completorio ceteris
fr(atr)ibus ad quiescendum p(er)gentibus
ipse i(n) eccl(es)ia remasit (et) i(n) orone
more solito p(er)noctauit. Cone
incentibus ig(itur) fr(atr)ib(us) ad primam
cu(m) cantor incepissz Jam lucis
orto syde(re). ecce lucis noue sy-
dus nouu(m) futurus mag(iste)r con-
radus subito veniens (et) ad
pedes b(ea)ti d(omi)nici ꝓsterne(n)s hitu(m)
ordinis instant(er) pecijt et p(er)-
seuerant(er) accepit. Fuerat aut(em)
suo dei d(omi)nico firma valde me-
tis equalitas. n(isi) cu(m) ad eo pas-
siones (et) inuita turbaret(ur). (et) qua-
tor g(a)udes exhilaret facie pla-
citu(m) interioris hominis ꝯposicoz
manifesta de foris benignitate
p(ro)debat. Ipse diurno cu(m) fr(atr)ibus
suis socijs suc saluo qu(id)e(m) hones-
tatis tenore. nemo quior noc-
turnis horis. vigilijs (et) orationibus
nemo instancior. Diem i(n) p(er)e-
bat(ur) p(ro)ximis nocte deo. Jdem
suis oculis q(ua)si quedam fontem

effundebat lacrimas. Frequenter
cum corpus domini elevabat in
missa in tantum mentis rapiebatur
excessum ac si ibidem Christum incar-
natum videret presentem. Propter quod
missam cum ceteris multo tempore non
audivit. Erat ei etiam pernoc-
tandi consuetudo creberrima
ut vix aut raro certum ad qui-
escendum locum videretur habere et cum
lassitudine ~~fessus~~ succedente
sompni interpellaretur urgentibus sub
ante altare aut super lapide ca-
pite paululum quiescebat. Et
tres singulis noctibus recipi-
ebat manu propria de quadam cathe-
na ferrea disciplinas. Unam
videlicet pro se, alteram pro peccatoribus
qui versantur in mundo. Terciam vero
pro hiis qui in purgatorio cruciantur.
Electus aliquando in coseranensem
episcopum omnino renuit, protestans se
prius fugam desertam quam electionem a-
liquam de se factam aliquatenus consen-
tiret. Interrogatus aliquando cur non
libencius Tholose et in Tholosana
dyocesi quam Carcasone et eius
dyocesi moraretur. Quia in Tholo-
sana inquit dyocesi multos qui
me honorant invenio. Apud Car-
casonam vero omnes econtra me im-
pugnant. Interrogatus a quodam
in quo libro amplius studuisset
Respondit in libro caritatis. Quo-
dam vice dum vir dei dominicus apud
Bononiam constitutus in ecclesia pernoc-
taret dyabolus in specie fratris eidem
apparuit. quem sanctus dominicus fratrem
existimans ei innuebat ut cum ce-
teris ad quiescendum pergeret. Ille vero
quasi deridendo eisdem sibi nu-
tibus respondebat. Tunc sanctus dominicus
quis nam esset qui sic eius mandatum

contempneret scire volens candelam
ad lampadem accendit et in fa-
ciem ipsum respiciens quod dyabolus
esset confestim congnovit. Quem
cum vehemencius increpasset mox
eidem dyabolus de fractione silen-
tii insultare cepit. Sanctus autem
dominicus utpote summo magistro sibi lo-
qui licere asserens coegit ipsum
ut sibi diceret de quo fratres in choro
temptaret. Qui respondit: de isto facio
eos tarde venire et cito exire.
Deinde duxit eum ad dormito-
rium de quo fratres ibidem tempta-
ret inquirens. Qui ait: de isto facio
eos nimis dormire, tarde sur-
gere sicque a divino officio rema-
nere. et interdum immundas cogi-
tationes habere. Deinde ad refec-
torium ipsum duxit et de quo fratres
ibidem temptaret quesivit. Tunc
demon per mensas saliens plus
et minus. plus et minus sepius
repetendo dicebat. Quem cum
sanctus dominicus quid sibi hoc interrogaret
Respondit: quosdam fratres tempto ut
plus comedant. et sic ex nimia
sibi sumptione delinquunt. Quos-
dam ut minus sumant et sic in dei
servicio et observancia ordi-
nis debiles fiant. Inde duxit
eum ad locutorium de quo ibidem
fratres temptaret inquirens. Tunc
ille crebro lingua revolvens
mirabilis confusionis sonum emisit.
Quem cum sanctus dominicus quid sibi hoc
vellet interrogaret ait. Hic locus
totus meus est. Cum enim fratres ad
loquendum conveniunt eos tempto et
studeo ut confuse loquantur. et
multis sese inutilibus verbis in-
misceant et unus alium non ex-
pectet. Postremo duxit ipsum
ad capitulum set cum ante ostium

capituli fuisset, demum nullatenus
intrare voluit, sed ait: Hunc locum
nunquam ingrediar, quia locus ma-
ledictus est, et totum ibi amitto
quod in aliis locis lucror. Nam cum
aliquem fratrem pro aliqua negligentia
delinquere fecero, mox in loco hoc
maledictionis de ipsa negligentia
se purgat et coram omnibus se
proclamat, et sic totum amisisse
me doleo quod alibi me lucratum
gaudebam. Et hiis dictis eva-
nuit. Tandem appropinquante ap-
propinquante peregrina-
tionis termino, constitutus apud Bo-
noniam gravi cepit corporis infir-
mitate languere. Cui autem
corporis dissolutio in visione
monstrata est. Vidit enim iuvenem
pulcherrimum hiis verbis se
vocantem et dicentem: Veni dilecte
mi, veni ad gaudia, veni. Con-
vocatis igitur ex fratribus Bono-
niensis conventus xii, ne eos ex-
heredes et orphanos derelinqueret,
testamentum condidit dicens: Hec
sunt que vobis tanquam filiis here-
ditario iure possidenda relin-
quo. Caritatem habete, humilitatem
servate, paupertatem voluntariam
possidete. Illud vero quanta potu-
it districtione prohibuit, ne quis
unquam in suo ordine posses-
siones induceret temporales, ma-
ledictionem omnipotentis dei et suam
terribiliter imprecans ei qui predica-
torum ordinem terrenarum divitiarum
pulvere presumeret maculare. Fratri-
bus vero de eius destitutione in-
consolabiliter dolentibus, dulci-
ter eos consolans ait: Nec vos
mea filii corporalis turbet dis-
cessio, nullatenus dubitantes

meliorem me vobis mortuum
futurum quam vivum. Proinde
ad extremam horam veniens an-
no domini m cc xxi dormivit
in domino. Cuius quidem transitus
eadem die eademque hora fratri
Guale tunc priori fratrum predicato-
rum de Brixia et postmodum
eiusdem civitatis episcopo hoc modo
monstratur. Nam cum in campanili
fratrum capite ad murum inclina-
to levi sompno dormitasset,
vidit celum aperiri et duas sca-
las candidas ad terram submit-
ti, quarum summitates Christus cum
matre tenebat, et angeli per eas
iubilantes ascendebant et des-
cendebant. In medio autem sca-
larum in imo sedes posita erat
et super sedem velato capite frater
sedens. Jhesus autem et mater eius
scalas sursum trahebant donec
sedente in celum elevato apertura
celi clausa est. Veniens igitur predictus
frater Bononiam et eadem die et hora
patrem migrasse cognovit. Et
frater quidam nomine Rao positus apud
Tyburtinam eadem die et hora
qua pater migravit ad corpus mis-
sam celebraturus accesserat. Cum
autem audisset Dominicum Bononie egro-
tasse, et ad locum canonis veniens
in quo de vivis mentio fieri consue-
vit vellet pro eius salute orare, su-
bito factus est in excessu mentis, vi-
ditque virum dei Dominicum corona qua-
dam aurea laureatum totumque
mirabili splendore fulgentem,
duobus quibusdam reverendis
viris comitatum hinc inde, ex
Bononia via regia procedentem.
Diem igitur notans et horam in-
venit tunc servum dei Dominicum a-

corpore migrasse. Cum igitur subterra corpus eius multo tempore iacuisset et crebrescentibus indesinenter miraculis non posset ulterius eius sanctitas occultari fidelium digna duxit devocio corpus eius ad altiorem locum transferre. Cumque monumentum fuisset fractum vix fortibus instrumentis cemento sublato et lapide patefacto tanta copia suavissimi odoris erupit fragrancia ut non tam sepulcrum quam cella videretur aromatum patuisse. Qui quidem odor cuncta superabat aromata nec alicuius rei naturalis odoribus similis videbatur nec solum ossibus aut pulveri sacri corporis vel capse inerat. Verum eciam terre deuquamque congeste ita ut ad longinquas postmodum regiones delata odorem ipsum longo tempore retinerent. Sinu vero manibus maxime aliis de reliquiis sacrosanctis tangentibus sic inhesit ut continuis lotionibus vel eciam confricacione consimilis fragrancie testimonium portarent. Ex provincia Ungarie vir quidam nobilis cum uxore sua et filio suo parvulo ad reliquias beate domine que in insula habebantur visitandas accessit ac filius eius infirmatus ibidem ad extremum vite moriendo pervenit. Pater autem corpus filii coram altari beate domine collocavit lamentari cepit ac dicere: Beate domine letus veni ad te cum parentibus recedo. Cum filio veni cum orbatus recedo. Redde michi queso filium meum redde michi leticiam cordis mei. Et circa noctis medium puer resurrexit et per ecclesiam ambulavit.

Iuvenis quidam amicus eiusdem nobilis domine mancipium dum in quodam flumine piscatori insisteret in aquam lapsus suffocatus disparuit. Magno autem spacio temporis interiecto eius corpus de profundo fluminis mortuum est eductum. Domina autem eius precibus resuscitacione beatam dominam invocavit promittens se ad suas reliquias nudis pedibus accessuram et resuscitatum mancipium libertati daturam. Statimque qui fuerat mortuus in medio videntibus omnibus vite redditus est. Votum quod suum predicta domina ut promiserat adimplevit.

Item de provincia Ungarie dum quedam ut filium defunctum amare lugeret et beatam dominam precibus resuscitacione invocaret. Circa pullorum cantum qui mortuus fuerat oculos aperuit et patri sic dixit: Quid est pater quod sic habeo faciem madefactam? Et ille: Ita domine pater tu sunt filii quia tu mortuus fuisti et ego solus remanseram omni gaudio destitutus. Cui ille: Multum flevisti pater sed beata domina desolacioni tue compaciens ut ego vivus redderer suis meritis impetravit.

Languidus quidam et per xviii annos cecus reliquias beate domine visitare desiderans tamquam temptans ire de lecto surrexit. Tantaque subito se sensit in fundi virtutem quod passu grato ingredi cepit. Tanto magis in convalescencia corporis et

illuminacione oculorum perficiens quod cottidie in itinere procedebat donec tandem ad locum destinatum perueniens perfectum recepit utriusque beneficium sanitatis. ¶ In eadem prouincia Ungarie matrona quedam ad honorem beati Dominici missam disponens facere celebrari sacerdotem hora debita non inuenit. Quapropter candelas tres ad hoc paratas manutergio mundo inuoluit et in quodam vase reposuit. Aliquantulum autem distans et postea rediens candelas flammis patentibus ardere uidit. Currentes autem omnes ad tam grande spectaculum tam diu ibidem trementes et orantes steterunt donec sine lesione manutergii penitus arserunt. ¶ Apud Bononiam scolaris quidam nomine Nycolaus graui renum ac geminum dolore adeo est vexatus quod de lecto surgere non valebat. Cuius et femur [illegible] emarcuit in tantum quod omnis ab eo spes curacionis abscessit. Deo igitur et beato Dominico se deuouens cum se filo de quo facienda erat candela totus mensus esset in longum cepit et collum ac pectus cingere. Cum tandem genu filo ambiente cinxisset inuocato ad qualibet mensuracionem nomine Ihesu Christi et sancti Dominici continuo se alleuiatum senciens exclamauit: Ego sum liberatus. Et consurgens et pre gaudio lacrimans sine aliquo fulcimento venit ad ecclesiam in qua corpus beati Dominici quiescebat. ¶ In eadem quoque ciuitate multa et fere innumerabilia miracula de quibus [illegible] beatum Dominicum operatus est. ¶ In Ytalia apud Augustam cum puella quedam que

vicio lapidis laborabat incidi deberet, mater eius pro instanti periculo filiam suam Deo et sancto Dominico commendauit. Sequenti igitur nocte dormienti puelle beatus Dominicus astitit et manu eius quo torquebatur lapidem posuit et abscessit. Que puella euigilans et se liberatam inueniens matri dedit et visionem per ordinem explicauit. Mater uero lapidem ad domum fratrum attulit et ipsum in memoriam tanti miraculi coram ymagine sancti Dominici suspenderunt. ¶ Apud Palaciam in Ytalia mulier quedam paupercula filium habebat qui infirmitate quadam scrophularum quas pueri in collo habere consueuerunt plurimum affligebatur. Cumque super hoc nullum posset remedium inuenire vouit Deo et beato Dominico quod si liberaretur ipsum in opere candele que tunc construebatur gratis faceret laborare. Sequenti autem nocte quidam in habitu fratris ei apparuit eique dixit: Mulier cognoscis herbam quam rustici nominant et quam nos nominamus, scilicet est viride pilatum lapacium et sinapium porri. Que cum diceret confesso ille ait: Vade accipe hanc et conficias eam cum sinapio porri et pone eam super brachium et impone collo filii tui et sanabitur. Euigilans autem hec fecit et filius eius liberatus votum matris impleuit. ¶ Quidam de [illegible] pede montis monstruose inflatus beato Dominico se uouit. Cui dormienti beatus Dominicus apparuit, ventrem eius sine dolore scindens inmundicias omnes extraxit et iterum manu sua sancta unctione consolidans ipsum perfecte sanauit. ¶ In Augusta ciuitate cum in festo translacionis beati Dominici matrone quedam

que in ecclesia fratrum missarum sollemp-
niis interfuere domum redirent
et quandam mulierem pro foribus do-
mus sue filantem viderent ipsam
cum taciturne redarguere cepere cur
in festo tanti patris a simili opere
non cessaret. Illa uero indigna-
ta respondit. Vos que estis bizote
fratrum festa colite sicut vultis. Statim
quod eius oculis in timore cum pru-
ritu combustis exemplis ceperunt ver-
mes contingue scaturire. ita quod
vicina quedam .xviii. vermes
ex eius oculis in instanti extraxit
Compunctaque ad ecclesiam fratrum ve-
nit. ibique peccata sua confitens
et votum emittens quod de cetero sancto
dei dominico numquam detraheret et eius
festa deuote ageret continuo resti-
tuta est pristine sanitati. Quedam
monialis quedam nobilis
nomine maria apud trepolim in mo-
nasterio sancte magdalene ualidis-
simis infirmitatibus elaborans
ac in tybia grauiter percussa quinque
mensibus cruciatu miserabili
vrgebatur. Ita ut singulis ho-
ris eius exitus timeretur. Que cer-
ter se recolligens semetipsam
sic orauit. Cum domine non sum ego
digna orare nec exaudiri a te
sed rogo dominum meum beatum dominicum
ut sit mediator inter me et te et michi
impetret beneficium sanitatis. Cum er-
go diu cum lacrimis exorasset in ex-
tasi facta vidit beatum dominicum cum
duobus fratribus aperta cortina
que ante lectum eius pendebat in-
trantem et quasi dicentem. Quare tan-
tum desideras. Et illa. Domine ut
deo meo deuocius seruire possim
Tunc ille de sub cappa unctionem
mire fragrancie proferens. tybiam
eius perunxit et statim sanata fuit et
ait. Hec unctio est ualde preciosa
dulcis et difficilis. Cumque ubi cum
mulier requireret rationem dixit
Hec unctio dilectionis est signum
que videlicet preciosa est quia nullo precio
emi potest. et quia in donis dei nulla
est melius. Dulcis. quia nichil dul-
cius est caritate. Difficilis. quia
cito perditur nisi caute custodiatur.
Ipse in nocte sorori sue in dormito-
rio quiescenti apparuit dicens.
Ego sanaui sororem tuam. Que
currens ipsam sanatam inuenit
Que cum se etiam sensibili unctio-
ne inuncta sentiret ipsam cum
bombace cum reuerencia mulier ex-
tersit. Que cum abbatisse confes-
sori et sorori omnia retulisset.
et unctionem in bombace portasset
tanta et tam noua odoris fra-
grancia fuit percussi ut nulla eis
aromata possent comparari. Ipsam
autem unctionem cum multa reuerencia
seruauerunt. Quam gratus
autem deo existat locus in quo sa-
crosanctum corpus beati patris domini-
ci requiescit licet ex miraculis
multis claruerit. Unum tamen hic
posuisse sufficiat. Refert enim
magister allexander episcopus vindo-
mensis in postillis super illud uer-
bum misericordia et ueritas obuiaue-
runt sibi etc. Quod quidam scho-
laris degens bononie. uanita-
tibus seculi deditus visionem
talem conspexit. videbatur sibi quod
dum esset in quodam campo mag-
no consisteret et ibidem tempestas
ingens super ipsum descenderet
Qui dum fugeret a facie tempesta-
tis ad quandam domum peruenit
quam cum clausam inuenisset et pul-
sans ad ostium sed ibidem recipi

postulasset. hospita que deintus erat
respondit: Ego sum iusticia que hic
habito et hec domus mea est. quia autem
tu iustus non es, in ea habitare non
vales. Audiens hoc ille plurimum
merens abscessit. et aliam do-
mum ultra illam conspiciens ad
eam venit et pulsans ad ostium
se ibidem recipi postulabat. sed
que deintus erat hospita respon-
dit: Ego sum veritas que hic habito
et hec domus mea est. te autem hos-
picio non recipio quia veritas eum
non liberat qui eam non amat. Inde
quoque abscedens terciam domum ultra
illam conspexit. ad quam veniens
se similiter contra impetum tem-
pestatis recipi flagitavit. Cui
que deintus erat respondit: Ego
sum pax que hic habito. Non est autem
pax impiis. sed tamen hominibus bo-
ne voluntatis. Verum quia ego
cogito cogitaciones pacis et non
afflictionis. utile tibi consilium do.
Ultra me soror mea habitat
que miseris semper auxilium
prestat. ad hanc accede et eius mo-
nita comple. Cum ergo accessisset
que deintus erat respondit: Ego
sum misericordia que hic habito. Tu igitur
ab imminente tempestate salvari
desideras vade ad domum in qua
fratres predicatores de bononia
habitant. ibique invenies stabu-
lum doctrine. et intus presepe
scripture. asinum simplicitatis cum
bove discrecionis. mariam illu-
minatricem et puerum ihesum te sal-
vantem. Cum igitur predictus scolaris
evigilasset ad domum fratrum venit
et visionem per ordinem recitavit
habitum ordinis recepit et accepit.

De sancto sixto

Sixtus a sios quod est deus dicitur et status quasi
divinus status. vel sixtus

8

a sisto sistis. quasi firmus et fixus in
fide et passione et bona operacione.
Sixtus atheniensis natione
primo quidem philosophus. sed post-
ea christi discipulus et pontifex
summus electus. decio valeriano cum
duobus dyaconibus suis felicis-
simo et agapito presentatus est. Quem
cum decius nullis posset persuasioni-
bus inclinare. fecit eum duci ad
templum martis. ut aut sacrifica-
ret aut in custodia mamertini
reciperetur. Sed cum sacrificare renu-
eret et in custodiam duceretur. beatus
laurencius post eum clamans ibat:
Quo progrederis sine filio
pater. quo sacerdos sancte sine ministro
properas. Cui sixtus: Non ego te de-
sero fili neque delinquo. sed maiora
te debentur certamina. post triduum
me sequeris sacerdotem levita. Inte-
rim quos thezauros ecclesie accipe
et quibus tibi videtur divide. Quos
cum ille christianis pauperibus dis-
tribuisset. valerianus prefectus de-
crevit ut sixtus ad templum mar-
tis sacrificaturus duceretur. quod si
renueret ibidem capite truncaretur.
Qui cum duceretur beatus laurencius
post eum clamare cepit ac dicere:
Noli me derelinquere pater sancte quia
thezauros tuos iam expendi. Tunc
milites audientes thezaurum
tenuerunt laurencium. sixtum vero
cum felicissimo et agapito ibidem
decollaverunt. In hac die est festum
transfigurationis domini et sanguis christi
de novo vino si inveniri potest in
aliquibus casis conficitur. vel sal-
tem de matura uva aliquantulum
in calice eliquatur. In hac eciam
die racemi benedicuntur. et populus
communicat. Racio autem huius est quia
quod dominus discipulis suis in cena
dixit: Non bibam amodo de hoc
genimine vitis donec bibam

illud nouū ī regno pris mei
Illa uo trāſſiguracō dn̄ici q̄
duxit nouū vinū · reputat
glorioſā ī nouacoz quā xp̄c
p(o)ſt9 reſurreccoz hūit ⁊ ideo ī
hac die trāſſiguracōis q̄ re-
ſurreccōz repn̄tat vinū no-
uū inquirit. no q ī hc̄ die
ut quidā aiunt trāſſiguracō
ſit fc̄a · ſ; ab ap̄lis ī hac die
manifeſtata. Trāſſiguracō eni
fc̄a fuiſſe dr̄ cca p̄ncipiū ve-
ris · diſcipuli aūt ap̄ti cplibi-
tōne eius fc̄ām · ipām tā diu
celauerint ⁊ ī hac die mani-
feſtauerint ſc̄a legi̇ ī libro
qui dr̄ mitrale ⁊c̄ De trāſſi-

Hodie nobis dil̄iſ- guracōne
ſimi ſemior dies illuxit
q̄ celeſte int̄riis nobis lumē
emicuit · q̄ vā lux mortali-
um tenebras illuſtrauit · Q̄
diuinitus fulgur hūanis ocu-
lis ſenſibili eciā corpalit̄ ſe
demrauit · Sauluto remota
caligine p mortale adhuc cor-
pus nouo ac ſtupendo mira-
culo mirabilit̄ radiendo efful-
ſit · Hodie v̄bū carō fc̄m cu-
mis hui9 & vnice deificacōne
vultus ⁊ nim clarificacōe on-
dit · Hodie kmi vidimus glo-
riam quaſi vnigeniti a p̄re ·
voce delapſa ad eū huiuſmodi
a mag̃ſica glōia · hic ē filius
meus dilc̄us ī quo m̄ bene co-
placui ip̄m audite · Hec ē glo-
ria vnigeniti a p̄re · cū pat̄ de
celis eū ꝯmendauit · vnige-
nitū recognouit eū cū diui-
nis opibus demrando ſuū
eſſe filiū de celo uoce clara
clamauit · Hic ē inquit fili9

Aut quidē in ⁊ alij filij mul-
ti p grāciā ſ; me9 iſte filius ē
p naturā · Aut alij fc̄i · iſte no
fc̄us ſ; genitus · Qui ſic ē ge-
nitus ut ſit ei vnigenit9 · Et
ideo vnigenit9 · q̄a de mea ſb-
ſtancia no plures · ſ; vn9 ē ge-
nitus · Hanc glōiā q̄ſi vnige-
niti a p̄re iohēs vidit cū ex
deo deū agnouit · Cū ⁊ ip̄m
ī glōia trāſſformatū cōſpexit
et p̄rem de filio hoīs ī ſtru-
cnte audiuit · Ideo ait · Vidi-
mus glōiam eius glām quaſi
vnigeniti a p̄re · Tres & g̃o
aſſumpſit tante viſionis teſ-
tes · q̄a ſcdm eiuſdē dn̄i ſen-
tenciā ī ore duoꝝ ul̄ triū
teſtiū ſtab̄t ōne v̄bū · Tan-
tū ergo miſt̄iū tanta viſio-
tam extollens negociū cū
⁊ ſumioꝝ ap̄loꝝ ꝯfirmādū
cēt teſtiōnio · Unde ḡo ſalua-
tor tres aſſumpſit diſcipulos
ut diuinitatis t̄nitas que
apparebat t̄nario diſcipulo-
rū numero ſignaret̄ · Appa-
ruit quidē ī uoce p̄r · filius ī
glōifica carne · ſp̄us ſc̄us
ī lucida nubis ſpecie · Ideo
nubes lucida ē ſp̄us ſc̄us ·
Nubes ideo q̄a ab eſtu carna-
liū mentes quas obūbrat
refrigerat · q̄a ymbre ſu-
pno qs̄ aridas ī ucit fecū-
dat · lucida q̄a ſuo fulgore
obſcurum tenebras illuſtrat
Ecce tres glōia ſollēpnita-
tis · ecce opus t̄nitatis · Cla-
mat p̄r · radiat filius · ob-
umbrat ſp̄us ſc̄us · Quod
trāſſiguratus dn̄s dr̄ non

debemus putare pristinam formam
amisisse, nec abiecisse corporis
veritatem, ut spiritalem vel aeream
assumeret. Transfiguratus est non
formam amittendo, sed gloriam re-
surrectionis in se ostendendo. Ita
qualis tunc apostolis tunc apparuit,
talis post iudicium omnibus e-
lectis apparebit. In ipso enim ipso
ante iudicio in forma servi
qua pro nobis suscepit a bo-
nis simul et malis videbitur,
ut videant mali in quem pu-
pugerunt, Iudei quem nega-
verunt, milites quem crucifix-
erunt, Herodes et Pylatus quem
iudicaverunt. ¶ Quod igitur de
domino dicitur: Resplenduit facies
eius ut sol, non est putandum
quod domini et sanctorum eius esse possit
gloria aequalis, cum apostolus di-
cat: Stella a stella differt
in claritate, sic Christus a sanctis.
Quare vero in maiestate vi-
si dicuntur Moyses et Helyas?
Quia vitae sublimitate divinam
scripturam sensus et sermo probatus
est. Possumus quoque in Moyse et He-
lya omnes sanctos qui cum domino reg-
naturi sunt accipere. Ita per Mo-
ysen qui mortuus et sepultus
est signatur ab initio mundi usque
ad tempus iudicii defuncti et in
ipso iudicio suscitandi. Per Hely-
am quoque qui nondum debitum mor-
tis exsolvit illi intelliguntur
qui in adventu domini in carne vi-
vi veniendi sunt etc. De sancto
Donato

Donatus quasi a deo
natus et hoc pregnationem
et glorificationem et gratiae infusionem
quae est triplex generatio spiritualis
a deo. Vel donatus quasi dono datus.

Donatus cum Iuliano impera-
tore eruditus et nutritus est,
ita quod predictus Iulianus fuit tunc
in subdyaconum ordinatus. Sed
cum in imperium sublimatus fuisset,
patrem et matrem sancti Donati occi-
dit. Donatus vero in Aretinam
civitatem aufugit et apud Hyla-
rium monachum manens multa
ibidem miracula fecit. Ita prae-
fectus civitatis huius filium de-
moniacum cum ad beatum Dona-
tum adduxisset, clamare coepit
spiritus immundus ac dicere: In no-
mine domini Ihesu Christi noli moles-
tus mihi esse ut de domo mea
egrediar. O Donate, quare me
cohortaris exire cum tormentis?
Sed orante Donato protinus fuit
liberatus. ¶ Vir quidam Eusta-
sius nomine, exactor fisci in Tuscia
pecuniam publicam in custodia uxoris
nomine Eufrosine dereliquit, sed cum
provincia ab hostibus urgeretur,
pecuniam abscondit et dolore pre-
venta vitam finivit. Vir autem
eius rediens cum pecuniam non pos-
set invenire et cum iam filiis su-
is ad supplicium tradi deberet,
ad sanctum Donatum confugit. Donatus
autem ad sepulcrum uxoris cum co-
pergens oratione facta clara voce
dixit: Eufrosina, per spiritum sanctum te
adiuro ut dicas nobis ubi talem
pecuniam posuisti. Et facta est vox
de sepulcro dicens: In ingressu
domus meae ibi eam subfodi.
Et euntes eam ibi ut dixerat inve-
nerunt. Post haec aliquot autem diebus Sa-
tyrus episcopus in domino obdormivit
et omnis clerus Donatum in episcopum
elegit. Cum autem quadam die mis-
sa celebrata populus communicaret et
dyaconus communicantibus Christi sanguinem
appropinquaret, subito paganorum

cuo statte
multitudine pulsa dyacono cecidit
et calice sancti fregit de quo cum ipse
et omnis populus plurimum mestus
esset donatus fragmenta calicis col-
ligens oratione facta ipsum in formam
pristinam restauravit. Una autem
particula a dyacono absconsa fuit
que in calice predicto defecit quam tamen
est ad testimonium huius miraculi. Pa-
ganorum autem hoc viso miraculo quin-
quaginta et lxxx baptisma suscepe-
runt. ¶ Fons quidem adeo erat in-
fectus ut quicumque de illo biberet
continuo moreretur. Dum igitur sanctus
donatus super asinum suum illuc
veniret ut oratione facta aquam sanaret
draco terribilis inde erupit et
pedes asini cauda involvens
contra donatum continuo se erexit.
Quem donatus flagello quodam
percutiens continuo interfecit. Ora-
vitque ad dominum et omne venenum a
fonte fugavit. Aliud etiam fon-
tem sua oratione [illegible] produxit.
Cum filia theodosii imperatoris
a demone vexaretur et ad sanctum
donatum ducta fuisset dixit dona-
tus. Exi immunde spiritus et noli
in plasma dei habitare. Cui demo
Da mihi transitum quo exeam aut quo
vadam. Cui donatus. Unde huc
venisti. Cui demon de heremo. Et
sanctus illuc revertere. Et demon
respiciens signum crucis ante ex quo
ignis exiit contra me et propterea
ignoro quo vadam. sed da mihi locum
exeundi et exeo. Cui donatus
Ecce habes transitum redi ad locum
tuum. Et universam domum concutiens
exivit. ¶ Cum quidam mortuus
efferretur advenit quidam cum cy-
rographo asserens debere cc solidos
ei. Unde nullatenus sepeliri si-
nebat ipsum. Quod cum uxor eius

vidua beato donato cum lacrimis in-
dicasset. Adiungens quod homo ille
pecuniam totaliter recepisset assur-
gens ad locum venit et manu de-
functum tangens ait. Audi me. Qui
mox dixit. Ego sum. Et sanctus donatus
ad eum. Surge et vide quid agis cum
homine isto qui te sepeliri non sinit.
Qui residens de solutione debiti
eum coram omnibus convicit et cyro-
graphum arripiens manu scidit.
Deinde dixit beato donato. Iube
me pater iterum dormire. Et ille.
Vade amodo fili in requiem. ¶ Eo
tempore cum fere annis tribus
non pluisset et sterilitas magna
esset infideles ad imperatorem the-
odosium venerunt petentes ut
eis donatum traderet qui per arte
magica hoc fecisset. Ad instanciam
igitur imperatoris donatus exiens
dominum exoravit et pluviam co-
piosam dedit et aliis infusis
ipse siccis vestibus domum rediit.
¶ Cum autem gothi eo tempore ytaliam
devastarent et a fide christi multi re-
cederent. cuadratianum presidem
a sancto donato et hylario eius apos-
tasia reprehensus sanctos ipsos
cepit. compellens eos ut ydoli im-
molarent. Qui cum renueret hy-
larium expoliatum tamdiu
cedi fecit quousque spiritum exala-
ret. Donatum vero in carcere
reclusit et postmodum eum de-
collari fecit. De sancto cyriaco
Cyriacus a marcello papa
dyaconus ordinatus cum sociis
suis et ad maximinum deductus
iussus est cum sociis ut terram fode-
ret. et ad locum quem ibi construeba-
tur suis eam humeris deportaret.
Ubi erat sanctus saturninus senex

que cyriacus et sisinnius ad por-
tandum iuuabat. Tandem in car-
cere reclusa prefectus iussit cyria-
cum presentari. Et cum eum apronianus
educeret subito lux et vox cum luce de
celo ueniens dixit. Venite bene-
dicti patris mei etc. Et tunc apro-
nianus credidit et baptizari se
fecit et ad prefectum confitens xpm
venit. Cui prefectus: Nunquid tu xpi-
anus factus es? Qui respondit: Ve
mihi quia perdidi dies meos. Respondit
prefectus: Ve modo perdes dies tuos
et iussit eum decollari. Saturninus
autem et sisinnius cum sacrificare
nollent diuersis suppliciis af-
fecti tandem decollati sunt. Filia
autem dyocleciani nomine arthemi-
a cum a demonio uexaretur cla-
mabat in ea demon dicens: Non
exeam donec cyriacus dyaco-
nus veniat. Unde ad eam ad-
ductus cyriacus cum demoni im-
peraret respondit: Si vis ut exeam
da mihi vas aliquod in quo intrem.
Respondit cyriacus: Ecce corpus
meum si potes ingredere. Cui
demon: In vas tuum intrare
non possum quia undique signatum
est et clausum. Sed si eicis me sci-
to quia in babiloniam faciam te
uenire. Et cum coactus exisset
arthemia clamauit dicens
se deum quem predicat cyriacus
videre. Cum igitur illam cyriacus
baptizasset et ex gratia dyoclecia-
ni et serene uxoris eius in domo
quam ei dederant securus viueret
Venit nuncius a rege persarum
ad dyoclecianum rogans ut ad
se cyriacus mitteretur quia filia
sua a demone vexabatur. Ad pre-
ces igitur dyocleciani cyriacus

cum largo et smaragdo navi im-
positis sociis in babiloniam letus
iuit. Cumque ad puellam perue-
nissent demon per os eius clama-
uit dicens: Fatigatus es cy-
riace. Cui cyriacus respondit: Non
sum fatigatus sed ubique dei auxi-
lio gubernatus. Ait demon: Ta-
men ego adhuc uolui te perduxi.
Cyriacus dixit demoni: Im-
perat tibi ihesus xpistus ut exe-
as. Et statim exiens demon
dixit: O nomen terribile quod me
coartat exire. Et sic sanata
puella cum patre et matre et multis
aliis baptizauit. Et cum multa
ei munera offerrent recipere no-
luit. Sed xl diebus in pane
et aqua ieiunans tandem ro-
mam rediit. Post duos autem
menses dyoclecianus defunctus
est. Cui maximianus succedens
iratus de sorore sua arthe-
mia cyriacum comprehendit et
nudum et cathenis ligatum ante
currum suum trahi iussit. De-
inde iussit carpasio vicario
ut ipsum cum sociis sacrificare com-
pelleret aut diuersis suppliciis
occideret. Et cum picem super ca-
put eius liquassent et in eculeo
suspendissent fecit cyriacum cum
omnibus sociis suis decollari.
Carpasius autem cum domum sancti
cyriaci impetrasset et ad deri-
sionem xpianorum in loco ubi cyri-
acus baptizabat se balnea-
ret et epulas cum xix sociis ce-
lebraret subito omnes mor-
tui sunt. Et extunc clauso bal-
neo gentiles xpianos ti-
mere et venerari ceperunt.
Et cetera. Sequitur. De sancto laurencio

Laurentius dicitur quasi lauream tenens, quod corona de lauro est facta, qua corona de hiis olim victores coronabantur. Hec autem arbor est victorie ostensiva, continua viriditate amena, odore grata et efficacia virtuosa. Beatus igitur Laurentius dicitur a lauro, quia victoriam obtinuit in sua passione. Unde et confessus Decius dixit: Puto quod iam victi sumus. Viriditatem habuit in cordis mundicia et puritate. Unde dixit: Mea nox obscurum non habet. Odorem perpetue memorie perpetuitatem. Unde de ipso dicitur: Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum seculi. Beatus Maximus: Quomodo non huius in eternum manebit iusticia, quam et sancto opere et gloriosissimo martirio consecravit. Efficaciam virtuositatis predicatione, qua Lucillam, Ypolitum et Romanum convertit. Huius autem arboris efficacia est, quia talentum frangit, surditati subvenit, fulmine non metuit. Sic Laurentius frangit cor durum, spiritualem reddit auditum, protegit a fulmine sententie reprobacionis.

Laurentius martir et levita genere hyspanus a beato Syxto Romam adductus est. Sicut dicit magister Iohannes Beleth, cum idem beatus Syxtus Hyspaniam profectus esset, duos iuvenes ibidem repperiens, scilicet Laurentium et Vincentium cognatum eius, morum honestate compositos et in omni actione preclaros, ipsos secum adduxit Romam, quorum alter, scilicet Laurentius, secum Rome remansit. Vincentius vero eius cognatus in Hyspaniam rediit et ibi glorioso martirio vitam finivit. Huic autem positioni Iohannes Beleth repugnat tempus martirii utriusque, quia Laurentius sub Decio, Vincentius autem in iuvenili etate sub Dyocleciano et Daciano passus est. Sed inter Decium et Dyoclecianum fluxerunt anni circiter xl^ta^ et imperatores vii medii fuerunt. Ut tunc beatus Vincentius non potuit iuvenis extitisse. Beatus autem Syxtus ipsum Laurentium suum archidyaconum ordinavit. Eo tempore Phylippus imperator et filius eius nomine Phylippus fidem Christi receperant et christiani effecti ecclesiam sublimare plurimum intendebant. Erat autem Phylippo imperatori miles quidam nomine Decius in armis bellicis industris plurimum et famosus. Cum autem eisdem temporibus Gallia rebellasset, imperator illuc Decium misit, ut rebellantem Galliam romano imperio subiugaret. Missus Decius prospere cuncta gessit et ad libitum potitus victoria Romam rediit. Audiens imperator eius adventum, cum aliquibus honorificare voluit et eidem a Roma usque Veronam obvius fuit. Sed quia malorum mentes quo magis honorari se sentiunt, eo amplius per superbiam intumescunt, Decius in superbiam elatus imperium cepit ambire et de morte sui domini

properare. Cum igitur imperator
in stratu suo sub papilione qui-
esceret, Decius papilionem late-
ter introivit et dormientem
dominum jugulavit. Exercitum autem
qui cum imperatore venerat ad se
precibus ac precio muneribus et
promissis attraxit et ad urbem re-
deundo gradu concito properavit.
Philippus iste primus imperator
fuit qui fidem Christi recepit, quem
Origenes ad fidem Christi convertit.
Audiens hoc Philippus junior
vehementer extimuit et totum
thesaurum patris et suum beato Six-
to et beato Laurencio commendavit
ut si ipsum a Decio interfici conti-
geret thesaurum ipsum ecclesiis
et pauperibus erogarent. Post
hec Philippus aufugit et se a fa-
cie Decii occultavit. Senatus
igitur Decio obviam processit et ipsum
in imperium confirmavit. Ut vero
proditorie sed zelo ydolatrie do-
minum suum occidisse videretur christi-
anos cepit crudelissime persequi,
precipiens illos sine ulla misericordia
trucidari. In hac persecucione mul-
ta milia martirum corruerunt,
inter quos etiam Philippus junior
martirio coronatus est. Post hoc
Decius de thesauro domini sui in-
quisicionem faciens oblatus
est beatus Sixtus tanquam Christicola
et tamquam imperatoris thesau-
ros habens. Tunc Decius in car-
cerem ipsum recipi jussit donec
per illata tormenta et Christum ne-
garet et thesauros proderet. Beatus
autem Laurencius ipsum sequens
post eum clamabat: Quo pro-
grederis sine filio pater, quo sa-
cerdos sancte sine ministro properas?
Tu numquam sine ministro sacrificium
offerre consueveras. Quid in me
ergo displicuit paternitati tue? Num-
quid degenerem me probasti? Experi-
re certe utrum ydoneum ministrum
elegeris cui commisisti dominici cor-
poris et sanguinis dispensacionem.
Cui beatus Sixtus dixit: Non ego
te desero fili neque derelinquo,
sed maiora tibi debentur pro fide Christi
certamina. Nos quasi senes levio-
ris pugne cursum recipimus,
te autem quasi juvenem manet
de tyranno triumphus
gloriosior. Post triduum me sequeris sacerdo-
tem levita. Deditque omnes
thesauros ei precipiens ut ec-
clesiis et pauperibus erogaret.
Beatus igitur Laurencius die ac
nocte diligenter quesivit pau-
peres et unicuique prout opus fuerat
ministravit. Devenit ad domum
cuiusdam vidue que multos
christianos in domo sua abscondebat
... que longo dolore capitis
... detinebatur. Beatus autem Laure-
cius per imposicionem manuum eam a
dolore capitis liberavit. Et pau-
perum pedes lavans omnibus
elemosinam dedit. Eadem nocte
in domum cuiusdam christiani veniens
quendam cecum ibidem reperit et eum
signo crucis illuminavit. Cum
autem beatus Sixtus Decio nollet
consentire nec ydolis ymolare,
ipsum ad decollandum duci prece-
pit. Laurencius autem beatus Lau-
rencius post ipsum exclamabat:
Noli me derelinquere pater sancte,
quia thesauros tuos iam expen-
di quos tradidisti michi. Tunc
milites audientes thesau-
ros Laurencium tenuerunt et
Parthenio tribuno tradiderunt.

Hic aut̄ decio cū p̄ntauit
. Cui decius ceſar ait Ubi
ſunt theʒauri eccle quos a-
pud te cognouim⁹ eſſe abſco-
ditos Qui cū ei nō rn̄deret
tradidit eū ualeriano p̄fco
ut aut̄ theʒauros p̄dat et
ſacrificz ydolis aut̄ diuerſis
eū interire faciat ſupplicijs
et tormētis. Ualerian⁹ aut̄
cuidam p̄fco noīe ypolito.
ī cuſtodia eū tradidit. qui
ille cū m̄ltis alijs ī carcere
recluſit Erat aut̄ ibi ī cuſ-
todia q̄dam gentilis nomine
lucillus . q̄ plorando lumen
oculorum amiſerat Cui cū btūs
laurencius lumē ſe reſtaura-
re p̄mitteret ſi ī xp̄m crederet
et baptiſma ſuſciperet Ille
ſe baptizari inſtanci⁹ poſtu-
lauit Accipiens g° aquaʒ
laurencius dix̄. Crimina
ī ↄfeſſione lauant̄. Cumqʒ
ip̄m de articulis fidei dili-
gent⁹ interrogaſſʒ ⁊ ille oīa
ſe credere ↄfeſſus fuiſſʒ aq̄
ſup eius caput effudens ip̄
ī xp̄i noīe baptizauit Stati
q̄ qui cecus fuat lumē rece-
pit Qua ꝓpt̄ m̄lti ad eum
ceci veniebant et abeo illuīa
ti redibant Hoc videns ypo-
litus dix̄ ei Onde m̄ theʒau
ros Cui laurencius O ypoli-
te ſi ī dn̄m ihm̄ xp̄m credide-
ris et theʒauros t̄ ondaʒ et
vitā eternā p̄mitto Cui ypoli-
tus Si das fc̄a compoſces fa-
ciam q̄ hortaris Eadem ho-
ra ypolitus credidit ⁊ ſacrum
baptiſma cū familia ſua ſuſ-
cepit Baptizatus aut̄ ait

Uidi aīas ī nocentū letas
gaudere Poſt h̄ mandauit
valerian⁹ ad ypolitū ut laure-
ciū p̄ntaret Cui laurencius ait
Ambulem⁹ ambo q̄ m̄
et tibi gloia p̄atur Ad tribu-
nal igit̄ ambo veniūt. et ſu-
iteꝝ ī quiſito de theʒauris
laurencius aut̄ triduo ī du-
cias peciit quas valerianus
eidem ſub ypoliti pollicitatio-
ne conceſſit Infr̄ triduo lau-
rencius paupes ⁊ claudos ⁊
cecos collegit et eos ī pallacio
ſaluſtiano coram decio p̄ntauit
dicens Ecce iſti ſunt theʒauri
eterni q̄ nūq̄ minuunt̄ ſʒ creſ-
cunt qui ī ſingulis diſp̄guntur
et ī omnibus ī ueniuntur Nos
enī man⁹ theʒauros ī celū
deportauerut Ualerian⁹
p̄nte decio dix̄ Quid uaria-
ris p̄ m̄lta ſam nūc ſacrifica
et magicā arte depone Cui
laurencius Qui debz adorari
qui f̄tus ē an q̄ fecit Iratus
decius iuſſit eū ſcorpionib⁹
cedi ⁊ omē gen⁹ tormētorum
ante ip̄m afferri Quē cum
ſacrificare iuberet ut hec tormē-
ta euaderet. laurencius r̄ndit
Infelix hijs epulas ego ſemp̄
optaui Cui decius Si epule
ſunt e ſimil'os pande p̄phanos
ut tecū p̄ſint epulent̄. Cui lau-
rencius Iam celis noīa eorum
dederūt ⁊ eos aſpectib⁹ ūro eos
dign⁹ Tunc iubente decio nu-
dus fuſtib⁹ ceditur. et ardē-
tes lamine ad latā apponūt̄.
Dixitqʒ laurencius . Dn̄e ihe-
ſu xp̄e deus de deo miſerere
m̄ ſeruo tuo. q̄a accuſatus nō
negaui nomē ſcm̄ tuū Inter

potuerunt. quam illa mirabilis
animi fortitudo non solum non cede-
ret sed etiam alios exemplo sue tolle-
rancie roboraret. Credo in fidei mag-
nitudine et secundum Maximum vel secundum
quosdam libros Ambrosii. Dum fide
sua persecutoris flammas vicit osten-
dit nobis per ignem fidei iehenne
incendia superare et amore Dei diem
iudicii non timere. Item in ardenti
amore. Inde illuminavit mundum pla-
ne Laurencius eo lumine quo ipse suc-
census est et flammis quas ipse per-
tulit omnium christianorum corda ca-
lefecit. De hiis tribus etiam
sic dicit Maximus vel secundum quosdam
libros Ambrosii. Beati Laurencii ex-
emplo provocamur ad martirium, ac-
cendimur ad fidem, invalescimus
ad devocionem. Quarto fuit excellen-
tissima in constancia sive fortitu-
dine. De eius constancia et forti-
tudine sic dicit Augustinus. Perstitit
Laurencius mansit in christo usque ad
temptacionem, usque ad tyrannicam
interrogacionem, usque ad acerrimam
comminacionem, usque ad peremptorem.
Parum quia longa morte quid bene
manducaverat et bene biberat
tamquam illa esca saginatus et illo
calice ebrius tormenta non sen-
sit, non cessit et in regnum succes-
sit. Adeo autem fuit constans et fir-
mus quod non solum tormentis non vin-
cetur ex dictis ipsius beati Maximi
factus est perfectior in timore, ferven-
cior in amore, iocundior in ardo-
re. De primo sic dicit. Extenditur
super ignitos globos et sepius
versatur in lata sed quanto plus pe-
nas patitur tanto amplius christum
domini pertimescit. Quantum ad secundum
sic dicit Maximus vel secundum quos-
dam libros Ambrosii. Gravius

ignipis cum artifex accenditur
Laurencius cum patitur in flamma
tur. Item novo admiracionis
genere alius illum torquet et alii
sevientes tormenta perficiunt
devotiorem Laurencium sal-
vatori supplicia atrociora
fuerint. Quantum ad tercium
sic dicit. Tercio tanta in fide
christi magnanimitate exulta-
vit ut ut despectis ipsius cor-
poris cruciatibus insanissi-
mo tortori suo triumphatis ei-
us ignibus letus illuderet. Quarto
fuit excellentissima in mira-
bili pugna et modo victorie. Be-
atus namque Laurencius sicut
ex verbis beati Maximi et Augustini
manifeste colligitur quatuor ig-
nes exteriores quodammodo sunt
quos tamen omnes superavit fortiter
et extinxit. Primus fuit ignis
gehenne. Secundus materialis fla-
me. Tercius carnalis concupiscen-
cie. Quartus ardentis avari-
cie. Quintus ferventis insanie.
De extinccione primi ignis
scilicet iehenne sic dicit Maximus
numquam cedere potuit momentaneo
corporis ustioni cuius fides et
in iehenne extinguebat ar-
dorem. Item transiluit per ignem mo-
mentaneum atque detrimentum sed
flammam iehenne perpetue exu-
rentis evasit. De extinccio-
ne secundi ignis scilicet materialis fla-
me sic ait Maximus vel secundum quos-
dam libros Ambrosii. Corporali
laborat incendio sed divinus ar-
dor materialem restringit ardorem.

Item. Quamvis rex impius
ligna subiceret et incendium maio-
ra supponeret, tamen sanctus Lauren-
cius has flammas fidei calore
non sentit. Item Aug. Superari
caritatis Christi flamma non potuit. Nec
segnior fuit ignis qui foris
ussit quam qui intus accendit.
De extinctione tercii ignis scilicet
carnalis concupiscentie. Unde dicit
Maximus. Ecce beatus Laurencius
transiit per ignem quo non adustus
inhorruit sed illuminatus effulsit.
Arsit ne arderet et ne ureretur
exustus est. De extinctione quar-
ti ignis scilicet avaricie qualiter
videlicet avaricia illorum qui the-
sauros cupiebant evanuit et
frustrata est. Unde dicit Augustinus
Armatur gemina face homo
pecunie cupidus et iniquitatis in-
nitens avaricia ut rapiat
aurum impietate ut auferat
Christum. Nichil obtines nichil
proficis humana crudelitas sub-
trahitur inventis tuis astuciis
materia mortalis et Laurencius
in celum abeunte tu deficis fla-
mmis tuis. De extinctione
quinti ignis scilicet furoris in fla-
mme qualiter videlicet in flamma
persequencium frustrata est et a
nichilata. Unde dicit Maximus
Superatis flammis ministros omne
mundane insanie restringerit
incendium. et ad hoc usque dy-
abolica perficit intencio ut
et vir fidelis ad dominum suum
gloriosus ascenderet et crude-
litas persequencium cum suis igni-
bus confusa torpesceret. Quod
enim persequencium insania ignis
fuit ondit cum ait Furor gen-
tilis accensus craticula pat-
ientem ut indignationis sue
flammas vindicaret. Licet mi-
si hos quinque ignes exteriores
superavit. quem ex vobis preda-
maximi habet. tamen refrigeria
intus habuit. et tres ignes
in corde portavit per quos omnem
ignem exteriorem refrigerio
mitigavit. et maioris in
cendiis incendio superavit. Pri-
mum refrigerium fuit desi-
derium celestis glorie. Secundum
meditatio divine legis. Ter-
cium puritas consciencie. Per hoc
triplex refrigerium omnem ig-
nem exteriorem extinctum fecit
et refrigerium reddidit. De
primo refrigerio quod est desiderium
celestis glorie sic dicit Maximus
in quodam sermone. Ambrosius secundum eisdem
libros. Neque enim beati Lau-
rencii ignium tormenta infe-
rioribus sentire potuit qui sen-
sibus paradisi refrigeria pos-
sidebat. Item. Iacet licet ante
pedes tyranni exustum caro.
corpus exanime nichil detri-
menti patitur. in terris cuius a-
nimus demoratur in celis.
De secundo refrigerio quod est medi-
tacio legis divine. Unde dicit
Maximus vel Ambrosius. Dum Christi pre-
cepta cogitat frigidum est illi
omne quod patitur. De tercio refri-
gerio quod est puritas consciencie sic dicit

Ardor perfecto totis visceribus
fortissimus martir et victor sed
regnum celi proiectans refrige=
rio constanc victor exultat. Ha=
buit nichilominus ut idem max=
imus ondit tres ignes interio=
res per quos omnes ignes ex=
teriores maiori incendio superant.
Primus fuit fidei magnitudo. Secundus
ardens dilectio. Tercius vera dei
cognicio que ipsum tanquam ignis in=
vadiavit. De primo igne sic
dicit idem maximus vel ambro(sius)
Inquit tum in illo fidei ardor fer=
vuit in tantum supplicii flamma
frigescit. Item esse salvato=
ris igne fervore fidei le=
gimus precurrage. Ignem veni
mittere in terram etc. igne itaque acce=
sus beatus laurencius flamma=
rum non sentit incendium. De
secundo igne sic ait idem vel am=
brosius Ardebat extrinsecus mar=
tir laurencius tyranni succensis
incendiis sed maior illum intu=
scus xpi amoris flamma tor=
rebat. De tercio igne sic dicitur
fortissimum martirem scientia per=
secutoris flamma superare non
potuit quia longe ardencius
veritatis radiis mens eius intus ac=
censa fervebat. Iste odio
perfidie et amore veritatis ac=
census apposita extrinsecus
flammas aut non sensit aut
vicit. Hunc autem laurencium
inter ceteros martires tamquam privi=
legium habuit quantum ad officium.
Primum est in vigilia. Solus enim
inter martires habet vigiliam

sed vigilie sanctorum propter multas inor=
dinationes hodie in ieiunia com=
mutata sunt. Mos enim fuit
olim ut refert Johannes beleth
ut in festivitatibus sanctorum homi=
nes cum uxoribus et filiabus ad ec=
clesiam venirent et ibi cum lumina=
ribus pernoctarent. Sed quia
multa adulteria in huiusmodi vigiliis
fiebant. statutum ut vigilie in
ieiunia converterentur. Nomen tamen
antiquum retentum est quia nunc
ieiunia sed vigilie ad huc ap=
pellantur. Secundum est in octava
ipse namque solus cum stephano habet
octavam inter martires sicut mar=
tinus inter confessores. Tercium in
regressibus antyphonarum
quas solus ipse et paulus habet
Sed paulus propter excellenciam
predicationis iste propter excellen=
ciam passionis etc. De sancto ypolito

De sancto ypolito

Ypolitus dicitur ab ypos quod est super et
litos quod est lapis quasi super la=
pidem. Vel dicitur ab yn et polis
quod est civitas. Vel ypolitus quasi
valde politus. Fuit enim super la=
pidem xpm bene fundatus per constan=
ciam et firmitatem. Fuit in civi=
tate superna per desiderium et aviditatem
Fuit bene politus per tormentorum as=
peritatem. Ypolitus postquam
corpus sancti laurencii sepelivit ve=
nit in domum suam et dans pacem
servis et ancillis suis omnes
de sacramento altaris quod iustinus presbiter
obtulerat communicavit, et appo=
sita mensa prius quam cibum sumeret
venientes milites eum rapuerunt

et ad cesarem duxerunt. Quem
videns decius cesar subridens
dixit ei. Nunquid et tu magus effec-
tus es qui corpus laurencii
abstulisti. Cui ypolitus. Hoc
feci non quia magus sed quia xpianus.
Tunc decius furore repletus pre-
cepit ut habitu quo quasi xpianus
utebatur expoliaretur et os eius
lapidibus tunderetur. Cui ypoli-
tus. Non me expoliasti sed ma-
gis vestisti. Cui decius. Quo-
modo sapiens factus es quia nuditate
tua non erubescis. Nunc igitur
sacrifica et uiues et ne cum tuo
laurencio pereas. Cui ypolitus.
Exemplum merear fieri beati lau-
rencii quem tu ore polluto au-
sus es nominare. Tunc
decius fecit eum fustibus cedi
et pectinibus ferreis laniari.
Ille se autem xpianum esse uoce
clara confitebatur. Et cum tor-
menta huiusmodi derideret ueste
militari qua antea utebatur
eum uestiri fecit hortans ut
amiciciam et miliciam pristinam
retineret. Cui ypolitus cum di-
ceret se xpo militare decius
ira repletus ualeriano pre-
fecto eum tradidit ut omnes fa-
cultates eius acciperet et diris
eum tormentis interficeret. Inuen-
to ergo quod eius familia xpiana esset
adducti sunt omnes ante ipsius conspec-
tum. Qui cum ad sacrificia cogerentur
concordia nutrix ypoliti pro omnibus
respondit. Nos cum domino nostro malu-
imus mori pudice quam uiuere
impudice. Cui valerianus. Genus
seruorum nisi cum suppliciis non

emendatur. Tunc presente ypolito
et gaudente iussit eam tamdiu
plumbatis cedi quousque spiritum
emisit. Dixitque ypolitus. Gratias
ago tibi domine quia nutricem meam ante
conspectum sanctorum tuorum premisisti. De-
inde extra portam tyburtinam
valerianus ypolitum cum familia
duci fecit. Ypolitus autem omnes
confortabat dicens. Fratres nolite
metuere quia ego et uos unum
dominum habemus. Iussitque valeria-
nus ut in conspectu ypoliti omnibus
capita amputarentur. Ypoliti
uero pedes ad colla indomito-
rum equorum fecit ligari et per car-
dones et tribulos tamdiu tra-
hi donec spiritum exalauit. Corpora
autem eorum iustinus presbiter ra-
puit et iuxta corpus sancti
laurencii sepeliuit. Corpus
vero sancte concordie inueniri non
potuit quia fuit in cloacam
proiectum. Miles autem quidam
nomine porphirius credens beatam
concordiam aurum aut gemmas in
uestibus habere ad quendam clo-
acarium nomine hyreneum qui
erat occulte xpianus accessit
et dixit. Secretum custodi et
extrahe corpus concordie de clo-
aca quia spero quod aurum aut
gemmas in uestibus suis habet.
Cui ille. Ostende michi locum et hoc se-
cretum habebo et quicquid inuenero
nunciabo. Cum ergo corpus ex-
tractum fuisset et nichil inuenisset
miles ille protinus fugit et hy-
reneus uocato quodam xpia-
no nomine habundio corpus ad
sanctum iustinum detulit. Quod
ille deuote suscipiens iuxta

corpus sancti ypoliti et aliorum
sepeliuit. Quod valerianus
audiens hyreneum et habundium
teneri fecit et ambos in cloacam
viuos necauit. Quorum corpora
iustinus rapuit et cum alijs se-
peliuit. Post hec decius cum va-
leriano in curru aureo ascendit
et perrexit ad amphiteatrum ut
arderent xpianos. Arreptus
igitur decius a demonio clama-
bat O ypolite cathenis aspe-
ris vinctum me ducis. Valeri-
anus similiter exclamabat. O
laurenti igneis cathenis me
ligatum trahis et eadem hora
valerianus expirauit. Decius
autem domum reuersus triduo a de-
monio vexatus clamabat
Adiuro te laurenti modicum
cessa a tormentis et sic mortu-
us est. Quod vxor eius tripho-
nia crudelis videns dimissis
omnibus ad sanctum iustinum cum filia
sua cyrilla accessit et ab eo cum
multis alijs baptizari se fecit
Alia vero die dum oraret triphoni-
a spiritum emisit. Cuius corpus ius-
tinus presbiter iuxta corpus sancti y-
politi sepeliuit. Audientes
xlvij. milites quod regina et
eius filia xpiane facte essent
venerunt cum vxoribus suis
ad iustinum presbiterum ut baptis-
ma susciperent. quos omnes
dyonisius qui sancto sixto succes-
serat baptizauit. Claudi-
us autem imperator cyrillam cum sacri-
ficare nollet iugulari fecit et
ceteros milites decollari quorum
corpora in agro verano iusti-
nus cum ceteris sepeliuit. Bubul-
cus quidam nomine petrus cum

in festo sancte marie magdalene
plaustrum iunxisset et boues se-
quentes ipsos maledictis urget pa-
riter boues et aratrum a fulmine
consumuntur. Et ipse petrus qui hec in-
precatus fuerat supplicio atrociori
torquetur. Nam ignis eum arripu-
it adeo quod carnibus et neruis et
tibie et cruris consumptis ossa pa-
terent. Et ipsa tandem tibia a
sua compage penitus soluetur. Tunc
ille ad quandam ecclesiam beate virginis
accedens tibiam ipsam in quodam
foramine ipsius ecclesie abscondit
et beatam virginem lacrimis et precibus
pro sua liberatione rogabat. Et
eadem nocte quadam beata virgo cum
sancto ypolito ei in visione apparuit
et eidem ypolito ut petrum sani-
tati pristine restitueret imperauit.
Statimque sanctus ypolitus tibiam
de foramine accipiens loco suo
quasi surculum arbori in momento
inseruit. In qua visione tan-
tos dolores sensit ut suis
clamoribus totam familiam
excitaret. Qui surgentes et lu-
men accendentes petrum duo
crura et duas tybias habere con-
spiciunt. Hic se deludi putantes
ipsum iterum et iterum contrectabant
et vera membra ipsum habere con-
spiciebant. Qui vix eum ex-
citantes unde hoc acciderit
sciscitantur. Hic ille eos ludere sese
existimans tandem victus idem
vidit et stupuit. Hec tamen noua
erat mollior quam vetusta ad
sustinendam vel ad sustentationem cor-
poris non potuit exequari. Hic
ad publicandum miraculum per annum
claudicauit. et tunc iterum beata
virgo eidem apparens sancto ypoli-
to dixit ut perfecte curationi.

de esset suppleret Evigilans
igitur et se penitus sanatum
videns reclusorium intravit Cui
dyabolus in specie iuvide mulieris
frequentissime apparebat et nudam
ei se ingerens. quanto ille for-
tius resistebat. tanto illa ei
impudentius apparebat Cum ergo
ab illa plurimum vexaretur
tandem ille stolam sacerdotalem
arripiens collum eius cinxit
et mox dyabolus abscedens ca-
daver putridum ibidem remansit
Tantusque fetor inde exalabat
ut nullus qui hoc vidit am-
bigeret quin corpus alicuius mu-
lieris fuisset quod dyabolus assump-
sisset etc.

De assumptione

Assumptio virginis marie quali-
ter sit ex quodam libro a-
pocrifo qui Johanni evangeliste
ascribitur edocetur. Apostolis namque
ob predicationis gratiam diversas mun-
di subeuntibus regiones vir-
go beata in domo iuxta montem
syon posita dicitur remansisse. omnia
que loca filii sui scilicet locum baptis-
mi. ieiunii. passionis. sepul-
ture. resurrectionis et ascen-
sionis quamdiu vixit devotio-
ne sedula visitabat Et secundum
quod ait epyphanius .xxiiij. annis
post ascensionem filii sui super
vixit Refert enim quod beata virgo
quando xpm concepit erat annorum
xiiij. et in xv. ipsum peperit et man-
sit cum eo annis triginta tribus. et
post mortem xpi super vixit annis
.xxiiij. et secundum hoc quando obiit erat
annorum lxxij Probabilius tamen
videtur quod alibi legitur ut duodecim
annis filio suo super vixit et sic
sexagenaria sit assumpta cum
apostoli totidem annis predicaverint
et circa partes illas sicut ecclesiastica
tradit hystoria. Die igitur quadam
dum in filii desiderio cor virginis
vehementer accendit estuans animus
commovetur et in uberem lacrimarum
habundanciam excitatur Cumque ad
tempus subtracti filii equanimi-
ter non ferret subtracta solaa-
cia. angelus eidem cum multo
lumine astitit. et reverenter ut potentis
sui matrem domini salutavit Ave
inquit benedicta suscipiens ben-
dictionem illius qui mandavit salu-
tem iacob Ecce autem ramum
palme de paradyso ad te domina
attuli quem ante feretrum por-
tare iubebis cum die tercia de
corpore assumpseris. ut assumeris
Nam filius tuus te matrem re-
verendam expectat Cui maria
respondit Si inveni gratiam in ocu-
lis tuis obsecro ut nomen tuum re-
velare digneris Sed et hoc peto
instanter ut filii et fratres mei
apostoli ad me pariter congregentur
ut eos antequam moriar cor-
poralibus oculis videam et
ipsis presentibus spiritum deo red-
dam Hoc necnon peto et ob-
secro ut anima mea de corpore
exiens nullum spiritum deterrimum
videat nullique in sathane
potestas occurrat Cui angelus
Cur scire desideras domina nomen
meum quod admirabile est et mag-
num Ecce autem omnes ad te ho-
die congregabuntur apostoli qui nobiles
tibi exhibebunt exequias.
funeris et in quorum conspectu spi-
ritum exalabis Nam qui olim

ephesum de iudea i babilone i ari=
de attulit subito ipe ptul du=
bio ad te aplos ad ducē potit
i momēto Ut malignos ac spe
videre cur metuis cū aspiit
eius oio ꝯtuis a spolianciis
ipm sue impio ptatis ffiat
tu volūtas tua ut ipos non
videas. Hijs dcis angelus cū
multo luie celos ꝯscendit. pal=
ma aut illa nimia claritate
splendebat. et erat q̄dē ūge
viriditate ꝯsilis s̄ folia illi9
ut stella matutina fulgebant
Fcm̄ ē aut dū iohes i ephe=
so pdicaret. celū repente i to=
nuit. & nubes candida ip̄ abs=
tulit. ac raptū an marie
ianua collocauit. Pulsauitq̄
ostiū intus i trauit & re=
uerens ūgo ūginem salutauit
Que felix maria ꝯspiciens ue=
hement̄ obstupuit & p gau=
dio lacrimas ꝯtine nō potuit
Dixitq̄ ffili iohes memor esto
ūborum magri tui q̄bus me t̄ m
mrē & te m i filiū comendauit
Ecce a dno euocata debitum
humane ꝯdicōis exsoluo & cor=
pus meū t̄ cura solliata re=
comēdo Audiui em iudeos
i isse ꝯsiliū dicētes Expectem9
viri fres quo adusq̄ illa que
ihm portauit subeat morte
& corp9 ei9 cotinuo rapiemus
ac i iectū ignibus ꝯburem9
Tu igit hāc palmā deferri fa=
ciens ante fēretrū cū corp9 meū
duxeritis ad sepulcrū. Dixit
q̄ iohes. O utina hic essent
oms apli fres mei. ut decen=
ter t̄ pare possem9 exequias

ac exsoluē laudes dignas.
Hec illo dicēte omēs apli de lo=
cis i quib9 pdicabant a nubib9
rapiunt & an marie ostiū collo=
cant. Qui videntes se ibidem
i simul ꝯgregatos mirabant di=
centes. Que nā ea c̄ ppt quā
nos hic dns i simul congregauit.
Iohes igit ad eos exijt & dnam
de corpore recessura pdixit. Et
addidit dicēs Videte fres ne
cū obierit aliqs ea refleat
ne hoc videns ppls ꝯturbet.
et dicat. Ecce isti quo timet
morte q̄ tn alijs pdicant i spu=
recioz. Dyonisius pauli apli
discipulus i libro de diuinis
noibus hoc idē asserit aplos scz
i dormitione ūginis conuenisse et
se sibi int fuisse. ac vnusquisq̄
i laude xpi & ūginis smone fe=
cisse. Ait em sic loquens ad thi=
motheū Nos ut nosti & ipe
multi sacrorū noīs fratrs quem
m9 ad uisione corpis uite pri=
cipis. & q deū suscep. Aderat
aut & fr dei iacob9 & petrus
suma et puectissima theolo=
gorū summitas Postea visū ē
post visione ut vnusq̄sq̄ ierar=
chie laudaret sic vnusquisq̄
erat sufficiens i finite virtu=
tis bonitate ierarchie i fir=
mitatis. Hec dyo9. Cū aut
bta maria omēs aplos ꝯgre=
gatos vidisset. dnm bndixit
et i medio eorū ardentibus
lampadibus & lucernis ꝯsedit
Circa horā uero noctis tertiā
ihus aduenit cū angelis or=
dinibus. patriarcharū cetibus.
martirū agminibus. confessorū
aciē. ūginumq̄ choris. et ante

thorum virginis acies ordinatur et dul-
cia cantica frequentantur. Qua-
les autem exequie ibidem celebra-
te sint ex predicto libello qui iohanni as-
scribitur edocetur. Iam porro ipse ihesus
inchoavit et dixit. Veni electa mea
et ponam in te thronum meum quia
concupivi speciem tuam. Et illa. Para-
tum domine cor meum paratum cor meum.
Tunc omnes qui cum ihesu venerant
dulciter intonant dicentes. Hec est
que nescivit thorum in delictis
habebit fructum in refectione anima-
rum sanctarum. Ipsa autem de semetipsa cecinit
dicens. Beatam me dicent omnes
generationes. quia fecit mihi magna qui
potens est et sanctum nomen eius. Tunc
cantor cantorum omnibus intonavit
excellentius. Veni de libano spon-
sa. veni de libano veni corona-
beris. Et illa. Ecce venio quia
in capite libri scriptum est de me ut
facerem voluntatem tuam deus quia ex-
ultavit spiritus meus in te deo salu-
tari meo. Sicque maria cum decore
de corpore egreditur. et in ulnas filii ad
volavit. Fuitque tam a dolore
carnis extranea. quam a corrup-
tione extitit aliena. Dixitque
apostolis dominus. Corpus virginis matris
in vallem iosaphat deferte et
in monumento novo quod ibi inve-
nietis illud recondite et me
ibidem triduo donec ad vos redeam
expectate. Statimque circumdederunt
eam flores rosarum. scilicet cetus martirum. et lilia convallium
agmina scilicet angelorum confessorum
et virginum. Sequuntur eam apostoli cla-
mantes dicentes. Virgo pruden-
tissima quo progrederis. Esto
nobis memor o domina. Tunc ad eo
cantum ascendentium cetus qui

qui remanserant admirati con-
cite obviam processerunt. Videntes
quod regem suum secum animam in ulnis
propriis baiulantem. illamque super
illum innixam obstupefacti clamare
ceperunt dicentes. Que est ista
que ascendit de deserto delicii-
is affluens innixa super dilectum
suum. Quibus comitantes dix-
erunt. Ista est speciosa inter filias
ierusalem sicut vidistis eam plenam
caritate et dilectione. sicque in ce-
lum gaudens suscipitur et ad
dextris filii in throno glorie
collocatur. Apostoli autem viderunt
eius animam tanti esse candoris
ut nulla mortalium lingua pos-
sit effari. Tres autem virgines que
ibidem erant cum corpus eius lava-
re dispolia ssent tanta sta-
tim corpus claritate resplen-
duit ut tangi quidem ad lavan-
dum posset. videri autem non posset.
Tamdiu autem lux illa ibidem
resplenduit donec corpus a vir-
ginibus lotum fuit. Apostoli autem
corpus eius reverenter ceperunt
et super feretrum posuerunt. Dixit-
que iohannes petro. Hanc pal-
mam ante feretrum petre portabis
quia dominus nobis te pretulit et sua-
rum omnium pastorem et principem
ordinavit. Cui petrus. Hanc
potius portare te convenit quia
virgo a deo es electus et dignum
est ut palmam virginis virgo ferat.
Tu insuper super pectus domini re-
cumbere meruisti. et exinde
sapientie et gratie plus ceteris flu-
enta potasti. et iustum videtur
ut qui a filio plus recepisti
muneris impendas virgini plus
honoris. Tu igitur portare

debes hanc lucis ad exequias
ſanctitatis qui potitus es poculo
lucis de fonte perpetue claritatis
Ego autem portabo cum feretro
ſanctum corpus Ceteri autem apli fra-
tres nri circumdantes feretrum re-
ferant laudes deo. Paulus
autem dixit ei Et ego qui mini-
mus omnium vrm ſum portabo te-
cum Eleuantes itaque petrus et
paulus feretrum petrus incepit
cantare ac dicere Exiit iſrael de
egipto alla Ceteri autem apli
cantum dulcius proſequebantur. Dns
autem feretrum et aplos nube pro-
texit ita quod ipſi non videbantur
ſed tamen eorum vox audiebatur Af-
fuerunt et angeli cum aplis con-
cinentes et terram totam ſonitu
mire ſuauitatis replentes.
Excitati omnes ad tam dulcem
melodiam de ciuitate velociter
exeunt et quid nam hoc ſit dilige-
nter ſciſcitantur. Tunc extitit
qui diceret Mariam illam diſcipuli
ihu efferunt mortuam et circa
illam hanc quam auditis faci-
unt melodiam Tunc omnes ad
arma currunt et ſe mutuo
hortabantur dicentes Venite
omnes diſcipulos occidamus ac
corpus illud quod ſeductorem
portauit illud ignibus combura-
mus Princeps autem ſacerdotum
hoc videns obſtupuit et ira
repletus ait Ecce taberna-
culum illius qui nos et genus
vrm conturbauit quale gloriam
nunc accepit. Et hec dicens ma-
nus ad lectum miſit volens illud
ſubuertere ac ad terram deducere
Tunc manus eius ambe ſubito

aruerunt et lectulo adheſerunt
ita ut ad lectulum manibus penderet
et nimio cruciatu vexatus la-
mentabiliter eiularet Reliquus
autem populus ab angelis qui erant
in nubibus cecitate percuſſus est
Princeps autem ſacerdotum clama-
bat dicens Sancte petre in hac tribu-
latione me ne deſpicias ſed pro
me obſecro ad dnm preces fun-
das. memor enim eſſe debes
qualiter aliquando tibi aſtiti et qualiter
te accuſante ancilla hoſtia-
ria excuſaui Cui petrus ait In
obſequiis dne nre impediti
ſumus et curationem tuam non in-
tendere non valemus Verumptamen
ſi in dnm ihm et in hanc que ipſum por-
tauit credideris ſpero quod con-
tinuo ſanitatis beneficio potieris
Qui ait Credo dnm ihm
verum eſſe filium dei et hanc ſacra-
tiſſimam matrem eius Statimque
a feretro manus eius ſolute ſunt
ſed tamen in brachiis adhuc et ari-
ditas remanſerat et dolor ve-
hemens non receſſerat Dixitque
ei petrus Accede oſculare
lectum et dic Credo in dnm ihm xpm
quem iſta in utero portauit et poſt
partum virgo permanſit. Qui
cum feciſſet continuo priſtine reddi-
tus est ſanitati Dixitque ei pe-
trus Accipe hanc palmam de
manu fratris nri iohis et pone
eam ſuper populum excecatum. et qui-
cumque credere voluerit recipiet
viſum Qui autem credere noluerit
videre non poterit in eternum Mariam
autem portantes apli in monu-
mento poſuerunt. et iuxta illud
ut dns iuſſerat conſederunt
Tercia autem die veniens ihc
cum multitudine angelorum

ipos salutavit dicens Pax
vobis Qui dixerunt Gloria tibi
deus qui facis mirabilia mag-
na solus Et dixit apostolis dominus
Quid gracie et honoris vobis vide-
tur ut meae nunc conferam genitrici
Et illi Iustum videtur domine servis
tuis ut sicut tu devicta mor-
te regnas in secula sic tue ma-
tris resuscites corpusculum
et ad dexteram tuam colloces in e-
ternum Quo annuente michael
angelus continuo affuit et ma-
rie animam coram domino presentavit
Tunc salvator locutus est dicens
Surge proxima mea columba me-
a tabernaculum glorie vasculum vi-
te templum celeste Ut sicut per coy-
tum labem non sensisti criminis
sic in sepulcro resolucionem corporis
minime patiaris Statimque anima
ad marie accessit corpusculum
et de tumulo processit gloriosum
Sicque ad ethereum assumitur tha-
lamum comitante secum multitudine
angelorum Thomas autem cum ab-
esset et rediens credere recusaret
subito zonam qua corpus eius
precinctum fuerat ab aere recepit
illesam ut ulsic intelligeret
totaliter fuisse assumptam Hec autem
tota que predixi illud apocrifum
dicitur de quo dicit ieronimus in epistola
ad paulam et eustachium ut videtur
Vestimenta ipsius ad consolacionem
fidelium dicuntur in tumulo remansisse
dicitur et de quadam parte ipsarum
vestium tale miraculum contigisse
narratur Cum dux normannorum
urbem carnotensem obsedisset
episcopus illius urbis tunicam beate
marie que ibidem servabatur more

vexilli haste imposuit et subse-
quente populo securus ad hostes ex-
ivit Statimque omnis hostilis exerci-
tus amencia et cecitate percussus
est stabatque totus corpore tremu-
lus et totus animo stupefactus Et
illi de civitate videntes divino
iudicio super addunt et atrociter
hostes cedunt Quod beate marie
plurimum displicuisse probatur
ex eo quod protinus tunica disparuit
et visu continuo hostis recepit
In revelacionibus sancte elizabeth
legitur quod dum ipsa elizabeth quadam
vice in spiritu rapta esset vidit in lo-
co valde remoto quoddam sepul-
crum multo lumine circumfulsum et quasi
speciem mulieris in eo et circumstabat
multitudo angelorum Et post pau-
lulum de sepulcro erecta est
in sublime cum illa astancium
multitudine elevata Et ecce ei
occurrit vir quidam de celis ad-
mirabilis et gloriosus adducens
portans in dextra crucis vexillum
et cum eo infinita milia angelorum
Illique eam alacriter suscipientes
cum magno concentu in celum de-
duxerunt Post modicum temporis
elizabeth angelum cum quo sepe lo-
quebatur de predicta visione interroga-
vit Qui respondens ait Ostensum
est tibi in hac visione quomodo tam in
carne quam in spiritu domina nostra in
celum assumpta Dicitur autem in
eisdem revelacionibus ei reve-
latum fuisse quod post xl dies
sui transitus in corpore sit assump-
ta Nam beata maria secundum collo-
quens ait Post ascensionem
domini anno integro et tot diebus
quot sunt a die ascensionis usque
ad diem mee assumpcionis super-
vixi Omnes autem apostoli mee

dormitori ītrfuerūt · ⁊ corpus
meū reuerenter ſepulture de-
derūt. Et p̄ xl · dies p̄tm̄ modū re-
ſurrexi. Cū aūt elizabeth-
eam īt̄rogarz utrū hec ma-
nifeſtare uel celare deberz dixit.
Nec carnalibus ⁊ īcredulis
reuelanda n̄ deuotis fideli-
bus abſcondenda. Et ſolēnitudo
ē aūt ꝙ gloſa ūgo maria
aſſūpta ē ⁊ exaltata ē inte-
gralit̄ · honorabilit̄ · letant̄ ⁊
excellent̄. Aſſūpta ē eni in
aīa integre ⁊ corpe ſic̄ pie
credit eccīa. Q̄ quidē multi
ſcōꝛ nō ſolū aſſerūt ſ; eciā
h̄ ꝓbāe aptis rōnibus mo-
lunt̄. Burhardi eni racō eſt ·
q̄m ſcōꝛ corpa dō p̄cioſa ſub-
limauit utputa petri ⁊ iaco-
bi tam glorioſa ⁊ uenerabi-
lia reddidit · ⁊ honoē tā mi-
rifico ſublimauit · ut ⁊ ipis
deputet̄ locus coꝛ ueneraco-
ni ꝯgruus · ⁊ ad ipa mūdus
cōflueret uniuſus. Si igit̄ marie
corpus ſup t̄ra eſſe dicat̄.
cū n̄ deuota fideliū freq̄nte-
tet̄ uiſitacone · n̄ eidē locꝰ
deputet̄ honoris · nimirum
uidebit̄ · xp̄us honoꝛ matri
corpis contēpſiſſe · cū tamē
ſup t̄rā alioꝛ ſcōꝛ corpa ſic
honoret. Iccōmunis eciā dicit
ꝙ xviij° kl̄ ſeptembris maria
celos aſcendit. Q̄ uo dic̄ de
corpali marie aſſūpcone eccīa
pocius elegit pie dubitāe ꝙ
aliq̄ temē diffinire. Inſeq̄n-
tibus credendū ē ſic p̄bt. Si
nō deſūt q̄ dicāt i hijs qui cū
xp̄o ſurrexerūt ꝑpetuā re-
ſurrecōꝛ iam eſſe completā
⁊ nō nulli credant cuſtodem

ūginis iohēm ī gloificata car-
ne cū xp̄o gaudere n̄ nos de
bt̄a maria ſeny cū ūginis. Aug⁹
aūt nō ſolū h̄ affirmat ſ; eciā
t̄bus rōnibus h̄ ꝓbt. Et p̄a
ē carnis xp̄i ⁊ ūginis unitas.
Ait eni ſic. Putredo namq; ⁊ ver-
mis huāne ē obp̄briū ꝯdicō-
nis. A quo obp̄brio cū ihēſus
alienus ſit · marie natura exa-
pit̄ · quā ihūs de ea aſſūpſiſſe
ꝓbat̄. Sc̄da rō uo ē corpis
eius dignitas. Unde ait. Thro-
nū dei · thalamū celi · taberna-
culū xp̄i · dignū ē ibi eſſe u-
bi ipe ē. Tā p̄cioſū thezaurum
digniꝰ ē celo ſuari ꝙ t̄ra.
Tercia rō ē ūginalis carnis ꝑ-
fca integritas. Ait eni ſic. Leta-
re maria leticia ī enarrabili
corpe ⁊ aīa · ī ꝓp̄o filio · cū ꝓp̄o
filio ꝑ ꝓp̄ium filium. Nec ſeq̄ debz
corrupcōis erūpnā q̄ā nūlla
ſecuta tm̄ filiū pariendo ītegri-
tatis corrupco ut ſit ſp̄ ī cor-
rupta quā tanta ꝑfudit grā.
ſic integra uiuēs · q omni īte-
grā ꝑfcām ꝙ genuit uitā.
Sit cū illo quē in ſuo geſſit
utero. Sit apud illū illa · ꝙ fouit
⁊ aluit illū · maria dei genitx
dei miniſtratx ⁊ ſuitx. De qua
q̄a ſentire alit̄ nō audeo · aliud
dicē nō p̄ſumo. Ad h̄ ſic̄ q̄ille
egregius uerſificatoꝛ ait. Tran-
ſit ad ethera uirgo puerpera
ūgula yeſſe. Nō ſine corpe ſed
ſine tpe tendit adeſſe. Tercio
letanter. Deh̄ dicit gerardꝰ
ep̄us ⁊ m̄rtir ī ſuis omel̄. Iſo
die ūginē btām celi ſuſcepe-
rūt letando · angeli gaudēdo
archangeli iubilando · throni ·

exultando · dominationes psallen
do · principatus armonizando ·
potestates cythařizando · Cheru-
byn et seraphyn ympnizando
atque ad supreme divine maiesta
tis tribunal ducendo ¶ Tercio
honorabiliter quia ipse ihesus et totus
milicie exercitus eidem obviam
venit · Unde Ieronimus · Quis illud
cogitare sufficiat quam gloriose
hodie regina mundi processit · quan
to devocionis affectu tota in eam
[deleted] occursum celestium
legionum processit multitudo · quan
tis ad thronum canticis sit deduc
ta · quam placido vultu · quam serena
facie quam divinis amplexibus a fi
lio sit suscepta · et super omnem cre
aturam exaltata · Idem hodier
na die credendum est miliciam
celorum festive dei genitrici ob
viam advenisse · eamque in geni
luce circumfulsisse et usque ad thro
num cum laudibus et canticis
spiritualibus perduxisse celes
tem quoque leticiam et miliciam
ierusalem tunc ineffabili leticia ex
ultasse et iocunditate ineffabili
caritate et omni gratulacione
iubilasse · Quoniam festivitas hec
que nobis hodie revolvitur annua
illis omnibus facta est continua · Cre
ditur quoque quod ipse salvator per
se totus festinus occurrerit et
cum gaudio eam secum in throno
collocavit · Alioquin quomodo complesset
quod in lege ipse mandavit honora
patrem tuum et matrem tuam · Hec Ieronimus
¶ Quarto excellenter · Ieronimus · Hec
dies in qua usque ad celsitudinem

throni intemerata mater et virgo
processit atque in regni solio subli
mata post christum gloriosa resedit ·
Qualiter autem in celesti gloria subli
mata et honorata sit ostendit beatus
Girardus episcopus in suis omeliis di
[deleted] Solus dominus ihesus christus
potuit tantam magnificare quemadmo
dum fecit ut ab ipsa maiestate
laudem continue accipiat et ho
norem angelicis stipata choris ·
archangelicis vallata turmis ·
thronorum hinc inde possessa iu
bilacionibus · Dominacionum circum
septa tripudiis · Principatuum circumsep
ta obsequiis · Potestatum amplexa
ta plausibus · Virtutum decora
ta honoribus · Cherubyn circum
stanciata ympnizacionibus · Sera
phyn undique possessa ineffabi
libus cantacionibus · Ipsa quoque
ineffabilissima trinitas perhenni
tripudio ei applaudit atque sua
gratia in ea tota redundante eos
eidem attendere facit · Apostolorum
splendidissimus ordo ineffabili
laude illam extollit · Martirum
multitudo omnimode supplicat domine
tante · Confessorum exercitus innu
merabilis continuum ei personat canti
cum · Virginum candidissima compa
ginata chorea ad sua celebrat
gloriam · Inaure etiam in feminis
ei ululat et perditissimi demones
conclamant ¶ Quidam clericus
virgini marie devotus contra
dolorem vulnerum christi · V · eam con
tidie per hec verba sua consolari
studebat dicens Gaude dei geni
trix inmaculata Gaude que ab
angelo gaudium suscepisti · Gau

de que genuisti lucis claritatem
Gaude mater Gaude sancta dei
genitrix virgo Tu sola mater in
nupta te laudat omnis factura
genitrix lucis sis pro nobis quesumus perpe
tua interventrix Hic cum nimio
langwore correptus ad extrema
venisset pavore perturbari cepit
Cui virgo apparens dixit Cur
fili tanto timore trepidas qui
totiens mihi gaudium nunciasti
Gaude etiam tu et ut eternaliter
gaudeas veni mecum Erat
autem monachus quidam lubricus
sed in beatam mariam valde devotus
quadam nocte ad scelus assuetum
pergens coram altari transiens be
atam virginem salutavit et sic de ec
clesia exiens dum quoddam flumi
nem vellet transire in aquam decidens
expiravit Cumque animam eius demo
nes rapuissent affuerunt an
geli ut eam liberarent Quibus
demones dixerunt Ut quid huc
advenistis nichil in hac anima
habetis Statimque beata maria affu
it et cum eis animam rapere presumpserat
increpavit Illi autem dixerunt
quia eum finivisse vitam in malis
operibus invenerunt At illa fal
sa sunt que profertis Scio enim quod si
aliquo pergens me prius salutabat
et rediens similiter faciebat Quod si
dicitis vobis inde fieri violentiam ponamus in
iudicio summi iudicis Cumque de hoc
coram domino iudicio disceptarent
placuit ei ut anima ad corpus redi
ret et de suis actibus peniteret In
terea fratres videntes matutinas
differri sacristam querunt
et ipsum ad flumen pergentes submer
sum in aqua repperiunt Cumque extrac
to corpore secum quid factum fuerit mi
rarentur Ille repente ad vitam re
diit et rem gestam referens vitam
in bonis operibus consummavit Miles
quidam potens valde ac dives dum
omnia bona sua indiscrete libera
liter dispergeret et ad tantam devenit ino
piam ut qui consueverat magna tribu
ere iam incipit minimis egere et in
digere Habebat autem uxorem pudicis
simam et beate marie valde devotam
Appropinquante autem quadam sollempnitate
in qua predictus miles multa dona
ria consueverat elargiri Cum iam quid
tribueret non haberet nimia confusio
ne et verecundia ductus quousque pre
dicta transisset sollempnitas desertum
locum meroris amicum expe
tiit ut et fortune sue incommoda
plangeret et verecundiam e
vitaret Et ecce subito quidam
equus valde terribilis terribilio
rem habens sessorem ad eum accessit
Cumque sessor eum alloqueretur et causam
tante tristicie sciscitaretur Cui cum
omnia que sibi contigerant per ordinem
enarrasset ille ait Si michi in mo
dico obtemperare volueris magis
quam ante gloria et diviciis habun
dabis Respondet ille principi te
nebrarum se quicquid iusserit liben
ter facturum dummodo sibi impleat que
promittit Et ille Ecce pergens
in domum tuam in tali loco requires
et ibidem tot auri et argenti
pondera et tot lapides preciosos in
venies Michi autem hoc facias ut

tali die vxorem tuam huc ad me
adducas. Itaque sub tali promissi-
one miles domum reuertitur. et in
loco de quo sibi dixerat quirens omnia
reperit que predixerat. Que inueniens
mox emit palacia. largitur do-
na. redimit fundos. comparat
seruos. Appropinquante vero die sta-
tuta vxorem suam vocauit. et
dixit. Equum ascendite quia aliquo
longius mecum pergere nos oportet.
At illa tremens et pauens et vi-
ro impio contradicere non presumens
beate marie se deuote commendauit
et post virum abire cepit. Cum autem
longius processissent et in via
quandam ecclesiam inuenissent. Illa
de equo descendens ecclesiam intrauit.
viro exterius expectante. Dum
vero beate marie se deuote commen-
daret illa subito obdormiuit
et virgo gloriosa per omnia matrone habitu
et quantitate per omnia similis de altari pro-
cessit et foris exiens equum con-
scendit. matrona illa in ecclesia perma-
nente. Vir autem suam esse vxorem
arbitratus processit. Cum autem ad lo-
cum statutum venisset. ecce princeps
tenebrarum cum impetu nimio ue-
niebat et ad locum festinabat. Cum
autem appropinquasset statim ille infremu-
it et tremens et pauens accedere non
presumpsit. Dixitque militi infide-
lissime hominum cur in talibus illu-
sisti et pro tantis beneficiis in talia
contulisti. Ego enim tibi dixeram ut
ad me adduceres tuam coniugem et
tu adduxisti genitricem. Volebam
vxorem tuam et adduxisti mariam.
Illa tu vxor tua in multas infert
iniurias de ea volebam expetere

vltionem et tu ad me istam addux-
isti. ut me torqueat et ad infer-
num mittat. Audiens hec vir vehe-
menter stupebat et pre timore et admi-
ratione nimia. loqui non poterat. Be-
ata autem maria dixit. Qua teme-
ritate nequam spiritus deuote mee
nocere presumpsisti. Non hoc tibi impune
cedet. et nunc te hac plecto sententia
ut in infernum descendas. et alicui
me cum deuotione inuocanti noce-
re de cetero non presumas. Ille autem cum mag-
no eiulatu recessit. Et vir de
equo exiliens se ad eius pedes
prostrauit. Quem virgo increpans
ad propriam vxorem que adhuc in ecclesia dor-
miuit iubet redire et omnes diuicias
demonis abicere. Rediens igitur cum
adhuc vxorem suam dormientem
inuenit eam excitauit et sibi que acci-
derant enarrauit. Cum autem do-
mum redissent et omnes demonis diui-
cias abiecissent in laude virginis
deuotissime permanserunt et mul-
tas postmodum diuicias ipsa lar-
giente virgine receperunt. Ad
iudicium dei quidam in visione
raptus. quem peccatorum sarcina gra-
uabat. Et ecce sathan af-
fuit et dixit. Nichil in hoc a-
nima habetis quia ipsa mei pocius
extat quam dei. Ecce enim publi-
cum instrumentum. Cui dixit dominus.
Vbi est instrumentum tuum. Et ille.
Instrumentum hoc per os proprium
dedisti et perpetuo duraturum sanx-
isti. Dixisti enim. quacumque hora
comederitis morte moriemini.
Cum igitur iste sit de progenie illo-
rum qui cibum vetitum comede-
runt iure instrumenti publici

metum in iudicio debet mori. Dixit autem dominus: Permittatur hic presul loqui. Ille autem obmutuit. Dixit iterum demon: Mea est iterum per prescriptionem quia eam iam triginta annis possedi et mihi tanquam servus proprius obedivit. Et ad hoc iterum ille obmutuit. Dixit tercio iterum: Mea est causa quia etsi aliqua bona fecit, ergo tamen mala incomparabilius vincunt bona. Dominus autem nolens contra eum cito proferre sententiam eidem octo dierum terminum concessit ut octavo die coram se compareret et de hiis omnibus racionem redderet. Cum igitur a facie domini tremebundus et merens abiret quidam ei obviavit et causam tante tristicie requisivit. Cui ille cum omnia per ordinem retulisset, ait: Ne timeas nec formides quia de primo viriliter te iuvabo. Cum autem ab eo interrogaret quo nomine vocaretur, ait: Veritas est nomen meum. Invenit et secundum qui promisit eum iuvare efficaciter de secundo. Interrogatus autem quo nomine vocaretur, respondit: Justicia vocor. Die autem octavo ad iudicium venit et demon ei primum obiecit. Ad quod respondens veritas ait: Duplicem mortem esse novimus, corporis scilicet et gehenne. Illud igitur instrumentum quod pro te demon allegas non loquitur de morte gehenne sed corporis. Quod quidem ex hoc manifestum est quia cum omnes in illa sententia includantur, non tamen omnes gehenne ignibus moriuntur. Tunc demon videns quia in primo succubuit, secundum obicere cepit. Sed iusticia affuit et pro eo taliter respondit: Licet cum multis annis servum possederis tamen racio semper contradixit. Semper enim vero murmurabat quod tam crudeli domino serviebat. Ad tercium necnon habuit adiutorem. Dixit ergo dominus: Afferatur statera ut bona et mala omnia pendeantur. Veritas autem et iusticia peccatori dixerunt: Ad matrem misericordie que iuxta dominum sedet toto mente recurre et eam in tuum adiutorium invocare stude. Quod cum ille fecisset, beata Maria ei in adiutorium venit et super stateram ex illa parte ubi erant pauca bona manum apposuit. Dyabolus autem ex alia parte trahere conabatur, sed mater misericordie prevaluit et peccatorem liberavit. Ille igitur ad se rediens vitam in melius mutavit.

¶ In civitate Bituricensi cum christiani in die pasce communicarent, cum pueris christianis quidam puer iudeorum ad altare veniens corpus domini cum eisdem percepit. Reversus domum cum a patre unde venisset interrogaretur, respondit se cum pueris christianis cum quibus ad scolas ibat ad ecclesiam ivisse et cum eis communicasse. Tunc pater eius furore repletus puerum apprehendit et in fornace ardente que ibidem erat proiecit. Statim autem dei genitrix in specie ymaginis quam super altare puer viderat eidem affuit et eum illesum ab igne servavit. Mater autem pueri multos iudeorum et christianorum suis clamoribus congregavit. Qui videntes puerum in fornace nichil lesionis habentem ipsum inde extraxerunt et a quo potuisset evadere interrogaverunt. Qui respondit: Domina illa reverenda que super altare stabat mihi auxilium prebuit et omne incendium expulsavit. Tunc

xpiani intelligentes de ymagine beate marie. Preterea pueri acceperunt et ipsum in fornacem proiecerunt. Qui continuo combustus penitus consumptus est. ¶ Quidam monachi circa diem iuxta flumen stabat et ibidem se fabulis et ociosis sermonibus resolvebant. Et ecce audiunt remiges per flumen impetu nimio navigantes. quibus monachi dixerunt. Qui estis vos. Et illi. Demones sumus qui animam ebroini prepositi domus regis francorum qui monasterio sancti galli apostotavit in infernum deferimus. Quod audientes monachi vehementissime timuerunt et fortiter exclamaverunt. Sancta maria ora pro nobis. Quibus demones dixerunt. Bene mariam invocastis. vos enim discerpere et submergere volebamus quia vos dissolute et extra horam confabulantes invenimus. Tunc monachi redierunt ad cenobium et demones perrexerunt ad infernum.

¶ Sanctus augustinus quodam sermone eius sacratissimam assumptionem multipliciter ostendit dicens. De sacratissimo corpore perpetue virginis eiusque sacra anime assumptione loqui suscipientes hoc primum dicimus quod in scripturis postquam eam dominus in cruce discipulo commendavit nichil de ea reperitur. preter quod lucas commemorat in actibus dicens. Hii omnes erant unanimiter perseverantes in oratione cum maria matre ihesu. Quia igitur de morte et de eius assumptione dicendum est. Unde scriptura nichil commendat nisi quendam rationem quod consentiat veritati. Fiat igitur ipsa veritas sine qua non valet auctoritas. Memores igitur conditionis humane mortem illam subisse temporalem dicere non metuimus. Si vero resolutam in quem putredinem vermem atque cinerem considerandum est si tantum conveniat sanctitati tante aule dei prerogative. Scimus enim dominum primo patri quia pulvis es et in pulverem ibis. Hanc conditionem caro xpi evasit que corruptionem non sustinuit. Excipitur igitur ab illa generali sententia de virgine assumpta natura. Mulieri quoque dixit deus. Multiplicabo erumnas tuas et in dolore paries. Erumnas quidem maria sustinuit cuius animam gladius pertransiit. Sed sine dolore genuit. Maria ergo et si conveniat erumnis eius non conveniat pariendo cum dolore. Excipitur igitur a quibusdam generalibus quia tanta attollitur dignitatis prerogativa. Si igitur eam dicimus mortem subisse non tamen eam vinculis eius retineri numquam impium est. Si voluit dominus matrem integra virginitatis salvare pudore cur non velit in corruptam a putredinis servare fetore. Aliquid non pertinet ad benignitatem domini matris salvare honorem qui solvere legem non venerat sed adimplere. Qui enim in vita preceptis illam gratiam sui conceptus honoravit pie credendum est in morte singulari salvatione et speciali gratia honorasse. Ut deo in unius humane nature obprobrium conditionis. Adhuc obprobrio cum xpus sit alienus

natura Mariae excipitur, quam Iesus de ea suscepisse probatur. Caro enim Iesu Mariae est caro quam super astra transvexit, honorans omnem humanam naturam, sed magis maternam. Filius conveniens est ut sit et filii mater, non quantum ad unitatem personae sed quantum ad unitatem corporalis naturae. Si enim unitatem facere potest gratia sine proprietate specialis naturae, quanto magis ubi gratiae unitas et corporalis est specialis nativitatis. Unitas gratiae est ut discipulorum in Christo, de quibus dicitur: ut sint unum sicut et nos. Et postea: Pater, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum. Si ergo secum vult habere eos qui sua fide meriti unum cum eo esse indicantur, quid existimandum est de matre, ubi digna sit haberi nisi in praesentia filii? Quantum igitur intelligo, quantumcumque credo, Mariae anima excellentiori quadam praerogativa a filio honoratur, possidens in Christo corpus suum quod genuit glorificatum. Et quare non suum per quod genuit? Si non obviavit nec divina perfecta auctoritas, vere credo quod genuit. Quia tanta sanctificatio dignior est caelo quam terra. Thronum Dei, thalamum Domini caeli atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse ubi ipse est. Tam pretiosum thesaurum dignius est caelo quam terra servare. Tantam integritatem incorruptibilitatis non putredinis ulla resolutio sequitur. Illud sacratissimum corpus in escam vermibus traditum quia sentire non valeo, dicere pertimesco. Quam aestimationem procul pellit incomparabilis gratiae munus quod amore dicere multarum scripturarum considerato

invitat. Si omnes aliquem ministros Veritas ait: Ubi ego sum, illic et minister meus erit. Si haec generalis sententia omnium per fidem et operationem Christo ministrantium, quanto magis quod admodum specialiter Mariae. Absque dubio enim operis ministratrix extitit, quae hunc in utero gestavit, peperit, perfusum aluit et fovit et in praesepio reclinavit et fugiens in Aegyptum abscondit, et omnem in infantia eius prosecuta usque ad crucem, ab eo non recessit sectatum. Non potuit autem eius divinitatis non esse credula, quae se noverat hunc non virili semine sed mystico spiramine concepisse. Unde de filii potestate tamquam de Dei virtute non titubans, deficiente vino dixit: Vinum non habent. Sciens illum hoc potuisse quod eum mox contigit miraculo complevisse. Ecce igitur Maria de fide et opere Christi ministratrix. Si ibi non fuerit ubi Christus ministros suos vult esse, ubi ergo erit? Et si ibi fuerit, numquid aequali gratia? Et si ibi aequali gratia, ubi aequa Dei censura, quae reddit unicuique secundum sua merita? Si merito pro meritis Mariae vivens tanta donata est gratia, mortua erit minuenda? Absit. Si enim omnium sanctorum mors est pretiosa, Mariae sane est pretiosissima. Confitendum ergo teneo Mariam ad aeternitatis gaudia assumptam, benignitate Christi honorabilius susceptam ceteris, qua gratia honoravit prae ceteris, atque ad quem humanitus non esse adductam post mortem putredinis, videlicet vermis et pulveris, quia suum et omnium genuit salvatorem. Si elegit divina voluntas

inter ignium flamas pueros uesti-
menta fuere illesa. cur abnuat
in matre sponsa quam elegit in ueste ali-
ena. Jona fuere in ventre ceti in-
corruptum voluit sola matrem ma-
riam in corrupta non fuabus gratia
Quatque daniel in impatissima
fame leonum non seruanda cama-
ria tantis donata mitis digita-
tum. Sic ergo cuncta quam dixi quia
natura non suasse cogitimus et in-
tegritate quam maxime plus gratia qua
naturam potuisse quam dubitamus
Xpus ergo letitie fecit matrem ma
et corpore in ipso filio nec ulla seque
corrupcionis erumpna quam nulla
secuta est tamen pariendo filium in te-
gritatis corrupcio ut sit semper
incorrupta quam tanta perfudit gratia
Que integraliter uinces quam omni
integra genuit vita Ubi gratia
dixi ut debui approba xpe tu
et tui. Ubi non ut debui ignosce
obsecro tu et tui. Sermo de sancto
Bernhardus dicitur bernhardo
Baber quam puteus uel fons
et nardus quam ut dicit glo. super
cant. est herba humilis et calide
nature. Fuit enim calidus in fer-
uenti amore humilis in conuersatione
Fons in doctrine emanatione puteus
tenus in scientie profunditate Eius vitam
guilhelmus abbas sancti theodori
socius beati bernhardi et hernaudus
boneuallis perscripserunt Ber-
nardus in burgundia oppido fu-
tam ex nobilibus ualde ac
religiosis parentibus ortus est Cuius
pater therelinus miles seculo stre-
nuus nec minus deo religiosus.
mater vero aaleth nuncupata est Hec
septem filios genuit. sex mares

et unam feminam Mares autem mo-
nachos futuros feminam sanctimonialem
Mox autem ut filium peperit edidit tot
manibus propriis ipsum deo offerebat
Alienis uberibus ipsos nutrire
fugiebat quasi cum lacte materno ma-
terni quodammodo boni infundens eis
naturam Cum autem creuissent quamdiu
sub manu eius erant heremo magis
quam curie nutriebat Cibis gros-
sioribus et communibus pascens eos
quos continuo ad heremum transmitten-
dos Cum igitur tercium filium scilicet ber-
nardum adhuc gestaret in utero
vidit sompnium presagium futurorum
catellum scilicet totum candidum totum
in dorso subrufum et latrantem in
utero se habere Quod cum cuidam
viro dei exposuisset ille prophetie
ea uoce respondit Optimi catu-
li mater eris qui domus dei custos
futurus futurus magnos contra ini-
micos dabit latratus Erit enim pre-
dicator egregius et multos medi-
cinalis lingue gratia curat Cum
autem Bernhardus adhuc puerulus
esset et graui dolore capitis
egrotaret. ueniente ad se mu-
lierculam ut dolorem suum carmi-
nibus mitigaret cum indignacio-
ne nimia repulit et abiecit.
exclamans. Puerulo autem bono
zelo in uia dei non defuit sed con-
tinuo surgens liberatum se esse
cognouit In sacratissima dominice
natiuitatis nocte cum puer bern-
hardus matutinale officium in ec-
clesia expectaret et qua hora
noctis xpus natus fuisset scire
cuperet apparuit ei puerulus ihesus
quasi iterum iterum ante oculos suos

exuto omnibus nascentis. Unde
quamdiu vixit hanc fuisse ho-
ram nativitatis dominice semper pu-
tavit. Ab illa igitur hora in hiis
que ad illud pertinet sacramen-
tum et sensus ei profundior et ser-
mo copiosior datus est. Unde et
postmodum in laude genitricis et
geniti inter prima suorum tractatuum
initia insigne opusculum edi-
dit in quo illam lectionem evangelii
missus est gabriel angelus
explanavit. Videns autem antiquus
hostis propositum pueri tam salu-
bre, eius castitatis proposito invidens
multos sibi laqueos temptationis
opposuit. Cum enim aliquando in quan-
dam feminam oculos defixos
aliquamdiu tenuisset, continuo de se
ipso erubescens in semetipsum
severissimus ultor insurgit ac
in stagnum gelidarum aquarum insili-
ens tamdiu ibidem permansit do-
nec pene exsanguis effectus per
gratiam dei ab ardore carnalis
concupiscentie totus refrigu-
it. Circa idem tempus instinctu
demonis puella quedam in lectulo
dormientis se nudam iniecit. Quam
ille sentiens cum omni pace et si-
lencio partem ei lectuli quam occupa-
verat cessit et in latus alterum
se convertens dormivit. Misera
vero illa aliquamdiu sustinens
et expectans, deinde palpans et
stimulans, novissime cum immobi-
lis ipse persisteret, illa licet impu-
dentissima esset erubuit et hor-
rore ingenti atque admiratione
perfusa surgens aufugit. Cum
iterum in domo cuiusdam
matrone hospitaretur, illa ado-
lescentem aspectu decorum conside-
rans vehementer in concupiscen-
tiam eius exarsit. Cum autem
seorsum lectum ei sterni fecisset, ipsa
impudenter et silenter de nocte con-
surgens ad eum accessit. Quam
ille sentiens protinus exclamavit:
Latrones, latrones. Ad quam vo-
cem mulier fugit, familia surgit,
lucerna accenditur, latro queritur,
sed minime invenitur. Ad lectulos sin-
guli redeunt, quiescunt ceteri, sed
non illa misera requiescit. Nam
denuo exurgit, Bernhardi lec-
tulum petit. Et ille: Latrones,
latrones denuo exclamavit.
Latro iterum queritur, sed negatur ab
eo quod solus noverat publicatur.
Usque tercio improba mulier sic re-
pulsa vix tandem metu vel despe-
racione victa cessavit. Cum autem
sequenti die iter agerent, arguen-
tes eum socii cur totiens latro-
nes sompniavit perquirebant.
Quibus ille ait: Vere hac noc-
te insidias sum perpessus latro-
nis, quia hospita mihi nitebatur
auferre thezaurum irrecuperabi-
lem castitatis. Perpendens igitur
non esse tutum cohabitare serpenti,
fugam meditari cepit et ordinem
Cisterciensem extunc ingredi deli-
beravit. Quod cum fratres eius
cognovissent et eum ab hoc proposito
modis omnibus prohiberent, tantam
ei graciam dominus contulit ut non
solum ipse a conversione prohiberetur,
sed omnes fratres suos et multos a-
lios ad religionem domino lucraretur.
Gerardus tamen frater eius miles stre-
nuus hec fratris verba vana pu-
tabat. Bernhardus fide iam ignescens
et eius odio morita impellebat. Tunc

et sermo caritatis zelo nimium in mo-
dum exasperatus Ebdo ing fr̄ mi
scio. sola vexatio intellectum dabit
auditui. Digitumque latī eius appo-
nens. veniet inquit dies et cito
veniet quo lancea latus hoc per-
forabit et ad cor tuum consilio quo
abiecis viam dabit. Post paucos
dies gerardus ab inimicis capitur.
et in loco cui fr̄ digitum imposue-
rat infixam lanceam gestans
trahitur. et in custodia vinculatur.
Ad quem bernardus veniens cum 6' lo-
qui non permitteretur. ad eum excla-
mavit. Scito fr̄ gerarde quia
in proximo iturus sumus et monas-
terium intraturus. Eadem nocte
compedes eius de pedibus ceci-
derunt et ostio per se aperto letus
aufugit. Indicavitque fratri se
mutasse propositum et fieri velle
monachum. Anno ab incarnatione
dni m°. c°. xij. a constitutione
domus cisterciensis. xv. suus [?] di
Bulh annos natus circiter xxiij. cum so-
ciis amplius quam xxx. ordinem
cisterciensium ingressus est. Cum
autem bernardus cum fratribus suis domum
paternam egrederetur. Guido pri-
mogenitus videns nivardum
fratrem suum minimum inter pueros ludentem
in platea cum pueris. Eya inquit
fr̄ nivarde ad te solum respicit
omnis terra possessionis nostre. Cui
non puerili puer respondit. Vos
ergo celum habebitis et mihi terra solum-
modo relinquitis. Non ex equo
divisio hec facta est. Modico igitur
tempore cum patre remansit sed fratres
postmodum secutus est. Ingressus

igitur ordinem servus dei bernardus ita
totus in spiritu absorptus est et deo
totaliter occupatus ut iam nullis
sensibus corporeis uteretur. Iam
quippe annum in cella noviciorum
exegerat et adhuc cum domus
haberet testudinem ignorabat. Mul-
to tempore ecclesiam intrans et exiens
in capite ubi tres fenestre erant
unam tamen putabat esse fenestram.
Abbas qui cisterciensis fratres ad
edificandam domum claravallensem
misit. et eis bernardum in abbatem
prefecit. qui multo ibidem tempore in
nimia paupertate degebat et pul-
menta sepius ex foliis fagi co-
ficiebat. Vigilabat autem servus
dei ultra possibilitatem humanam.
Nullum enim tempus se magis perde-
re queri solebat quam quo dormi-
ret. ydoneam satis reputans
comparationem sompni et mortis ut
sic dormientes videantur mor-
tui apud homines quo non apud
deum mortui dormientes. Unde
etiam si quem forte durius ster-
tentem audierit. seu minus com-
posite viderit iacentem patienter
ferre vix poterat et carnaliter seu
seculariter eum dormire causabatur. Ad
comedendum vix aliquam volup-
tate trahebatur. appetitum sed
solo timore defectus. sic accede-
bat ad sumendum cibum quasi ad
tormentum. Post cibum semper
quantum comederit pensare sole-
bat. Ubi quam ad modicum men-
suram solitam excessisse depre-
hendeit se in pace abire non
paciebatur. Hec gule illecebras

edomaverat. ut ipsam quoque
saporis discretionem ex magna parte
perdiderit. Nam et oleum per errorem
aliquando sibi propinatum bibit et penitus
ignoravit. Nec plus idem non quod
minus donec quidem labia eius
miraretur inuncta. Sanguinem
insuper crudum per errorem sibi oblatum
pro butiro multis diebus noscitur
comedisse. Solam autem aquam
se sapere dicebat eo quod dum sume-
ret fauces et guttur ei refri-
geraret. Quicquid in scripturis di-
dicit maxime in silvis et in agris
meditando et orando se confi-
tebatur accepisse. et nullos se
aliquando magistros habuisse nisi quer-
cus et fagos inter amicos dicere
solebat. Denique confessus est
aliquando meditanti et oranti sa-
cram omnem velut suppositam vel ex-
positam sibi apparuisse scripturam.
Quodam tempore sicut ipse in canticis
refert cum intus loquendum ex
his que suggerebat spiritus et si non
infideli minus tamen fidenti animo
reservarem ut Deum quid diceret
denuo tractaturus. Ecce vox ad
eum venit dicens. Donec istud te-
nueris aliud non accipies. In ves-
tibus eius semper paupertas pla-
cuit. sordes nunquam. ablue[bat]
has nimius animi sordes indices
dicebat. aut negligentes. aut
inaniter apud se gloriantis. aut
foris humanam affectantis. Pro-
verbium illud in ore eius frequenter
semper in corde. Qui hoc facit quod ne-
mo fecit mirantur omnes. Unde
et cilicium pluribus annis por-
tavit quamdiu occultum esse potuit
sed ubi hoc cognitum esse sensit con-
tinuo illud abiciens ad communia se
convertit. Nunquam sic risit ut non
potius ad ridendum quam ad repri-
mendum sibi vim facere opporteret
et risui suo magis stimulum ad-
hibere quam frenum. Cum autem patien-
tie genus solitus esset dicere triplicem
videlicet verborum iniurias. ad dap-
na rerum. ad corporis lesionem. hanc
ipse horum exemplis se habere comprobavit.
Cum enim cuidam episcopo amicabiliter
cum admonicione quadam scripsisset epis-
tolam. ille vehementer exacerbatus
amarissimam rescripsit epistolam in princi-
pio ita dicens. Salus tibi et non
spiritus blasphemie. Illam tamquam
ex spiritu blasphemie scripsisset. Ad
quem ille. Ego spiritum blasphemie
me habere non credo nec maledix-
isse cuiquam. aut maledicere me
velle scio presertim principi
populi mei. Quidam abbas pro
uno cenobio construendo sex-
centas marcas argenti eidem
misit. Sed tota pecunia dum defer-
retur a predonibus sublata est. Quo
audito nichil aliud dixit nisi bene-
dictus deus qui nobis pepercit ab
onere. Sed et illis ignoscat qui tulerunt
levius est ferendum. cum hec roma-
na cupiditas sustulit. cum mag-
na pecunia magna eis temptacio-
nis occasione ingessit. Quidam
insuper canonicus regularis ad
eum venit et ut in monachum eum reci-
peret instanter rogavit. cui cum ille
non acquiesceret. sed ad suam ecclesiam
redire persuaderet. Ut quid ait ille
in libris tuis perfectionem tanto opere
commendasti si eam non exhibes

cupienti. utinam illos tuos te-
nerem libros ut eos penitus
lacerarem. Cui ille: In nullo
eorum legisti non posse te in tuo
claustro esse perfectum maiorum correc-
tionem non loquor multorumque in libris
omnibus commendavi. Ille vero
in insaniam cum impetu faciens tam
graviter eius maxillam percussit
ut succederet rubor ictui et tu-
mor rubori. Jam qui aderant
in sacrilegum insurgebant. Sed pre-
venit eos servus dei clamans
et adiurans per nomen christi ut nul-
latenus tangeretur nec verbo quidem
iniuria inferretur. Novicijs autem
intrare volentibus dicere consue-
verat: si ad ea que intus sunt fes-
tinatis, hic foris dimittite cor-
pora que de seculo attulistis.
Soli spiritus ingrediantur, caro
autem non prodest quicquam. Pater
eius qui solus domi reman-
serat ad monasterium venit et ibidem
post aliquod tempus in senectute bo-
na decessit. Soror autem eius
seculo nupta cum in divicijs et
delicijs seculi periclitaretur quadam
vice fratres suos ad monasterium
visitatura accessit. Cumque venisset
cum comitatu et apparatu super-
bo ille eam tamquam rethe
dyaboli ad animas capiendas abhor-
ruit nec ad videndum eam exire
aliquatenus acquievit. Videns illa
quod nullus fratrum suorum ei occurreret
sed a bruno qui tunc portenarius
erat stercus involutum diceretur
tota in lacrimis resoluta. Et si
peccatrix inquit sum pro talibus christus
mortuus est. Qua enim peccatricem

me sentio ideo consilium et col-
loquium bonorum requiro. Et si
despicit frater meus carnem meam
ne despiciat servus dei animam
meam. Veniat et precipiat et
quicquid preceperit perficere adim-
plebo. Hanc igitur promissionem
tenens exijt ad eam cum fratribus
suis. et quia eam a viro suo sepa-
rare non potuit, primo ei mundi
gloriam interdixit et formam
matris imitandam esse indicens
eam dimisit. Illa vero rediens
ita repente mutata est ut in
medio seculi vitam duceret he-
remiticam et ab omni seculo de-
siderio se faceret alienam. Tandem
precibus multis virum suum vicit
et ab episcopo absoluta monasterium
introivit. Infirmatus aliquando
vir dei cum extremum spiritum trahe-
re videretur in excessu mentis
sue ante tribunal dei visus est
presentari. Affuit autem et sathan
accusator improbis cum accusatio-
nibus pulsans. Ubi vero ille omnia
finaliter prosecutus et viro dei quod nichil
fuit parte [illegible] dicendum. nichil
[illegible]ritus autem turbatus ait. Fa-
teor non sum dignus ego nec ob
proprijs possum meritis regnum ob-
tinere celorum. Ceterum duplici iure
illud obtineo dominus meus here-
ditate scilicet patris et merito passio-
nis. altero ipse contentus alterum il-
lud michi donans. ex cuius dono iure illud
michi vendicans non confundor. In
hoc verbo confusus inimicus convictus
ille solutus et vir dei in se re-
versus est. Tanta autem abstinencia
laboribus et vigilijs corpus suum attrivit

ut grauissima et fere continua egritu-
dine languens conductum sequi
vix posset. Quadam vice dum
grauissime infirmaretur fratribus
pro eo instanter orantibus aliquan-
tulum conualuisse se sensit. Con-
gregatis autem fratribus dixit. De-
tenetis miserum hominem. Forti-
ores estis et inualuistis. Parcite
queso parcite et sinite me abire.
A multis autem ciuitatibus vir
dei in episcopum electus precipue ci-
uitate ianuensi et ciuitate me-
diolanensi petentibus se tamen ab-
nuens nec impleri volens
dicebat se non esse suum sed ali-
orum suorum deputatum. Fratres
autem ex consilio viri dei sibi pro-
uideant et summi pontificis
auctoritate muniti erat ne-
quis gaudium suum ab eis tolle-
re posset. ¶ Quodam tempore cum fratres
carthusienses visitasset et ipsi
ab eo in omnibus plurimum e-
dificati fuissent. Dum fuit com-
pdci loci priore aliquantulum
monuit eum quod sella cui cantan-
do insedebat nimis neglec-
ta erat et parum presens paup-
tate. Qui cum diceret post vni ex
fratribus et ille viro dei retu-
lisset non minus ipse miratus qua-
lis esset sella querebat. Nam a
clareualle usque cartusiam ve-
nerat et tamen qualis esset sella
penitus ignorabat. Iuxta la-
cum lausanensem tocius diei iti-
nere pergens penitus eum non vi-
dit aut se videre non vidit. Cum
enim sero socii de eodem lacu forsan
fabularentur ipse autem interroga-
uit eos vbi nam lacus ille es-
set. Qui illi audientes plurimum

admirati sunt. Vincebat sane
in eo sublimitatem nominis humilitas
cordis nec tam potuit unius sub
cum exigere mundus quam se ipse de-
iceret solus. Minimum reputabatur
ab omnibus infimum ipse se re-
putans et que sibi omnibus ipse se
minimi preferebat. Denique sicut
sepius fatebatur inter summos
quos honores et fauores ipso vl-
teriores sibi mutuatos hominum vide-
batur se quoque pocius reputabat
absente velud quodam somp-
nio suspicatus. Sin vero inter
simpliciores fratres erat et amica
semper licebat humilitate frui ubi se
inuenisse gaudebat et in propriam re-
disse personam. Semper autem inueni-
ebatur aut orans aut legens
aut scribens aut meditans aut
fratres verbo edificans. ¶ Quadam
uice cum populo predicaret et omnes
verba eius attente ac deuote sus-
ciperent cuius animo talis irrepsit
temptacio. Ecce nunc optime pre-
dicas et ab omnibus libenter audi-
ris et sapiens ab omnibus reputa-
ris. At vir dei tali temptacione
pulsatum se senciens primum sub-
sistit et an procederet ut finem face-
ret cogitare cepit. Ultimoque
diuino confortatus auxilio temp-
tatori silenter respondit. Nec propter te in-
cepi nec propter te dimittam sicque secu-
rius predicacionem usque ad finem prosecu-
tus est. ¶ Monachus quidam qui
in seculo ribaldus fuerat atque lu-
sor maligno stimulatus spiritu ad
seculum redire voluit. Cum autem
beatus Hugo eum retinere non posset
interrogauit eum unde victurus
esset. Qui respondit ad taxillos ludere

ſas et inde viue poto. Et ille
ei capitale tibi commiſero viginti ſin
gulis annis ad me redi et lucrum
meum dimide. Quod ille audi
ens gauiſus eſt et ſe libenter ſic
acturum promiſit. Viginti igitur
ſolidos ei dari precepit et ille cum
illis abiit. Hec autem faciebat
vir ſanctus ut eum iterum reuocare
poſſet ſicut et poſtmodum factum
eſt. Ille igitur abiens totum perdi
dit et ad portam confuſus re
diit. Quo audito vir dei ad
eum letus exiit extendit que ma
num ut ſimul dimittere lucrum.
Cui ille. Nichil pater lucratus ſum
ſed etiam capitali vno mendatus ſum
ſi vultis puro capitali recipi
te me. Cui ille benigne veniat.
Qui ita inquit eſt melius eſt ut
hec recipias quam ſimul vtrumque
perdam. ¶ Quadam vice du
ceret hic iumento inſedens ali
quo pergens cuidam ruſtico ma
teria ſe ſic offerente de cordis in
ſtabilitate in oratione conqueſtus
eſt. Quod ille audiens mox eum
deſpexit et in orationibus ſuis cor
firmum et ſtabile habere ſe dixit.
Demonſtrate pauliſper a nobis et
tota qua potes intentione ora
tionem dominicam inchoato quam ſi
abſque aliqua cordis vagatione
finire poteris. iumentum cui inſe
deo tuum procul dubio proximus
habebis. tu autem in fide tua
ſpondeas quod ſi aliud ibidem cogi
tabis hoc michi aliquatenus
non celabis. Letatus ille et tam
iumentum iam lucratum reputans
audacter accedit et ſe in primis
recolligens orationem dominicam di
cere inchoauit. Vix orationis ex
pleuit dimidium et cepit in pro
tinua cogitatione de ſella cordis
ſuo ſe ingerit vtrum eam habere
debeat cum iumento. Quod ille
aduertens conatus ad hiſtam
rediit et quid in ipſa oratione ſolli
cite cogitauerit indicauit et
ſe ut prius temere non preſumpſit.
Frater robertus cius mona
chus et ſecundum ſeculum compunctus
in adoleſcentia ſua quorumdam
perſuaſione deceptus claustrum
tam ſe contulerat. [illegible]
bilis autem [illegible] pro que aliquamdiu
diu diſſimulauit eundem fratrem
et per epiſtolam reuocare. Quam
cum ſub claustro dictarem et alius
monachus eam ex ore ſuo con
ſcriberet ſubito preter opinionem
ymber erupit et [illegible] quod ſcri
bebat carta compleri non
erit. Cum hic opus dei eſſe
bene ne formidans dependit
epiſtolam in medio ymbre. Cum
enim vndique plueret ibidem
tamen moleſtia ymbris ut
expulit caritatis. ¶ Cum quon
dam monaſterium quod vir dei con
ſtruxerat occupaſſet muſcarum
et culicibus multitudo ita ut in
omnibus grauem moleſtiam gene
rent ille dixit. Ego excommunico
eas. Mane autem omnes ſunt mor
tue inuenerunt. ¶ Cum a ſummo
pontifice mediolanum miſſus
fuiſſet ut ipſos eccleſie reconcili
aret et iam papiam rediiſſet
quidam vnus ſua demoniacam
ad eum duxit. mox que per os mi
ſere mulieris dyabolus in

contumelias eius corrupit dicens: Non me de camicula mea sed porculos edens et brasicas devorans pellet. Ac vir dei ipsam ad ecclesiam beati Siri remisit. Beatus autem Sirus hospiti suo deferre noluit nec eidem aliquid curacionis impendit. Redit igitur iterum ad beatum Bernhardum adducta est. Tunc dyabolus per os eius garrire cepit ac dicere: Non me expellet Sirulus nec eiciet Bernhardulus. Ad hec servus dei respondit: Non Sirus nec Bernhardus te eiciet sed dominus Ihesus Christus. Mox ut ille orationem fudit spiritus nequam dixit: Quam libenter egrederer ab hac ancilla graviter cruciatus in ea. Quam libenter egrederer sed non possum quia non vult magnus dominus. Cui servus: Et quis est magnus dominus? Cui ille: Ihesus Nazarenus. Atque vir dei: Vidisti ne unquam eum? Quo respondente: Etiam, ait: Ubi eum vidisti? Et ille: In gloria. Et servus: Et tu in gloria fuisti? Quo respondente: Utique, ait: Quomodo inde exiisti? Et ille: Cum Lucifero multi cecidimus. Hec autem omnia voce lugubri per os vetule omnibus audientibus loquebatur. Dixitque ei vir dei: Numquid in illam gloriam redire velles? At ille miro modo cachinnans ait: Tarde est. Tunc orante viro dei demon de muliere exiit. Sed cum vir dei inde recessisset dyabolus iterum ipsam invasit. Vir autem eius post eum accurrens quid acciderat indicavit. Ille autem collo eius alligari cartulam continentem hec verba precepit: In nomine domini nostri Ihesu Christi precipio tibi demon ne hanc mulierem amodo contingere presumas. Quod cum factum fuisset ad eam postea non est ausus accedere.

Apud Aquitaniam quedam mulier miserabilis erat que a quodam demone petulante et incubo vexabatur. Sex enim annis abusus est ea et incredibili vexavit libidine. Adveniente autem illic viro dei demon mulieri ne ad eum accedat vehementer minatur quia nil ei prodesse posset et recedente eo ipse qui eius fuerat amator crudelissimus fieret persecutor. At illa secure ad virum dei accessit et que patiebatur cum multo gemitu indicavit. Cui ille: Tolle hunc meum baculum et in tuo lectulo pone et si quid agere potest agat. Quod cum fecisset et in lectulo suo recubuisset adest ille continuo sed nec ad consuetum opus nec ad ipsum cubile presumit accedere, sed acerrime minatur quod illo recedente se de ea atrociter vindicabit. Quod cum illa Bernhardo retulisset ille populum convocavit et omnibus candelas in manu accensas habere precepit demonemque cum universo qui aderat cetu excommunicavit et ne ad illam vel aliam deinceps accessum habeat interdixit. Sicque illa a tali illusione penitus liberata est.

Cum in eadem provincia vir sanctus legatione fungeretur ut ducem Aquitanie ecclesie reconciliaret et ille modis omnibus reconciliari renueret vir dei ad altare celebraturus accessit ipso duce tamquam excommunicato

p̄ſoribus pſtolante Cu aut
pax dei dix͛ corpus dm̄ tuu
ſup patena ponit z ſcu̇ toll͛
atq ignea facie z flameis o
culis foras egredit͛ et ubis
t̄ribilibus comite aggredit͛
Rogauimus te ingt z ſpreuiſti
nos. ecce ad te pceſſit ṽgis
filius q̄ ē dn̄s eccie que tu p
ſequeris Adeſt iudex tuus ẽ
cuius noīe omē genu ꝯuat͛
Ad eſt iudex tuus ī cuius ma
nibus illa aīa tua deueniet
Nunc z ipm ſpnes Nunc et
ip ſicut ſeruos eius ꝯtempnes
Reſiſte ei ſi uales Statī ḡ
dux totus irriguit z mēbrs
omnibus diſſolutis ad pedes
eius ptinus pcidit Quem
vir ſcus calce pulſans ſur
gē iubet z dei audire ſnaz
Ille aut tremebundus ſur
rexit z quitq uir ſcus pre
cipiebat ptinus adimpleuit
Cu regnu gmanie p quada
magna ſedanda diſcordia
ſeruus dei intraſſz Archi
epus quidaz ueñablez que
daz cliciu obuiaz ẽ miſit. cui
du clericus ſe ẽ obuiaz a ſuo
dno miſſu fuiſſe diceret. Vir di
rndit Alius dn̄s miſit te ai
ratus ille. ſe nō ñ a dno ſuo
archiepo miſſu fuiſſe affirma
bat Econtra ſeruus xpi dice
bat. Fallis fili fallis maior
dn̄s ē qui miſit te xpus Quod
clicus ītelligens ait Putas
q monachus uelim fieri Abſit
a me. Non cogitaui nc̄ aſcēdet

nc̄ aſcendz ſup cor meu O
mlta Incodem itiñe ſeculo
uale fecit z auiro dei hītu
ſuſcepit Cu quedaz milite
ualde nobilez ad ordinez
ſuſtcepiſſz z viru dei quodaz
tpe ſequet͛ grauiſſia cepit
temptacone pulſari Cu aut
eu quidaz de fribus ẽu tſtem
viderz cauſaz tante tſticie
requiſiuit Cui ille rndit ſcie
inquit ſcio q nuqua ampli
us ſero letus Quod uerbum
cu deus frat͛ ad ſeruu dei re
tuliſſz ille pro attencius ora
uit Statimqz ille fr̄ q tam
teptatus z triſtis erat tm
cetris apparuit iocudior et
hylarior. ꝯtra pius cetris
tſtior Cu aut ei deus fr
uerbu meſticie q locutus fue
rat amicabilit͛ impeiaz
Ille rndit Et dixi nunc am
plius letus ero ſz nunc dico
q nuq amplius tſtis ero
Cu ſcus malachias epus
ybernee cuius uita p longu
Btutibus ipe deſcepſit ad
xpm feliciter migraſſz z vir
dei p eo hoſtia ſalutare of
ferret gloiaz eius dno ĩuc
lante ꝯgnouit z eodez in
ſpirante ptus quionez forũ
oronis mutauit ẽt leta
voce ſic dicens Ds qui btm
malachia ſcos tuos mitibus
coequaſti tribue qs ut q pco
ſe mortis eius agimus dicem uite
quoqz imitemus exempla.

Cui cu cantor q erraret i
niceret ait Non erro s nomi
q dico Deinde accedens sci
eius uestigia osculatur Cum
instante quadragesima ambi
tibus fuiss tyronibus uisitatq
rogauit eos ut i illius saltem
sacris diebus a suis uanita
tibus et lasciuiis abstinerent
Quibus nullomodo acquiesce
tibus iussit eis ppinari vinu
dicens Bibite poculu aiar
Quo hausto subito mutati
recedunt et qui modicu tpus
denegauerant totu tpus uite
sue deo dederunt Tande btus
pr bnd' morti feliciter appinquans
ait fratribus suis Tria uobis
obseruada relinquo q i stadi
o psentis uite q cucurri memini
me p uiribus obseruasse Ne
mini scandalu face uolui et
si aliqn incidit sedaui ut po
tui Minus semp sensui meo
qm alterius credidi Lesus de
ledente nuqua vindcaz expe
tii Ecce caritate humilitatem
paciencia uobis relinquo De
niq pt qua multa miracla
ppetrass et centu sexaginta
monastia construxiss multos
q libros et tractatus compi
lass cosumatis uite dieb circi
ter lxiij Anno dni m° c° liij
int filios manus obdormi
uit i dno Post obitu suum
multis gloriaz sua manifesta
uit Cuidaz eni abbati i quo
dam monastio apparuit et ut

se sequeretur admonuit Cui cu
sequeretur dixit ei vir dei Ecce
ad monte lybani venimus tu
hic manebis ego aut illuc
ascedaz Interrogatus ab eo ad
quid uellet ascende Discere in
quit uolo Miratus ille Qd
inquit uis disce pat q nullu ho
die i scia credimus esse similez
Et ille Nulla hic scia nulla
ueri cognicio sursu scie ple
nitudo sursu vera notitia
ueritatis et h' dicens disparuit
Ille aut die notauit et tunc
virum dei bnd' de corpe migrasse
se i uenit Multa aute alia
et pene i numerabilia miracula
p seruu suu deus opatus est

Sequitur de sanctis thymotheo et simph'

Thimotheus q' timorē tenes
vel a timoe et theos q e
deus q' timor dei Thimoteus
a pfecto urbis rome du gra
uiter torquetur et calce vi
ua eius plage aspgerentur et
ipe i hiis gratias ageret duo
angeli ei astiterunt dicentes
Erige caput i celu et uide
Aspiciensq vidit celos aptos
et ihm corona gemmata tenente
et dicentez ei Hanc de manu
mea accipies Quod qdam
vir noie appollinaris videns
se baptizari fecit Quapropter
pfectus iussit ambos i confessioe
dni pseuerantes decollari

Simphorianus a simphonia
fuit eni tamq vas musicu
emittens armonia uirtutu in
quo tamen i uase musico tria

fuerit. Nam ut dicit Ambro-
sius Bonitatium debet esse durum
ad resistendum. leve ad continu-
andum. latum ad implendum. Sic
et simphorianus tamquam vas
munitum fuit durus per auste-
ritatem. levis aliis per man-
suetudinem. latus omnibus per
caritatis amplitudinem. Sim-
phorianus in augustudinensi
urbe ortus dum adhuc ado-
lescens esset tanta morum gra-
vitate pollebat quod seniorum vi-
tam anticipare videretur. Cum
igitur pagani festum veneris cele-
brarent et statuam ante eraclium
presidem deferrent. simphorianus
affuit et nolens eam adorare
diu ceditur et carceri mancipatur.
Et cum eductus deberet ad sa-
crificium cogi et multa ei dona-
ria promitterentur dixit Deus
noster ut novit remunerare me-
rita ita novit punire pecca-
ta. Vitam quam christo soluturi sumus
ex debito solvamus ex voto.
Sera penitudo est sub iudice
timuisse contemptum. Quia vestra
lucra ita mellis permixta dul-
cedine male credulis menti-
bus venena propinant. Cupi-
ditas vestra omnia tenendo nil possi-
det quia dyabolicis artibus obli-
gatam miseri vinculi detinetur
compedibus. Et gaudia vestra
in similitudine vitri cum ceperit
per splendere frangitur. Tunc
iudex iratus et ira repletus

data sententia precepit ut simphorianus
occideretur. Qui cum ad locum duce-
retur mater eius de muro exclamans
ait Nate nate. memento eter-
ne vite. Sursum respice et reg-
nantem in celo intuere. tibi vita non
tollitur sed in melius commutatur. Ipse
igitur decollatus est et a christianis
corpus eius sublatum et honorifi-
ce est sepultum. Ad eius sepulcrum
tanta fiebant miracula ut
etiam a paganis in maximo ho-
nore haberetur etc. De sancto Bartho-
lomeo

Bartholomeus interpretatur
filius suspendentis aquas
vel filius suspendentis me. Et
dicitur enim a bar quod est filius et a
tholos quod est summitas et a moys
quod aqua. Inde bartholomeus
id est filius suspendentis aquas
id est dei qui mentes doctorum sursum
elevat ut aquas doctrinarum
inferius fundat. Et est nomen syrum
et non hebreum. Per primum
intelligere possumus triplex suspen-
dium quod ipse habuit. Fuit enim
suspensus id est elevatus
ab amore mundi. vel suspen-
sus id est intentus amore
celesti. Vel suspensus id
est totaliter innixus gratie et
auxilio dei ut non a suis
meritis sed a dei adiutorio tota
vita sua dependeat. Secundo
nomen profunditas sue sapientie. De
cuius sapientie profunditate dicit
dyonisius in mistica theologia.
Divinus bartholomeus dicit
et multam theologiam esse et
minimam et evangelium latum

et magnum et diuersum concipit
Et vult ergo bartholomeus
secundum intencionem dyonisij quod
vna predicatione possunt omnia af-
firmari de deo. Alia predicatione
magis ipse negari. Bartho-
lomeus apostolus veniens ad
indiam que est in fine orbis. tem-
plum in quo erat ydolum nomine
astaroth intrauit et quasi pere-
grinus ibidem manere cepit. In hoc ydolo
quidam demon habitabat qui se
languentes curare dicebat sed non
sanando subueniebat sed a lesione
cessando. Cum ergo templum languen-
tibus plenum esset et nullum ab
ydolo responsum habere possent. ad
aliam ciuitatem perrexerunt ubi
aliud ydolum nomine berith cole-
batur. Et interrogatus cur
astaroth responsum non daret Respondit
berith. Deus vester cathenis ig-
neis constrictus est nec respirare
nec loqui audet ex illa hora qua
apostolus dei bartholomeus ingres-
sus est. Dicunt illi. Et quis est
ille bartholomeus Et demon
Amicus est dei omnipotentis et
ideo venit in istam prouinciam
ut omnes deos yndie euacuet
Et illi Dic nobis signa eius
ut eum inuenire possimus Quibus
demon ait Capilli eius nigri
et crispi. caro candida. oculi
grandes. nares equales et
directe. barba prolixa habens
paucos canos. statura equa-
lis colobio albo clauato pur-
pura vestitur. Induitur pallio
albo quod per singulos angulos gem-
mas habet purpureas. Vigin-
ti sex anni sunt quod eius vestes et

sandalia eius non ueterascunt nec
sordidantur. Centies flexis ge-
nibus per diem orat et centies per
noctem. Angeli cum eo ambulant
qui nunquam eum fatigari nec esurire
permittunt. Semper eodem vultu et
animo letus et hylaris perseuerat
Omnia preuidet omnia nouit. omnium
gencium linguas nouit et intelligit.
Et quod vobiscum loquor ipse iam no-
uit. et cum queritis eum si vult osten-
det se vobis. si autem non vult eum
non poteritis inuenire Rogo autem
uos ut cum eum inueneritis rogate
eum ne huc ueniat. ne angeli
sui hoc michi faciant quod meo socio iam
fecerunt Cum igitur per duos dies
solliciti querentes eum minime
inuenissent. quadam die quidam
demoniacus exclamauit dicens
Apostole dei bartholomee incendunt me
orationes tue Cui apostolus Ob-
mutesce et exi ab eo. Et statim
liberatus est Quod audiens rex
regionis illius polimius cum
haberet filiam lunaticam misit ad
apostolum rogans ut ad se ueniret
et filiam suam sanaret. Adueniens cum
apostolus uenisset et eam cathenis
ligatam uideret. quia accedentes mor-
sibus lacerabat iussit eam solui.
Et cum ministri ad eam accedere
non auderent dixit. Ego demonem
qui in ea erat iam ligatum teneo
et uos timetis Et statim soluta
liberata est Tunc rex camelos au-
ro et argento et lapidibus pre-
ciosis oneratos et apostolum inquiri
faciens nullatenus inuenire potuit
Mane autem sequenti apparens
apostolus solo regi in cubiculo
dixit ei Ut quid me cum argento et
auro tota die quesisti Ista mu-
nera sunt necessaria hijs qui terrena

reqrit. Ego nichil t'renu
nichil carnale deſidero Tunc ſcūs
bartholomeus ap̄ls cū multa
de mō nr̄e redempcōis docere
oſtendens int' cetera xp̄m viciſſe
dyabolū p mirabilez ꝯgruenciā
potenciā · iuſticiā & ſapienciā
Congruū em̄ fuit ut q̄ filiū
v'ginis id ē adam ſcm̄ de terra
dū adhuc eſſꝫ v'go vicit a fili
o v'ginis vinceret'. Potent' quoqꝫ
ip̄ vicit cū de ſua dn̄acōe po
tent' eiecit ip̄m dyabolus p̄deiect
cione p̄mi hōis [struck] uſurpa
uit · et ſicut aliq̄ victor tyra
ni comites ſuos mittit ut eius
tytulos ubi erigant et tyranni
deiciant Sic xp̄c victor nūcios
ubiqꝫ mittit ut dyabl'i cultū e
uacuent & xp̄i ſtatuant Juſte
vero q̄a iuſtū ē ut q̄ comedēte
homīez vincebat hōiez detinebat
et a femīnate hōie victus hōiez
amplius nō teneret Sapient'
aut' dū ars dyabl'i deluditur
arte xp̄i · Ars dyabl'i fuit ut ſic'
accipiter rapit auem Ita i deſer
tū raperet xp̄m ut ſi ibi ieiunaſ
nō famesceret abſqꝫ dubio deus
eſſet ſi aut' eſuriret ip̄m ut
p̄mū hōiez p cibū devinceret
Sꝫ ꝯgnoſci deus nō potuit
q̄a eſuriuit · nec vinci q̄a eius
teptacōi nō ceſſit Cū g° eide
ſacramēta fidei p̄dicaſſꝫ dixit
regi q̄ ſi baptizari vellꝫ deū
ſuū cathenis ligatū ei oſtēderꝫ
Sequenti igit' die iuxta regis
pallaciū dū pontifices ydolo
ſacrificaret cepit clamare demon
ac dice Ceſſate miſeri ſacrificaɳ̄t

nobis ne peiora me paciami
qui cathenis igneis ab ange
lis ihu xp̄i quē iudei crucifix
erunt religatus ſū putantes
eū a morte detineri Ille aut'
ip̄az mortē q̄ regina ē nr̄a
captiuauit & ip̄m nr̄m p̄nci
pem maritū mortis vinclis
igneis vinxit Statimqꝫ oēs tra
ſerunt funes ut ſymulacrū eri
gerent ſꝫ nō potuerunt Ap̄lus
aut' demoni p̄cepit ut inde ex
iens ydolū ip̄m comminueret
Qui ſtatī exiens oīa ydola te
pli p ſe ip̄ confregit Deinde
fuſa orōne ab ap̄lo oēs iſ
mi p̄tinus curati ſūt Ap̄lus at
teplū deo dedicauit & demone
i deſertū abire p̄cepit Tunc an
gelus dn̄i ibidē apparuit et
templū circuuolans i quat'or
angulos ſignū crucis digito
ſuo ſculpſit dicens Hec dic'
dus Sicut uos oēs ab infir
mitate ur̄a mūdaui · ita tem
pl'm h' ab omī ſorde mūdabit'
et h'itatore ei' q̄ ap̄lus in de
ſertū locū ire p̄cepit p̄us
uobis oſtēdam · quē videntes
ne timeatis · ſꝫ quale ſignū
i lapidibus h' ſculpſi tale
frontibus ur̄is imp̄matis ·
Tunc oſtēdit eis ethyopē nig
orem fuligine · facie acuta
barba p̄lixa · crinibꝫ ad pedes
ꝯtenſis · oculis igneis ut
ferrū ignitū ſcintillas emit
tentibus · flamas ſulphure
as ex ore et oculis ſpirantes
cathenis igneis vinctū retro
manibus Et dixit ei angelus
Qm̄ iuſſione ap̄li audiſti et

de templo omnia ydola confregisti.
Solvam te et vadas in talem locum
ubi nullus homo moratur et ibidem
sis usque ad diem iudicii. Ille autem
solutus cum magno strepitu et
ululatu disparuit. Angelus autem
domini in celum cunctis videntibus evo-
lavit. Tunc rex cum uxore et fili-
is omnique populo baptizatus est et
relicto regno apostoli discipulus
est effectus. Tunc omnes templorum pon-
tifices congregati ad Astragem
regem fratrem eius convenerunt et de
deorum suorum amissione et templi
subversione et regis per artem ma-
gicam deceptione contra apostolum sunt
conquesti. Astrages igitur rex in-
dignatus mille viros arma-
tos ad capiendum apostolum destina-
vit. Qui cum adductus fuisset co-
ram eo dixit ei rex: Tu ne es
ille qui pervertisti fratrem meum? Cui a-
postolus: Ego illum non perverti sed
converti. Cui rex: Sicut tu fecisti
fratrem meum deum suum relinquere
et tuo credere, sic et ego te faciam
deum tuum relinquere et meo sacrifica-
re. Cui apostolus: Ego deum quem cole-
bat frater tuus ligavi et ligatum os-
tendi et ut simulacrum frangeret
coegi. Si sic potes facere deo meo
poteris me ad simulacrum provocare;
sin autem ego deos tuos comminu-
am et tu crede deo meo. Hec illo
dicente nunciatur regi quod deus suus
Baldach cecidisset et comminutus
fuisset. Quod rex audiens pur-
puram qua indutus erat scidit et
apostolum fustibus cedi iussit et ce-
sum vivum excoriari mandavit. Christi-
ani autem corpus eius tulerunt
et honorifice sepelierunt. Rex autem
Astrages et templorum pontifices

a demonibus arrepti mortui sunt.
Rex autem Polimius in episcopum ordi-
natus et xx annis officium episcopa-
tus laudabiliter implens plenus
virtutibus in pace quievit. Anno autem
domini cc. xxxi. Sarraceni Siciliam
invadentes Liparitanam insulam ubi
corpus sancti Bartholomei quiescebat
vastaverunt ac eius sepulcrum con-
fringentes ossa ipsius disperserunt.
na ad hanc insulam corpus eius taliter
de India advenisse perhibetur. Cum
enim pagani propter signorum frequen-
tiam viderent corpus eius plurimum
venerari, indignati in loculo plum-
beo in pontum et in mare precipitave-
runt. Quod divino nutu ad insu-
lam predictam devenit. Cum igitur
Sarraceni eius ossa dispersissent et
recedentibus apparuit apostolus cui-
dam monacho dicens: Surge
collige ossa mea que dispersa sunt.
Cui ille: Qua ratione ossa colligere
aut aliquem tibi honorem exhibere debemus
cum nos deleri permiseris nec auxilium
nobis impenderis? Cui ille: Per mul-
tum tempus meritis meis dominus populo
huic pepercit, sed eorum peccatis nimis
invalescentibus et usque ad celum cla-
mantibus iam veniam eis non potui veni-
am obtinere. Sed cum monachus
diceret: quomodo inter tot aliorum ossa sua
que invenire possum? Ait: Nocte ad
ea colligenda ibis et que ut ignem
splendentia videris protinus hec
levabis. Que omnia ut dixerat
inveniens apostoli ossa levavit et
super quandam navem conscendens Bene-
ventum que est metropolis Apulie
ea transtulit. ¶ Cum quedam mulier
vas plenum oleo attulisset et in la-
pidem beati Bartholomei poneretur
quantumcumque vas super lampadem
inclinaret nil ex eo exire valebat.

bat Cum tñ digitos ĩ vas
mitterent et oleũ liquidũ non
palparent. tunc q̃dã exclama
uit. puto q̃a ap̃lo acceptũ nõ
ē ut hᵒ oleũ ĩ sua lampadem
ĩfudat. Quapp̃t ĩ aliã lam
padē ĩfuderũt et ptin⁹ oleum
emanauit Btūs aut̃ theodo
rus abbas et doctor precipuus
de hᵒ ap̃lo int̃ cetera sic dicit A
postulus dei bartholomeus
p̃m in licaonia p̃dicauit p̃t⁹
modũ in yndia adulti⁹ ĩ al
bano vrbe sꝫ maioris arme
nie ubi p̃mo excoriat⁹ tandē
capite plexus ē ibidē sepul
tus ē Qui dũ ad p̃dicandũ
mitteret adnõ ut opinor au
diuit Vade discipule me⁹ ad
p̃dicatoz. exi ad pugnã. ca
pax esto piclo[illegible] Ego primum
opus q̃summaui p̃im⁹ testis fact⁹
vos q̃ reliquũ ē implete Imi
tare me Imitare magistrũ tuũ. E
mulare dñm tuũ Sãguĩe sã
guinibus pone Carnib⁹ car
ne trade. queꝗ̃ p̃te passus
sustinui. patere arma [illegible] sunt. be
nignitas ĩ sudoribus mansuetudo
ĩ ter maleficos pacia ĩ hijs
que peunt. Hec nõ refutauit
ap̃lus sꝫ ut famulus fidelis
dñico acquiescens p̃cepto. per
git gaudens tamq̃ lux mun
di ut tenebrosos illuminaret
tamq̃ sal t̃re ut gentes ĩsa
pidas saliret. tamq̃ agricola
ut sp̃ualẽ culturã p̃ficeret
Petrus quoqꝫ ap̃lus docet
antioch. sꝫ et bartholomeus
q̃sequẽt paria ĩuestigat.

Petrus operat̃ p̃digia mag
na. sꝫ bartholomeus fecit mira
cula valida. Petrus deorsum
capite crucifigit̃. bartholome⁹
p̃t⁹ quã viuens ē excoriatus
capite capite plectit̃. Ad est
ualẽ petrus misteria capescenda
ad tot bartholome⁹ sufficit pe
netranda. Equalit̃ fecundat ec
clesia. equa tamen sunt et cetera
diuinis carismata Psor exdiur
no denario duo uno mediue
abutꝗ p̃te sonũ diuine sermo
cinatoris dat sicut sicut a cythi
armonia Omnis ap̃li vniuersita
tem orbis s̃ subiicientes decipi
cientesꝗ p̃tes. reges regni
q̃stituti sũt Hunc aut̃ ē sors
et porcio armenie q̃ locus est
ab ciuitat usqꝫ gabaoth dis
tributa Hic inde cũ lingue ara
tronabilia vina sulcante. fide
ĩ ubru deppfudo cordis recon
dente padysos et vineas plan
tantem. singulis passionum
remedia medicinalia ĩ sentẽ
spinas vo intelligibiles euelle
siluas impietatis scide. De
pcs dogmatum ĩpone Sed
quales mercedes creatori obtule
runt utiqꝫ p honore ĩhonoran
tiam. p bñdictione maledictio
nem innicibus pena. prequies
abili uita amarissima morte
Itaqꝫ p̃t⁹ qua ĩ tollerabilia tor
menta subijt a ceis decoriat⁹
in more follis fuit vᵉ p̃tq̃ de
migrauit ex hᵒ mũdo negligẽt
occisores. sꝫ ĩ uitabat miraculis
p̃ditos et p̃digijs admittebat
audisos Dez bestialem mẽte vi
cat q̃ compesceret aut q̃ amalo
retrahet Quid dcetis faciut

Insaniunt contra illum partes corporis
respuunt egroti medentem. orbi
manum ducentem. ceci ductorem. nau-
fragi gubernatorem. mortui vivifi-
catorem. Et hoc quomodo. Dicunt magis
in pelagus corpus sancti mittatur.
Ecce igitur cum impetu de regionibus
armenie archa cum quatuor alio-
rum martirum archas consistit dum
signa apparent. cum ea fluunt in
mare quiete et peramunt spacium
via maris. quatuor hiis preceden-
tibus et tamquam martiris obsequium
quodammodo apostolo facientibus ve-
nerunt in partes sicilie in insula que
lyparis nuncupatur. Sicut episcopo
hostiensi qui tunc presens erat reve-
latum fuit. Venit ad pauper-
culam ditissimus thezaurus. Venit
ad ignobilem preciosa margarita
Venit ad mestam splendidissi-
mum luminare. Aliis igitur quatuor
ad diversas terras euntibus sanctum
apostolum in dicta insula reliquerunt.
Decem predictos quatuor martires
apostolus retrorsum relinquens
unum scilicet papinum in civitate si-
cilie milas. Aliud vero lucianum
nomine messinam transmisit. Reliquos
vero duos in calabrie terra di-
rexit. Gregorium quidem in civita-
tem colupnam. Achacium autem in
civitate que chale vocatur
que usque hodie suffragiis suis
splendet. Susceptus est igitur cum
multis hymnis laudibus et can-
ticis et templum ei magnifice fabricatum.
Mons autem vulcanus insule con-
tiguus cum habitatoribus esset
nocivus eo quod ignem emitteret
quasi per stadia septem se invisibiliter
elongavit circa mare suspensus
ita ut usque hodie appareat vi-
dentibus quasi figurato fugientis
ignis. Et nunc igitur ave optate
bonorum ter beate bartholomee qui
es divine lucis splendor. sancte ec-
clesie piscator. rationabilium pisci-
um piscature capture. dulcis fruc-
tus vivide palmitis. vulnerator
dyaboli mundum suo latrocinio vulne-
rantis. Gaudeas sol orbis terre
cuncta illuminans. os dei lingwa ig-
nita sapiam proferens fons ingiter
sanitates emanans. Qui mare mi-
rabilibus gressibus, qui terram pur-
puream sanctificasti tuo cruore sed si-
ti et ad celos commeasti ubi divi-
ne in medio divine acie refulgens
in splendore inmarcessibilis glorie
splendens in exultatione iocunditati-
tis inscrutabilis gaudens. Hec
theodorus. **De sancto Augustino**

Augustinus hoc nomen sortitus
est vel propter excellentiam dignitatis
vel propter fervorem dilectionis. vel propter
ethymologiam nominis. Propter excelle-
ntiam dignitatis quoniam sicut imperator au-
gustus precellebat omnes reges
sic et iste excellit omnes doctores
secundum quod dicit remigius. Unde alii
doctores comparantur stellis. Dan. xii.
Qui ad iusticiam erudiunt multos
quasi stelle etc. Hic autem comparatur
soli sicut patet in epistola que de eo
cantatur. Quasi sol refulgens sic
iste refulsit in templo dei. Secundo
propter fervorem dilectionis quia sicut mensis
augusti valde fervet estu ca-
loris. sic et iste valde incaluit
igne divini amoris. Unde ipse
in libro confessionum de se dicit. Sagitta-
veras tu cor meum caritate tua et

Item ibidem Aliquando intonuit in telligendi et discendi acumen domini

telligendi

Item ibidem q. Aliquando intromit-
tis me in affectum multum inusitatum
introrsus nescio ad quam dulcedi-
nem que si perficiatur in me nescio quid
erit quod vita ista non erit. Tercio
quantum ad ethymologiam nominis. Dicitur enim
Augustinus ab augeo et astin quod
est civitas et ana quod est sursum inde
Augustinus quasi augens superna ci-
vitate. Unde de eo cantatur. Qui
prevaluit amplificare civitatem
etc. Vel ut dicitur in glosario Augustinus
dicitur magnificus, felix, preclarus.
Fuit enim magnificus in vita, pre-
clarus in doctrina, felix in gloria.
Eius vitam compilavit pos-
sidius calamensis episcopus ut dicit
cassiodorus in libro de viris illus-
tribus. Augustinus doctor e-
gregius in provincia affricana
carthaginensis ortus et hones-
tis valde parentibus scilicet patre
patricio matre monica genitus
et liberalibus artibus sufficienter
doctus fuit adeo ut summus phy-
losophus et rethor luculen-
tissimus haberetur. Nam libros aris-
totilis et omnes libros liberalium
artium quoscumque legere potuit per se
didicit et intellexit sicut in libro confes-
sionum testatur dicens. Omnes libros ar-
tium quos liberales vocant tunc ne-
quissimus malarum cupiditatum servus
per me ipsum legi quoscumque legere
potui. Item in eodem. Quicquid est
de arte loquendi et disserendi et
quicquid de intensionibus figurarum
et de musicis et de numeris sine
magna difficultate nullo ho-
minum tradente intellexi. Scis
tu domine deus meus quia celeritas

intelligendi et discendi acumen
donum tuum est sed non inde sacrificabam
tibi. Verum quia sciencia sine caritate non
edificat sed inflat in errorem manicheo-
rum qui Christum fantasticum fuisse af-
firmant et carnis resurrectionem negant
incidit. et in eo dum per annos novem
dum adhuc adolescens esset permansit.
Ad has enim nugas adductus
est ut arborem fici plorare diceret cum
abscinditur ficus vel folium tollitur. Cum
igitur esset annorum xix et quendam librum
cuiusdam phylosophi in quo vani-
tates mundi contempnenda docebantur
perlegeret. Ex hoc quidem liber plurimum
placuit. Sed quia nomen ihesu Christi
quod a matre imbiberat ibi non erat
dolere cepit. Mater vero eius pro eo
plurimum flebat et ipsum ad unita-
tem fidei reducere sathagebat.
Quadam igitur vice ut legitur in libro
confessionum vidit stare se in quadam regu-
la lignea ~~iu~~ iuvenem quendam ei
pulcherrimum invicem astitit et
causam tante tristicie requisivit.
Que cum diceret perditionem filii mei
augustini deploro. Ille respondit.
Esto secura quia ubi tu ibi ille.
Et ecce continuo filium suum iuxta
se stare vidit. Hec dum augustino
retulisset ille ait. Falleris mater
non est sic dictum est sed ubi ego ibi
tu. Econtra illa dicebat. Non fili
non dictum est ubi ille ibi tu sed ubi
tu ibi ille. Rogabat igitur sedule
mater quendam in portuna quendam episcopum
sicut in eodem libro confessionum augustinus
testatur ut pro suo filio intercedere
dignaretur. Qui tanta quodam-
modo importunitate devictus pro-
phetica voce respondit. Vade secu-
ra quia impossibile est ut filius

·18·

tinus tamquam lac materne effusione
peccat. Cum apud carthaginem
multis annis rethoricam docuisset
occulte matre nesciente romam
venit et ibidem multos discipu-
los aggregavit. Huius temporibus me-
diolanenses a simmacho prefecto ro-
manorum petierunt sibi doctorem in re-
thorica destinari. Presulabatur tunc
in ibi vir dei ambrosius et ad preces
mediolanensium illuc mittitur. augus-
tinus autem eius quiescere non valens
cum multa difficultate ad eum venit
et ipsum tamen ut manicheum invenit ut
catholicum recepit. Cepit autem augustinus
beato ambrosio adherere et eius
predicationes frequenter audire. Erat
autem valde in predicatione suspen-
sus nec contra ipsam manicheorum
heresim vel pro ipsa diceret. Qui-
dam die contra illum errorem am-
brosius diutinius disputavit et
ipsum apertis rationibus et auctori-
tatibus confutavit. Ita ut error
ille a corde augustini penitus
pelleretur. Quid autem sibi postea
acciderit ipse in libro confessionum narrat
dicens. Cum te primo domine cognovi
reverberasti infirmitatem aspectus
radians in me vehementer et
contremui amore et horrore et inveni
me longe esse a te in regi-
one dissimilitudinis tamquam audire
vocem tuam de excelso. Cibus sum
grandium cresce et manducabis
me. Nec tu me mutabis in te
sicut cibum carnis tue sed tu mu-
taberis in me. Cum autem sicut ibi-
dem refert via christi sibi placeret
sed per ipsius angustias adhuc
ire pigeret immisit dominus in men-
te eius ut ad simplicianum

in quo lucebat gratia divina pergeret
ut sibi estus suos conferenti profer-
ret quis esset aptus modus vi-
vendi ad ambulandum in via dei
in qua alius sic alius sic ibat.
Displicebat enim ei quicquid age-
bat in seculo pre dulcedine dei et de-
core domus eius quam dilexit. Sim-
plicianus autem cepit eum hortari ipse
quoque cepit se ipsum hortari et dicere
Quare pueri et puelle in ecclesia
deo serviunt tu non poteris quod isti et iste
An non isti et iste in se possunt et non
in deo suo. Quid in te stas et non
stas. proice te in eum et eripiet
te et salvabit te. Inter horum
colloquia memoria victorini in
medium venit. Unde exhilaratus
simplicianus narrat qualiter idem
adhuc gentilis ob sui sapientiam
rome que tunc maxima erat
statuam meruisset et qualiter se sepius
christianum dicebat. Cui cum simpli-
cianus diceret. Non credo nisi te in ec-
clesia videro. Ille iocando dicebat
Ergo parietes faciunt hominem christia-
num. Tandem cum ad ecclesiam venisset
et ei tamquam verecundo occulte liber
simbolus fidei ad legendum datus
fuisset. ille in altum ascendit et alta
voce pronunciavit. Cum ecce ab af-
frica quidam amicus augustini
nomine pontianus supervenit et vitam
et miracula illius magni antho-
nii qui nuper in egipto sub constantio
imperatore defunctus fuerat recita-
vit. Horum exemplis augustinus
vehementer exarsit ita quod locum suum
alipium tam vultu quam mente tur-
batus invasit et fortiter exclama-
vit. Quid patimur quod indocti surgunt
indocti et celum rapiunt et nos cum

doctrinis viris in infernum demer-
gimur. An quia precesserunt pudet se-
qui. et non pudet nec saltem sequi.
Et acriuit eius in quedam orti sub
quadam ficu se proiecit ut in eodem
libro confess. commemorat et amarissi-
me flens lamentabiles voces
dabat. Quamdiu quamdiu. cras
et cras. sine modo. sine paululum
quando modo non habet modum. et sine
paululum prodibat in longum. De
hac sui tarditate plurimum conque-
rebatur. sicut postmodum in eodem libro
scripsit. Heu mihi quam excelsus es
in excelsis et quam profundus in profundis
nusquam recedis et vix redimus
ad te. Age domine et fac et excita et
revoca nos. accende et rape
et fragra et dulcesce. Impedimen-
tis omnibus sic timebam expedi-
ri. quemadmodum impediri timen-
dum est. Sero te amavi pulchritudo
tam antiqua et tam nova sero te
amavi. Intus eras et ego foris
et ibi te querebam. et in ista formo-
sa que fecisti deformis irruebam
mecum eras et tecum non eram. Vo-
casti et clamasti et rupisti sur-
ditatem meam. choruscasti et splen-
duisti et fugasti cecitatem meam.
fraglasti et reduxisti reduxisti
spiritum meum et anhelo tibi. Gustavi
et esurio et sitio te. tetigisti me
et exarsi in pacem tuam. Cum autem a-
marissime fleret audivit vocem
dicentem sibi. Tolle tolle tolle lege
aperuitque statim codicem apostoli
et coniectis oculis ad primum capitu-
lum legit. Induimini dominum ihesum
xpistum. Et statim ab eo tenebre
omnis dubietatis diffugi-
erunt. Interim autem tam vehe-
mentissimo dentium dolore torqueri

cepit ut se sicut ipse ait ad creden-
dam opinionem cornelij philozo-
phi perduceretur. qui summum bonum
anime in sapientia. summum vero bonum cor-
poris in nullum senciendo dolorem
posuit. Tam vehemens autem
ille dolor fuit quod etiam loquelam
amisit. Quo circa ut in libro confess.
refert in tabulis ceris scripsit
ut omnes pro eo orarent ut dolorem
illum dominus mitigaret. Ipse igitur cum
aliis genua flexit. et subito sa-
natum se sensit. Insinuavit igitur
per litteras sancto viro ambrosio votum
suum ut moneret quid sibi de libris
sacris legendum esset quo aptior
fieret fidei xpiane. At ille iussit
ysayam prophetam. eo quod evangelij
et vocacionis gencium prenuncia-
tor aperior videatur. Cuius
principium cum augustinus non intel-
ligeret totumque aliud tale esse ar-
bitraretur distulit ut illud rele-
geret cum in scripturis sacris magis
exercitatus esset. Adveniente
vero paschali tempore augustinus
cum esset annorum triginta cum filio
suo adeodato puero valde in-
genioso quem augustinus in sua a-
dolescencia cum adhuc gentilis
et philosophus esset genuerat. ut non
et cum alipio amico suo me-
ritis matris et predicatione ambro-
sij. sacrum baptisma suscepit.
Tunc sicut fertur. Ambrosius
Te deum laudamus intonuit et augus-
tinus Te dominum confitemur respondit.
Et sic ipsi duo hunc ymnum
alternatim composuerunt et usque in
finem decantaverunt. Augustinus autem
in fide catholica mirabiliter con-
firmatus spem omnem quam habebat

pom

in seculo delicias et stolas quas regebat abrenunciaverunt. Quanta autem dulcedine divini amoris extunc ferveret, ipse hoc in libro confessionum aperit dicens: Sagittaveras tu cor meum caritate tua et gestabam verba tua transfixa in visceribus et exempla servorum tuorum quos de nigris lucidos, de mortuis vivos feceras, congesta in sinum cogitationis mee urebant et assumebant grave torporem. Et ascendenti a convalle plorationis et cantanti canticum graduum dederas sagittas acutas et carbones vastatores. Nec saciabar in illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilii divini super salute generis humani. Quantum flevi in ymnis et canticis tuis suave sonantis ecclesie vocibus commotus acriter. Voces ille influebant auribus meis et eliquabatur veritas tua in cor meum et currebant lacrime et bene mihi erat cum eis. Tunc enim in ecclesia mediolanensi hic cantus institutus est. Et clamabam clamore alto cordis mei: O in pace, o in idipsum, o qui dixit: dormiam et sompnum capiam. Tu es enim idipsum quod non mutaris et in te requies obliviscens laborum omnium. Legebam totum psalmum illum et ardebam, qui fueram latrator amarus et cecus adversus litteras de melle celi mellitas et de lumine tuo luminosas et super scripturas huiusmodi tabescebam. Ihesus Christe adiutor meus, qua suavitate subito factum est mihi carere suavitatibus nugarum mearum et quas amittere metus fuerat iam dimittere gaudium erat. Eiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas. Eiciebas et intrabas pro eis omni voluptate dulcior sed non carni et sanguini, omni luce clarior sed omni secreto interior, omni honore sublimior sed non sublimibus in se. Post hec assumptis Nebridio et Evodio et matre ad Affricam remeabat. Cum autem essent apud Hostiam Tyberianam, pia mater eius defuncta est. Post cuius mortem reversus est Augustinus ad agros proprios. Ubi cum hiis qui sibi adherebant ieiuniis et orationibus deo vacabat, libros scribebat et indoctos docebat. Fama autem eius ubique diffundebatur et in omnibus libris suis et actibus admirabilis habebatur. Refugiebat autem ad aliquam civitatem accedere que episcopo careret, ne in pontificali officio impediri contingeret. Eodem tempore apud Ypponem erat quidam vir magnus qui Augustino mandavit quod si ad eum accederet et verbum dei ex ore suo audiret, seculo renunciare posset. Quod Augustinus ubi audivit, concito illuc gressu intendit. Audiens autem Valerius Ypponensis episcopus famam eius per plurimum volitantem, in ecclesia sua presbyterum ordinavit eum nullis eidem lacrimas suas superbe interpretantibus et tamquam eum consolantibus et dicentibus quia etsi locus presbyterii licet ipse maiori dignus esset appropinquaret episcopatui. Qui statim monasterium clericorum instituit et cepit vivere secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam. De cuius monasterio fere decem episcopi sunt electi. Et quia predictus episcopus erat grecus et minus in latina lingua et litteris doctus, Augustino potestatem tribuit ut contra morem orientalis ecclesie predicaret

Unde tamen nihil episcopi derogaret ille
deberi non curabat dummodo per eum fieret
quod per se fieri non valebat. Eodem tempore
fortunatum episcopum presbiterum maniche
um et alios hereticos precipue re-
baptizatos donatistas et maniche
os convicit abstulit et fugavit. Sep
autem senex Valerius formidaret ne
sibi Augustinus tolleretur et ab alia ci
vitate in episcopum peteretur. Nam sibi aliquando
ablatus fuisset nisi eum ad locum secre
tum transire curasset. Ita ut a quere
ri minime potuisset. Impetravit
igitur ab archiepiscopo carthaginensi
ut ipse cederet et augustinus yppo
nensis ecclesie in episcopum promoveretur. Quod
cum hoc augustinus omnimode recu
saret compulsus tamen et coactus
succubuit et consecratus curam susce
pit dolens quod in se postea fieri non
debuisset ut suo vivente episcopo ordi
naretur et dixit et scripsit propter concilii
universalis prohibitionem quam postmo
dum ordinatus didicit. Hoc quod
sibi factum esse doluit aliis fieri nolu
it. Unde etiam sategit ut in gali
is episcoporum constitueretur ut omnia statu
ta patrum ordinandis deberent
ab ordinatoribus intimari. Ipse autem
de se dixisse postmodum legitur. In
nulla re in deum sentio sic iratum
sicut in hoc quod cum non essem dignus po
ni ad remum posuit me ad am
plustre. In aspectu regiminis ecclesie ves
timenta eius et calciamenta et orna
menta alia non nitida nimium nec
abiecta plurimum sed ex moderato et
competenti habitu erant. Ipse enim de se
dixisse legitur. Fateor de preciosa ves
te erubesco. Et ideo cum datur mihi
vendo eam. Et quia vestis non potest es
se communis precium sit commune. Mensa fruga
li et parca usus est et tamen inter olera

et legumina propter infirmos et
hospites plerumque carnes habebat.
In ipsa autem mensa magis lectionem
vel disputationem quam epulationem
diligebat. Et contra pestem detrac
tionis in ea sic scriptum habebat. Quis
quis amat dictis absentum rodere
vitam hanc mensam indignam no
verit esse sibi. Nam et aliquando cum
quidam sibi familiarissimi episcopi ad
detractionem linguam laxassent. Ad
dure eos redarguit ut diceret
quod nisi desisterent aut versus ip
sos aut a mensa recederet. Et
Quadam vice cum quosdam suos
familiares ad prandium invitasset
unus illorum curiosior ceteris coqui
nam ingressus est. Cumque omnia frigi
da reperisset reversus ad augustinum
interrogavit quid ciborum pransuris
ipse pater familias parasset. Cui
Augustinus nequaquam talium epula
rum curiosus inquit. Et ego
vobiscum nescio. Tria ab beato am
brosio se didicisse ait. Primum
quod uxorem alicui nunquam peteret
secundum quod militare volentem ad
hoc non commendaret. Tercium quod ad
convivium invitatus non iret.
Causa primi est ne illi inter
se non convenientes ei maledi
cant. Causa secundi est ne mili
tantes calumpniam exerceant et
in eum aliqui culpam refundant. Cau
sa tercii ne forte temperantie
modum perdant. Tante autem
puritatis et humilitatis fuit
ut ipsa etiam minima peccata que
apud nos nulla vel minima
reputantur illi confessione deo
confitebatur et de hijs coram deo et
domino humiliter se accusabat. Unde
ibidem accusat se deo quod cum

puer esset ludebat ad pilam cum
ad scolas ire deberet Item de eo
quod nolebat legere vel ad discere
nisi vi parentibus vel magistro urge-
retur. Item de eo quod fabulas po-
eticas sicut fabulam Enee cum ad
huc esset puer libencius legebat
et dydonem mortuam propter amorem
plorabat Item de hoc quod de cella-
rio parentum vel mensa aliqua fura-
batur ut pueris ludentibus daret
Item de eo quod in ludo puerorum frau-
dulentas victorias exercebat.
Item de eo quod pira de quadam arbo-
re vicina vinee sue cum adhuc
esset annorum xvj furatus fuit.
In eodem eciam libro accusat se de
ipsa modica delectacione quam
aliquando in comedendo senciebat
dicens Hoc me docuisti ut quem-
admodum medicamenta sic ali-
menta sumpturus accedam Sed
dum ad quietem sacietatis ex indi-
gencie molestia transeo In ipso tran-
situ insidiatur michi laqueus concupi-
scencie. Ipse enim transitus voluptas est et non
alius quo transeat. quo transire cogit
necessitas. Et cum salus sit causa
edendi et bibendi adiungitur se
tamquam pedissequa periculosa io-
cunditas et plerumque preire conatur
ut eius causa fiat quod salutis causa me
fieri vel dico vel volo. Ebrietas
longe est a me miserebis ne
appropinquet michi crapula autem non-
numquam surrepit servo tuo miserebis
ut longe fiat a me. Et quis est
domine qui non rapiatur aliquantulum
extra metas necessitatis. quisquis
est ille est magnus est magnificet
nomen tuum ego autem non
sum quia homo peccator sum. Habet

etiam se suspectum de olfactu dicens
De illecebra odorum non satago
nimis cum absunt non requiro.
cum assunt non respuo paratus eis
etiam semper carere. Ita michi videor forsi-
tan fallor. nemo enim securus
debet esse in ista vita que tota temp-
tacio nominatur. ut quis qui fieri potu-
it ex deteriori melior non fiat ex
meliori deterior. Item de auditu
confitetur dicens Voluptates au-
rium tenacius me implicaverant
et subiugaverant sed resol-
visti et liberasti me. Cum michi ac-
cidit ut me amplius cantus
quam res que canitur moveat pe-
naliter me peccare confiteor
et tunc mallem non audire can-
tantem. Accusat etiam se de visu
sicut de eo quod aliquando nimis libe-
ter vidit canem currentem et de eo
quod per agrum casu transiens vena-
cionem libencius prospexit. Et de eo quod
domi existens araneas muscas
suis retibus capientes nimis
attente conspexit. Ideo autem de
hiis coram domino confitetur. Ut ibidem
dicit. quia aliquando hoc ab omnibus
meditacionibus avertit et oraciones
interrumpit. Accusat etiam se de
appetitu laudis et motu inanis
glorie dicens Qui laudari vult
ab hominibus vituperante te non
defendetur ab hominibus iudican-
te te. nec eripietur dampnante
te. Laudatur homo propter aliquod donum
quod dedisti ei et tunc plus gaudet
se laudari quam donum. Temptamur
hiis temptacionibus cottidie sine
cessacione cottidiana fama nostra
est humana lingua. Verumtamen nollem
ut vel augeret michi gaudium cuiusli-
bet boni mei suffragatio omnis

aliem Sed augeret fateor non
possum. Sed vituperatio minuit. Contris-
tor autem aliquando laudibus meis
cum ea laudantur in quibus ego mihi
ipse displiceo, vel etiam bona mi-
nora et levia pluris existiman-
tur quam existimanda sunt. Hereticos
quatenus iste servus validissime confu-
tabat, ita ut ipsi inter se publi-
ce praedicarent peccatum non esse inter-
ficere Augustinum, quem tamquam lupum
occidendum esse dicebant et occi-
soribus omnia sua peccata adeo di-
mittenda asserebant. Multas
ab eis insidias pertulit, ita ut
semel aliquo pergenti in via insidias
ponerent, sed dei providentia itine-
ris errore seductum invenire
non possent. Compauperum semper
memor erat, eisque ex his quae
habere potuit liberaliter exhibe-
bat. Ita et de vasis dominicis propter
pauperes et captivos aliquando
videbatur confringi et conflari et in-
digentibus dispensari. Domum
vel agrum sive villam numquam emere
voluit. Multas etiam hereditates
sibi dimissas respuit, eo quod mor-
tuorum filiis vel propinquis potius
ipsa deberi dicebat. Illis quoque quae
ecclesia possidebat intentus amore
nullo implicatus erat, sed die ac
nocte de scripturis et rebus divinis
cogitabat. Fabricas quoque novas
numquam studium habuit, devitans
in eis implicationem sui animi, quem
semper liberum habere volebat ab
omni molestia corporali, ut libere
vacare posset continue meditationi
et assidue lectioni. Non tamen illa aedifi-
care volentes prohibebat, nisi for-
te immoderate fieri conspexisset. Lau-

dabat quoque plurimum illos quibus mori-
endi desiderium inerat, et super hoc tri-
um episcoporum exempla saepius recita-
bat. Ambrosius enim cum in extremis
esset et rogaretur ut prolongationem
vitae sibi precibus obtineret, respondit:
Non sic vixi ut me pudeat in-
ter vos vivere, nec mori timeo,
quia bonum habemus Dominum. Quod
responsum Augustinus mirabiliter ex-
tollebat. Addebat quoque de alio
episcopo cui cum diceretur eum ecclesiae val-
de necessarium fore, et ideo ad hoc
hinc eum Dominus liberaret, ait: Si
numquam bene, si aliquando, quare non mo-
do? De alio quoque episcopo narrabat Cyp-
rianum referre, quod cum in infirmitate
gravi laboraret, ad hoc sibi sani-
tatem restitui exoraret. Cui iu-
venis speciosus apparens cum in-
dignatione infremuit et ait: Pa-
ti timetis, exire non vultis, quid
faciam vobis? Feminarum nulla umquam
nec etiam germana soror aut fratris
sui filiae quae Deo pariter serviebant
secum habitare permisit. Dicebat enim
quod si de sorore vel neptibus nulla
mali posset oriri suspicio, tamen
quia tales personae sine aliis ne-
cessariis esse non possent, et ad
eas etiam aliae devenirent, ex
illis possent infirmiores aut
humanis temptationibus commoveri
aut certe malis hominum suspicio-
nibus infamari. Numquam cum
muliere solus loqui volebat
nisi secretum aliquid interesset. Con-
sanguineis sic benefecit, non ut
divitias haberent, sed ut aut
non aut minus egerent. Ad eos pro
aliquo fratribus aut ubicumque inter-
cedere nolebat, recolens quendam

ipsum in contemplatione summe e-
ternitatis multa non prestitisse. Et
sepe dicebat plerumque potius
que petitur premit. Cum autem id
faciebat sic stilum temperabat
ut honerosus non esset sed me-
reretur urbanitate dictaminis
exaudiri. Volebat potius inter
ignotos quam inter amicos
causas audire dicens. Quia inter
illos poterat libere quem vellet eligere
et unum ex hiis amicum esse futu-
rum per quem scilicet iusticia medi-
ante sententiam daret. Ex amicis
non esse unum perditurum contra quem
proferret sententiam. Multis ecclesiis
invitabatur et ibi verbum domini pre-
dicabat et multos ab errore
convertebat. Aliquando a proposito di-
gressionem in predicatione facere con-
sueverat. et tunc dicebat deum
hoc ad profectum salutis alicuius
ordinasse sicut in quodam mani-
cheo negotiatore patuit qui in qua-
dam predicatione augustini ubi ipse
digressionem faciens contra hunc
errorem predicavit conversus fuit
¶ Eo tempore cum goti romam cepissent
ydolatre et infideles christianis
plurimum insultabant. ideo au-
gustinus librum de civitate dei compo-
suit in quo iustos in hac vita
debere premi impios autem florere
ostendit. Ubi de duplici civitate
scilicet ierusalem et babilonia et earum
regibus ait. Quia rex ierusalem
christus rex babilonie dyabolus.
Quas duas civitates ut ibidem
dicit duo amores fabricaverunt.
Quia civitatem dyaboli construit amor
sui crescens usque ad contemptum
dei. Civitatem dei amor dei crescens
usque ad contemptum sui. ¶ Huius diebus
autem eius anno scilicet domini cccc xl
Wandali totam affrice provinciam
occupaverunt vastantes omnia non
parcentes sexui ordini nec eta-
ti. Post hec autem ad yponensem
civitatem venerunt et ipsam manu
valida obsederunt. Sub hac tribu-
latione augustinus pre ceteris sue se-
nectutis amarissimam et lugubrem
duxit vitam. Fuerunt eius lacrime
cibus panes die ac nocte cum
alios videret occisos alios ef-
fugatos ecclesias sacerdotibus vi-
duatas civitates cum incolis
dissipatas. Inter tot tamen mala
cuiusdam sapientis sententia se con-
solabatur dicentis non erit magnus
magnus putans quod cadunt
ligna et lapides et moriuntur
mortales. Convocatis autem
fratribus dixit eis. Ecce rogavi
dominum ut aut nos ab hiis pericu-
lis eruat aut patientiam tribuat
aut me de hac vita suscipiat
ne tot calamitates videre com-
pellar. Et ecce tertium quod petivit
obtinuit. et tertio obsidionis
mense febribus laborans lecto
decubuit. Intelligens autem dis-
solutionem sui corporis imminere
septem psalmos penitentiales sibi scribi
fecit ipsos contra se in pariete
positos lecto decumbens legebat
et ubertim ac iugiter lacrimas
fundebat. Et ut deo vacaret li-
berius et eius intentio a nullo im-
pediri posset ante decem dies
sui exitus nullum ad se ingre-
di precepit nisi cum medicus

ingredet' vl' cu b' refectio por
taret. Quida aut eger ad
eu uenit et ut b' manu impo
neret ab infirmitate curaret
ipm instant' rogauit. Cui au
gustin' rndit. Quid e h' fili
q loqueris. putas q si tale
quid facere possem in h' ipm
no conferrem. Ille aut instabat
asserens b' i uisione preceptu
esse ut ad eu accederet et sanitate
reciperet. Uidens augustin' fide
eius p eo orauit et sanitate
recepit. Energumenos multos
curauit et plura alia miracla
fecit. In libro xxij de ciuitate
dei duo miracula de se tanqua
de quoda alio refert dicens
Sponsam quandam virgine scio
que cu se oleo perunxiss cui p
illa orans psbit' lacrimas su
as instillauat mox a demone
fuisse liberatam. In eodem etiaz
libro sic ait. Scio etia epm
semel p adolescente q no uidit
orasse. illuq3 illico demonio
caruisse. Nulli aut dubiu ui
det' quin de se loquat'. s3 hu
militatis causa se ipm noluit
noiare. In eode quoq3 lib' de
ciui te dei ait q cu quidam i fir
mus incidi deberet. et de ei' mor
te ob incisione plurimu timet'.
cu infirmus cu multis lacrimis
deu exorasset. cu eo et p eo aug'
orauit. et sine aliqua incisione
integra sanitate recep'. De
mu dissolucoi corpis appin
quans h' memoriale docuit mul
tu videlicet hoiem qntucuq3 ex
cellentis meriti sine qfessione
et eukaristia debe transire. ad ex
nu aut hoam veniens melle

omnibus sui corpis i columis in
tegro aspectu atq3 auditu anno
etatis sue lxxvj. epatus vero
sui xlv. coram positis fribus
et orantibus migrauit ad dnm
Testamentu nullu fecit qa unde
faceret paup xpi no habuit. Itaq3
augustin' sapie lumine pfulgidu
ppugnaculu virtutis et fidei
munimentu omes ecce doctores
tam ingenio qua scia vicit in
copabilit' florens tam exeplis
virtutu qua affluencia doctrinaz
Unde et btus remigius scom
mi' et quosda alios doctores qme
morans sic pclud'. Hos omes
augustin' ingenio et scia sua vi
cit. Nam licz ieronimus sex milia
volumina origenis se legisse
fateat'. iste tn tanta scripsit ut
no solu diebus ac noctib' scribe
libros ei' qs no possit. sz nec
legere quide valeret. Volusi
anus aut ad augustinu epistolas
scripsit sic de eo dicit. Legi deest
deest. quidqd augustin' ignorat
ignorare. Ieronimus etia i lib'
de xij doctoribus sic de eo scrib'.
Augustin' epus uolans p mon
tiu cacumina qsi aquila. et ea
que sunt i montiu radicibus
qsiderans. multa celoz spacia
terraruq3 situs et aquaz cir
culu claro sermone pnunciat.
Denique i quanta eu reuerencia
et dilecione ieronim' habuit pa
tet i eplis quas eide misit.
in una earu sic dicit. Dno sco
ac btissimo pri augustino Jero
nim'. omi quidem tpe btitudi
ne tua eo quo decz honore
ueneratus sum. et habitantem
inte dilexi dnm saluatorem. s3
nunc si fieri pt cumulo aliq

addimus et plena implemus ut
ut absque nobis tui intentione magna
quidem hora perire patiamur. Idem
in alia epistola ad eundem. Absit autem
ut aliquid de libris beatitudinis tue
audeam attingere. Sufficit enim
michi mea placere et aliena non
carpere. Gregorius quoque in epistola
ad innocentium affrice prefectum
de eius libris sic ait. Quod
exposicione sancti iob nobis trans-
mitti voluistis vestro studio con-
gaudeamus. Sed si delicioso cupi-
tis pabulo saginari beati augus-
tini conprovincialis vestri opuscula
legite et ad comparationem illius simi-
laginis nostrum furfurem non que-
ratis. Prosper insuper quidem in tercio
libro de vita contemplativa sic
de eo dicit. Sanctus augustinus episcopus
acer ingenio suavis eloquio
secularis litterature peritus in
ecclesiasticis laboribus libris
oppositus in cottidianis dispu-
tacionibus clarus in omni sua ac-
tione compositus in questionibus
solvendis acutus in convincendis
hereticis circumspectus in expos-
tione fidei nostre catholicus in ex-
planandis scripturis canonicis
cautus. Hugo quoque sic de eo scribit.
Augustinus hic est validissimus malleus
hereticorum. Post hec autem cum bar-
bara gens terram illam occupasset
sed et sancta loca prophanaret fide-
les corpus sancti augustini tollentes
et ipsum in sardiniam transtulerunt
Transactis autem ab eius obitu
annis cc. lxxx. liutprandus de-
votus longobardorum rex au-
diens sardiniam a sarracenis
depopulatam sollempnes nuncios
misit ut doctoris sancti

reliquias papiam deferrent. Qui
magno precio dato corpus sancti au-
gustini tulerunt et ipsum usque ia-
nuam deportaverunt. Quod devotus
rex audiens usque ad predictam civi-
tatem cum magno gaudio eidem
obviavit et venientem excepit.
Cum autem mane vellent corpus
deducere nullo modo de loco moveri
potuit donec rex votum emisit
quod si se inde deduci permitteret ibi-
dem in suo nomine ecclesiam fabricaret.
Cum autem votum fecisset statim sine omni
difficultate inde deductum est.
Rex autem quod voverat implevit et
ibi in honorem sancti augustini ecclesiam
fabricavit. Idem miraculum
die sequenti in quadam villa episcopatus
terdonensis que dicitur casselle contigit.
et eodem modo ibidem in honore sancti au-
gustini ecclesiam construxit. Insuper
villam ipsam cum omnibus suis
appendiciis concessit servientibus
ecclesie sancti augustini perpetuo possidendam.
Quia vero rex videbat sancto complacere
in suo nomine ecclesia fieret ubicumque
mansisset timens ne aliquo loco
quam ubi desiderabat locum sibi
eligeret in omni loco ubi de nocte
hospitabatur in honore ipsius ecclesiam
construebat. Sicque cum magno
gaudio papiam deductum et in
ecclesia sancti petri quod aureum celum
dicitur honorifice collocatur. Quidam mo-
lendinarius quidam in beatum augustinum s-
pecialem devotionem habens cum quan-
dam infirmitatem que dicitur flegma
salsum in tybia pateretur beatum augustinum
devote in sui adiutorium invoca-
bat. Cui per visionem sanctus augustinus
apparuit et tybiam manu palpans
integre restituit sanitati. Qui
excitatus se liberatum invenit et
deo et beato augustino gratias red-
didit. Quendam puerum cum
vicio lapidis pateretur et de consilio

mediccorum iudicio deberet mori
pueri mortis. Sed timens pre cunctis
beati Augustini devote in suum
puerum subsidium invocavit. Et tan-
tum per fusam orationem puer lapi-
dem cum urina emisit et plena
sanitate recepit. ¶ In monas-
terio quod Elimosina dicitur monachus
quidam in vigilia sancti Augusti-
ni raptus in spiritu vidit nubem
splendidam celitus elapsam
et super nube Augustinum sedere
pontificalibus insignitum. Cuius
oculi quasi duo solis radii totam
illam ecclesiam illuminabant et odor in-
de nimius exalabat. ¶ Idem
quoque beatus dum quadam vice
in matutinis existens aliquantulum
obdormivisset et de quodam trac-
tatu Augustini lectiones legerentur
vidit quendam pulcherrimum iuve-
nem ibi stantem, de cuius ore tan-
tus in habundantia aquarum impe-
tus exalabat quod totam illam ecclesiam vi-
deretur replere. ¶ Et Augustinum esse
non dubitatur qui fonte doctrine to-
tam ecclesiam universam irrigavit.
¶ Quidam sanctum Augustinum valde
diligens monacho custodi cor-
poris sancti Augustini pecuniam mag-
nam dedit ut sibi sancti Augustini unum
digitum daret. ¶ Et ille accepta
pecunia digitum cuiusdam mor-
tui sericeis involutum sibi
tribuit simulans esse digitum
Augustini. ¶ Quem ille reverenter
accipiens semper devotissime
adorabat et ori oculisque
apponens crebro pectori astrin-
gebat. ¶ Cuius fide deus intuens
digito illo proiecto unum digitum

sancti Augustini tam mirabiliter quam
misericorditer sibi dedit. ¶ Qui cum repa-
triasset et multa ibi miracula fi-
erent, fama usque papiam dela-
ta est. ¶ Et cum predictus monachus
assereret quod cuiusdam mortui di-
gitus esset, sepulcrum aperue-
runt et unum deesse de eius digi-
tis invenerunt. ¶ Unde abbas re-
cognita monachum ab officio depo-
suit et dure afflixit. ¶ Apud Bur-
gundiam in monasterio quod dicitur Fonta-
netum erat quidam monachus
Hugo nomine sancto Augustino val-
de devotus qui in eius desiderio
scriptis miro pascebatur. Qui
etiam crebra supplicatione roga-
verat ut ipsum ex hac luce migra-
re non sineret nisi in die sue sacra-
tissime sollempnitatis. ¶ Ante igitur
xv. dies ante festum eiusdem sancti ce-
pit duris ~~[illegible]~~ febribus estu-
ari ut in vigilia ipsius sancti humi
tamquam moriens poneretur. ¶ Et ecce
plures decori et fulgentes viri
amicti albis ecclesiam dicti monas-
terii processionaliter intraverunt
quos sequebatur idem reverendus
pontificalibus insignitus. ¶ Qui-
dam autem monachus in ecclesia con-
sistens hec videns obstupuit
et qui nam essent vel quo pergerent
inquisivit. ¶ Cui unus eorum dixit
ipsum sanctum Augustinum esse cum suis ca-
nonicis qui ad devotum suum mo-
rientem pergeret ut eius animam ad reg-
num glorie deportaret. ¶ Post hoc
illa reverenda processio in firma-
riam ingreditur ubi cum aliquam-
diu mansissent sancta illa anima car-
ne soluta est. ¶ Quam dulcis ami-
cus et ab hostium insidiis securam
reddidit et in celi gaudia in-

troduxit. Legitur eciam quod dum
aliquando augustinus in camera
vinet et quedam relegeret
ante se transire conspexit de-
monem librum humeris baiu-
lantem. quem ab eo protinus adiu-
ravit ut que ibi scripta lateant
sibi pandat. Qui peccata hominum
ibidem scripta esse asserit que
undecumque colligit et reponit
Moxque ei precepit ut si aliquid pec-
catorum suorum ibi scriptum retine-
ret sibi legendum continuo mani-
festaret. Ostenso autem loco nichil
ibi scriptum repperit nisi quod quadam
vice completorium ex oblivi-
one dimisit. Precipiensque
dyabolo ut suum prestoleretur adven-
tum ecclesiam est ingressus et comple-
torium devote dixit et solitas o-
raciones peregit. Rediensque dixit
ei ut predictum locum sibi ostendat
iterum relegendum. Qui dum acre li-
bro involveret et tandem locum
invenisset iratus dixit. Turpi-
ter me decepisti penitet me
quod librum meum tibi ostendi quia pec-
catum tuum oracionum tuarum virtute
delesti. Et hiis dictis confusus
evanuit. ¶ Cum quedam mulier
a quibusdam maliciosis iniuriam
pateretur. Illa ad beatum augus-
tinum accessit ut sibi ab eo consili-
um imploraret. Que cum ipsum
studentem invenisset et cum reve-
renter salutasset ille nec ad eam
respexit nec quicquam sibi respondit. Co-
gitans illa quod forte ob nimiam
sanctitatem in faciem mulieris nollet

intendere. propius accessit et nego-
cium diligenter exposuit. Sed ille
nec se ad eam convertit nec responsum
aliquod sibi dedit. Sicque illa cum mag-
na tristicia recessit. Altera autem
die dum augustinus missam celebra-
ret et dicta mulier interesset post
elevacionem corporis rapta in spiritu vi-
dit se positam ante tribunal sanctissi-
me trinitatis. Ibi vidit augustinum
facie inclinata de trinitatis gloria
attentissime et subtilissime dispu-
tantem. Factaque est vox ad eam dicens
Cum ad augustinum ivisti ille de
trinitatis gloria attentissime dis-
putabat. et ideo quod ibi fueris peni-
tus non advertit. Sed ad eum secure
redeas quia et eum clementem invenies
et consilium salubre reperi-
es. Quod cum fecisset augustinus
eam benigne audivit et consilium
salubre donavit. ¶ Cum quidam
papiensis a marchione male-
spine detineretur in carcere ab eis
omni potu est penitus interdictus
ut posset ab eis magna pecunia
extorqueri. Unde plerique iam spiritum
exalabant plerique non urinam suam
bibebant. Erat quidam iuvenis in-
ter eos qui beatum augustinum devo-
cione magna colebat ipsumque in suum
adiutorium invocavit. Tunc circa
noctis medium sanctus augustinus pre-
dicto adolescenti apparuit et eius
manum dexteram apprehendens
usque ad flumen gravalonem ipsum
perduxit. Ibique cum folio vitis in aquam
madefacto sic eius linguam refrigera-
vit ut qui urinam bibere cuperet
de potu nectaris non curaret. ¶
Prepositus autem cuiusdam ecclesie.

i btm augustinum magna deuo
cionem hns cum per tres annos gra
uem infirmitatem incurrisset ita
ut de loco surgere non ualeret
Adueniente sollempnitate beati augusti
ni iam in eius vigilia aduespe
ras pulsaretur ad rogandum sanctum
augustinum tota deuocione contulit
Cui in albis augustinus apparens eidem
excitato proprio nomine dixit Ecce
assum tociens ate uocatus Surr
ge cito et celebra in officium
vespertinum Qui sanus surgens
cunctis stupentibus ecclesiam intrauit
et officium deuote peregit ¶ Cum
cuidam pastori secum ulcus inter
scapulas ortum esset adeo morbus
inualuit ut iam totus esset viribus
destitutus Qui cum ad sanctum augustinum
preces emitteret · eidem augustinus in vi
su apparuit et super locum infirmum ma
num ponens perfecte eum sanauit
Idem quoque vir precedente tempore oculorum
lumine e priuatus · Qui cum sanctum au
gustinum sedule inuocaret quadam
die circa meridiem eidem apparuit
et oculos manibus suis tergens
pristina eis restituit sanitatem
¶ Circa annum domini · d · ccc°· xij· vi
ri quidam grauiter infirmi numero
plus quam · xl · tam de germania et gal
lia romam ibant ad limina apostolorum
visitanda Quorum quidam scamnis
in terra trahi se uehentes · alii cum
baculis se sustentantes · alii pri
uati oculis post alios se trahe
ntes · Alii contractis manibus et pe
des habentes pergebant Qui mon
tes transcendentes ad locum qui dicitur car
bonaria peruenerunt Cum autem
ad locum qui cana dicitur aduenissent
qui tribus miliaribus a papia distat
Scaus augustinus pontificalibus indutus
de quadam ecclesia in honore sanctorum
cosme et damiani constructa eg
rediens eisdem apparuit · eosque sa
lutans quo tenderent requisiuit
Qui cum ei quo tenderent indicassent
adiecit Ite papiam et de ceno
bio sancti petri quod dicitur celum aureum
introgate et ibi mox habebitis
quam optatis Qui cum eo deno
mine interrogasset ait Ego sum
augustinus quondam yponensis ciuita
tis episcopus Statimque ab oculis
eorum euanuit Illi autem papiam
pergentes cum ad dictum monasterium
peruenissent et ibidem corpus sancti au
gustini requiescere didicissent ce
perunt omnes uoces leuare · ac
unanimiter conclamare Sancte
augustine adiuua nos Ad quorum
clamores ciues et monachi excitati
ad tam grande spectacu
lum confluebant Et ecce neruo
rum distensione sanguis multus
cepit effluere ita ut ab introitu
cenobii usque ad tumbam sancti augustini
tota terra sanguine videretur resper
sa Cum autem ad sepulcrum sancti
augustini uenissent omnes sani
tati sunt integre restituti · ac
si nulla in eorum corporibus lesio
extitisset Ceperunt extunc sancti augustini
fama crebrescere et multi de longinquis
regionibus ad eius tumulum adue
nire Qui omnes sanitatis
beneficia reportantes sue sa
lutis pignora relinquebant ¶
Factum quoque est ut tanta predictorum pe
regrinorum fuit multitudo ut inde
totum oratorium sancti augustini et
porticus plena essent ita ut
eundi et redeundi impedimentum

non modicum gravaret. Quam apud monachum necessitate compulsi eam inde removeri fecerunt. Notandum quod cum tria sint que a mundanis hominibus appetuntur, scilicet divicie, delicie et honores, ubi iste sanctus tante perfectionis fuit quod ipse divicias contempsit, honores respuit, voluptates abhorruit. Quod enim divicias contempserit ipse testatur in libro soliloquiorum ubi ratio interrogat eum dicens: Divicias nullas cupis? Et respondet Augustinus: Hec quidem non nunc primum. Nam cum triginta annos agam, quatuordecim fere anni sunt ex quo ista cupere desiti nec aliud in hiis preter necessarium victum cogitavi. Prorsus unus Ciceronis liber mihi facile persuasit nullo modo appetendas esse divicias. Quod autem honores respuerit in eodem libro testatur, ubi ratio eum interrogat dicens: Quid honores? Et respondet Augustinus: Fateor eos modo ac pene hiis diebus cupere destiti. Voluptates quoque et delicias contempsit et quantum ad concubitum et quantum ad gustum. Quantum ad primum interrogat eum ratio in eodem libro dicens: Quid uxor? Nonne te delectat pulcra, pudica, morigerata, dives, presertim si certus sis nichil ex ea te molestie esse passurum? Et respondet Augustinus: Quantumcumque velis eam depingere atque cumulare bonis omnibus, nichil tam fugiendum quam concubitum esse decrevi. Cui ratio: Non ego quero quid decreveris, sed utrum adhuc allicieris. Prorsus nichil, inquit, tale quero, nichil desidero, etiam cum horrore atque aspernatione talia recordor. Quantum ad secundum interrogat eum ratio dicens: Quid de cibo? Et respondet Augustinus: De cibo et potu, seu de balneis ceteraque corporis voluptate nichil interroges. Tantum ab eis peto quantum in valitudinis opem conferri potest.

De decollatione Johannis

Decollatio sancti Johannis baptiste quatuor de causis instituta fuisse videtur, sicut in libro mitrali de officio invenitur. Primo propter eius decollationem. Secundo propter ossium ipsius crematorum et collectorum. Tertio propter capitis ipsius inventionem. Quarto propter digiti ipsius translationem et ecclesie dedicationem. Et secundum hoc festum istud a quibusdam diversimode nominatur, scilicet decollatio, collectio, inventio et dedicatio. Primo igitur celebratur hoc festum propter ipsius decollationem que hoc modo facta est. Nam ut habetur in hystoria scolastica, Herodes Antipas, filius magni Herodis, Romam proficiscens et per terram fratris sui Philippi transitum faciens cum Herodiade uxore Philippi, et secundum Josephum sorore Herodis Agrippe, secreto pepigit quod in reditu suo uxorem repudiaret et ipsam in coniugium duceret. Quod uxori sue, scilicet filiam Arethe regis Damascenorum, minime latuit, et ideo non expectato viri reditu se ad patrem quantocius festinavit. Rediens autem Herodes Herodiadem Philippo abstulit, et Aretham regem et Herodem Agrippam et Philippum sibi inimicos incitavit. Johannes autem eum de hoc arguebat quoniam

sed legem que interpretat fratris sui
uxorem suo uiuente et nunc habere
licebat. Videns herodes quia iohannes
eum tam dure super hoc redargue-
ret. et quia ob predicationem et bap-
tismum. secundum Josephum magnum po-
pulum congregarat ipsum in carcere
vinclavit. uxori placere cupiens
et sibi subsequentis iohannis dispen-
dium pertimescens. Ipsum autem occidere
noluit sed populum timuit. Deside-
rantes autem predicti herodias et he-
rodes occasionem aliquam invenire
ut iohannem occidere possent videntur
inter se secreto condixisse ut hero-
des natalis sui diem coram pri-
mis galilee suisque principibus ce-
lebraret. et puelle saltanti filie
herodiadis quicquid peteret se sibi
daturum iuramento firmaret. Et
ipsa caput iohannis petente illud sed
propter iuramentum factum eum tribuere
oportet. Sed de iuramento facto se
contristari simularet. Quod enim
hac versutia et simulatione fecerit
videtur innui in historiis scolasti-
cis ubi sic dicitur. Credibile est quod
herodes cum uxore de nece iohannis
chie. greg[orius]. Bn[er]h[ardus]. cu[m] dyonisio
co[n]cordant. s[e]z i assignac[i]o[n]e me-
die et ultie i duob[us] ordinibus
s[ci]z p[ri]ncipatibus et u[ir]tute dissen-
tire vident[ur]. Greg[orius] e[ni]m et bn[er]h[ardus].
alia[m] [con]sideratio[n]e[m] h[ab]uerut p[ro]ut s[ci]z
media ierarchia accipit[ur] penes
p[re]latio[n]e[m]. ultia penes ministratio[n]e[m].
Prelatio aut[em] i angelis triplex e[st].
P[re]sunt e[ni]m angeli angelicis sp[irit]i-
bus. et hij d[icu]ntur d[omi]nacio[n]es. P[re]sunt
etia[m] bonis ho[m]i[n]ib[us] et hij dicuntur
p[ri]ncipat[us]. P[re]sunt demo[n]ib[us] et hij
dicunt[ur] p[otes]tates et ordo et gradus
dig[n]itatis i hijs patz. Ministeriu[m] aut[em]
triplex e[st] q[uo]dam q[uod] co[n]sistit i opan-
do. q[uo]dam i docendo. q[uo]da[m] i custodi-
endo. aut maiora aut minora p[ri]mu[m]
e[st] u[ir]tutu[m] s[ecundu]m archanglo[rum] t[er]ciu[m]
angelo[rum]. Tercio dr[icitur] victoria
multiplex aut victoria p[ri]mus
archangeli michaelis et ali-
oru[m] angelo[rum] i uenit[ur]. Prima
e[st] qua archangl[us] michael pre-
dat sipontanis h[ab]e[re] mo p[re]stitit
P[ost] aliq[uod] e[ni]m t[em]pus ab inuento
loco neapolite ad huc gentiles
[con]t[ra] sypontinos et beneuentanos
qui q[ui]nquaginta milia[r]ib[us] a sypo[n]-
to distat ordinato exercitu bel-
lare ceperunt. Qui de ep[iscop]i [con]silio
triduo inducias pecierunt ut
ieiunio triduano uacaret et pro-
iu[m] suu[m] michaele[m] i sui auxiliu[m]
i[n]plorarent. Tercia nocte micha-
el ep[iscop]o appar[e]ns p[re]ces dic[it] exaudi-
tas. victoria[m] affutura[m] p[ro]mitt[it]
et q[ua]rta diei hora iub[et] hostib[us]
occurrendu[m]. Quibus occurre-
tibus mons garganus i meso
tremore [con]cutit[ur]. fulgura crebra
uolant. et calligo tenebrosa to-
tu[m] montis cacumine obdux[it]. ita
ut sexcenti viri dea[rum] dicunt[ur]
tam ex ferro hostium qui ex sa-
gittis igneis interirent. Reli-
qui uo[ero] uirtute compta ydola
p[ro]derelinquerunt. Ceronz [con]tinuo
colla xp[ist]iane fidei submiserunt
Secunda victoria o[mn]e q[uam] michael ar-
changlus obtinuit q[uan]d[o] draco-
ne[m] id e[st] luciferu[m] cu[m] omib[us] se-
quacib[us] de celo expul[it].
De quo exponit[ur] illud q[uod] hab[etur]
apoc[alipsis] xii[°] fc[tu]m e[st] p[re]liu[m] magnu[m] i[n] c[e]lo.
Cu[m] e[ni]m lucifer dei equalitate[m]
appetisset archangelus micha-
el celestis exercitus signifer ad-
ueniens ip[su]m luciferu[m] cu[m] suis
seq[ua]cib[us] de celo expulit et i[n] hunc
aere caliginosu[m] usq[ue] ad diem
iudicij retrusit. Non e[ni]m p[er]mis-
su[m] e[st] eis habitare i celo sive in
superiori p[ar]te aeris q[ui]a loc[us] cla-
rus et amenus e[st] n[e]c i t[er]ra no-
biscu[m] ne nimis nos i[n]festaret
s[ed] i aere int[er] celu[m] et t[er]ra[m] ut d[um]
sursu[m] respiciant et uideant glo-
riam q[uam] amiserunt et inde dolo-
rem h[ab]eant. Et cu[m] i[n]ferius [con]spi-
ciunt et uident ho[m]i[n]es illuc ascen-
dere unde ipsi ceciderunt et inde
i[n]uidia torq[ue]ant[ur]. Freq[ue]nt[er] tame[n]
ex diuina dispensac[i]o[n]e ad n[ost]ram
ex[er]citiu[m] ad nos descendunt. Vnde
sic[ut] aliq[ui]bus uiris s[an]c[t]is monstratu[m]
e[st]. frequ[en]ter circa nos uolitant.
sic[ut] musce i[n]numerabiles e[ni]m sunt
et uelud musce totu[m] aerem
repleuerunt. Vnde d[icit] haymo
ut ph[ilosoph]i dixerunt et doctores
n[ost]ri opinant[ur]. Iste ita ple-
nus e[st] demo[n]ibus et malignis
sp[irit]ibus sicuti radius solis

minutissimis pulviseulis
licz tn aut tot sint tn iuxta
sniaz origenis eos exercitu mi
nuimus cu eos vincimus Ita ut
qui ab aliquo sco vio virt' fuit
devictus iste de illo vicio deq'
victus e ipe no ualeat teptare
Tercia victoria e qua angli cot
tidie de demonibus optinet du
pnob contra eos pugnates ab
eoz teptacone nos libant Trib;
aut modis nos ab ipoz tepta
libeant Primo ptatem demonis
refrenado Apoc xx. de angelo
q demone ligavit et i abyssum
misit Et thob' viij de dya' i de
serto supiori religato Quippe mor
um religa' nichil aliud e quaz
ptatis ei refrenatio Scdo opu
piscetiz refrigerado q signatu e
Genes xxxij Ubi dr q angelus
tetigit nuu iacob z statim emar
cuit Tercio mcoria dnice pas
sionis mtis metibus i prucedo
h. signatu e apoc vij ubi dic'
Nolite nocere tre z mari neqz ar
boiby z ezechie ix Signa thau
i frontibus viroz gemenciu z
Thau eni littia admodu crucis
est z qui h. signo signati sut
no timet angelu pcussorz Unde
ibide dr Omne sup que videritis thau
no occidatis Quarta victoria e
qua archangelus michael de an
tixpo hitur q qn ipe occidz Tuc
eni michael pnceps magnus ut
dr daniel xij Consurg; z pelabi
tamq adiutor z ptector cont'
antixpm fortit stab' Deinde
antixps ut dic' glo apoc xiij
sup illud Vidi unu de capitibus
eius occisu z c mortuu se finget
et p biduu latens ptea apparebit
dicens se suscitatu Arte magi
ca fentibus eu demoniby i aera

ascendet et vniusis mirantiby
adorabut eu Tande i monte oly
ueti ascendens ut dic' glo sup
illud ij thes ij Que dns deus
interficiet du stabit i papilione
et i solio suo i illo loco ubi que
dns ascendit michael adueniens
ipm interficiet Degno plio z vic
toria intelligit' sedm greg' illud
q dr apoc xij Factu e pliu i celo mi
chael z c Illud eni aliud de plio i
plio michael exponit' scz de plio
q huit cu lucifero cu ipm de celo
expulit et de plio q ht cu demo
nibus nos infestantiby z de isto.
Tercio het sollepnitas dr de
dicatio eo q h. die pdcm locu
i monte gargano ase dedicatu
fuisse michael archangelus re
uelauit Cives eni sypontani a
cede adusarioz z tam magfica po
titi victoria ad hunc dubitare cepe
runt utru pdcm locu ingredi
ul dedicare deberet Tunc epus
sup his duxit ppam pelagiu
consulendu Qui rndit dicens
Si h. illam eccaz dedicare deberz
h. maxie die quo victoria data
est fieri oporterz Si u eo aliter sco
michaeli placuit ab ipo e sup
h. requirenda volutas Instan
tibus igi' ppa z epo cu ciuibus
triduano ieiunio michael i hac
die epo apparuit dicens No e opus
uobis q ego edificavi dedicare
eam Ipse eni q condidi dedicavi
Precepitq3 ut die sequenti locu
cu pplo ingrediens ipm cu pciby
frequentaret et spalem sibi pro
nu sentiret Deditq3 ei pdce
consecracionis signu ut scz ab
oriente per posterulaz ascende
rent et ibidem uestigia homis
i ipsa marmori i uenirent Hanc

igitur episcopus et universus populus ad
locum venit et introgredientes
criptam magnam et tria altaria inve-
nerunt. quorum duo in australi parte
posita erant. tertium in orientali
venerandum quidem et rubeo pal-
lio tectum crucifixum. Celebratis igitur
ibidem missarum sollempniis. cum
sacram communionem singuli accepissent
omnes ad propria cum immenso gaudio
redierunt. Episcopus autem ibidem sacer-
dotes et clericos delegavit qui iu-
giter divinum officium celebrarent.
In eadem spelunca aqua lucida
et vinum dulce emanat quod post
communionem populus potatur et diverse
egritudines sanantur. Tunc summus
pontifex hiis auditis hunc diem
in honorem sancti michaelis et omnium beatorum
spirituum per totum orbem univer-
saliter statuit celebrandum.
Quarto hec sollempnitas dicitur me-
moria sancti michaelis in qua tamen
sollempniter omnium angelorum me-
moriam agimus et omnes generaliter
honoramus. Debemus eisdem
laudem et honorem impendere multipli-
ci ratione. Ipsi enim sunt custodes nostri
ministratores nostri. fratres et concives
nostri. animarum nostrarum in celum portito-
res. orationum nostrarum apud deum re-
presentatores. regis eterni nobilis-
simi milites. et tribulatorum con-
solatores. Primo igitur debemus
eos honorare quia sunt custodes
nostri. Cuilibet enim dantur duo an-
geli unus malus ad exercitium alter
bonus ad custodiendum. Custodia
enim boni angeli deputatur homini
et in utero et statim post
nativitatem exeunte et semper etiam in corpo-
re adulto. In hoc enim triplici sta-
tu necessaria est homini custodia angeli-
ca. Nam dum parvulus adhuc est in u-
tero potest interimi et dampnari.

Dum non est extra uterum ante adultam
etatem potest a baptismate impediri.
Dum est in adulta etate ad diversa pec-
cata pertrahi potest. Dyabolus enim
in homine adulto rationem seducit
per fallacias. voluntatem allicit per
blandicias. virtutem opprimit per
violenciam. Ideo necesse fuit ut
bonus angelus ad eiusdem custo-
diam deputetur. ut hominem
erudiat et dirigat contra falla-
ciam exortetur et incitet ad bo-
num contra blandicias et defendat
ab oppressione contra violenciam.
Effectus autem angelice custodie
in homine quadrupliciter assigna-
ri potest. Primus est ut proficiat anima
in bono gratie et hoc facit angelus
in anima tribus modis. Primo omne
impedimentum ad bonum removen-
do. hoc signatum est exodi xii. u-
bi angelus percussit primogenita
egipti. Secundo pigritiam excitando
quod signatum est zacharie iiii. Ange-
lus domini excitavit me quasi ho-
minem qui excitatur a sompno.
Tercio in via penitentie ducendo et re-
ducendo quod signatum est thobie
v. In angelo qui eum duxit et re-
duxit. Secundus effectus est ut non
cadat in malum culpe. et hoc facit
angelus tribus modis. Primo
impediendo peccatum futurum ne fi-
at. hoc signatum est numeri xxii. ubi
balaam qui ad maledicendum
israel pergens ab angelo impedi-
tus est. Secundo increpando pec-
catum preteritum ut ab eo recedat.
hoc signatum est iudicum ii. ubi cum
angelus filios israel de prevari-
catione increpasset ipsi eleva-
verunt vocem et fleverunt. Tercio
violenciam inferendo ut a peccato
eripiat hoc signatum est in violen-
ta eductione loth et uxoris de sodoma

nis id est depriti consuetudine
Tercius effectus est si cadat quod post
modum resurgat. Et hoc facit an
gelus tribus modis. Primo mouen
do ad contricionem. hoc signatum est thob.
vj. vbi ad documentum angeli defel
le piscis intelligitur contricio. liniuit pri
oculos scilicet cordis. Secundo purgando
labia ad confessionem quod signatum
est ysa. vj. vbi per angelum labia
ysaye purgantur. Tercio gaude
do ad satisfaccionem. luce. xv. vbi dicitur
quod maius est gaudium in celo super vno
peccatore etc. Quartus effectus est
ne totiens vel in tot mala cadat
quotiens vel quot diabolus machinatur
Et hoc facit tribus modis scilicet potesta
tem demonis refrenando concupis
cenciam debilitando et memoriam
passionis nostris mentibus inprimendo
de quibus supra dictum est. Secundo de
bemus eos honorare quia sunt ministra
tores nostri. Omnes enim sicut dicitur hebr.
j. sunt administratorij spiritus etc. Docet enim
quod nos mittuntur quia superiores ad
medios. medij ad infimos. Infi
mi mittuntur ad nos. Hec autem
missio ostendit bonitatem diuine. In hoc
enim manifestatur diuina bonitas quantum
tum nostram salutem diligat. dum nobi
lissimos spiritus qui ei in tanta caritate
iunguntur dirigit et tamen mittit ad
procurandum salutem nostram. Secundo ca
ritati angelice. cum enim caritatis
ardentis sit maxime desiderare
aliorum salutem. Vnde quidam etiam dixit
ysa. Ecce ego domine mitte me
et angeli possunt nos iuuare
pro eo quod vident nos suo auxilio
indigere et malos angelos nos
inpugnare. Tercio quia ad nos mittantur
lex exigit angelice caritatis. Ter
cio humane indigencie mittuntur
enim angeli ad inflammandum affectum

ad amorem. Vnde in figura huius
legitur missi fuisse in curru igneo
Secundo ad illuminandum intellectum
ad cognitionem. hoc figuratum est apoc. x.
in angelo qui habebat librum apertum
in manu sua. Tercio ad corrobo
randum in nobis omne imperfectum usque
ad finem. hoc signatum est. iij Reg. xix.
vbi angelus portauit helye pa
nem subcinericium et uas aque et
comedit et ambulauit in fortitu
dine cibi illius usque ad montem dei
oreb. Tercio honorandi sunt
quia ipsi sunt fratres et conciues nostri.
Omnes enim electi assumuntur ad or
dines angelorum. Quidam ad superio
res. quidam ad inferiores. quidam ad
medios pro diuersitate suorum meritorum
rum. Licet beatus gregorius super omnes sit. quod
beatus gregorius in omelia sua insinuare
videtur. Nam ut ait sunt non nulli
qui parua capiunt sed tamen hoc nunci
are fratribus non desistunt. Isti in an
gelorum meritum currunt. et sunt qui secre
torum celestium summa capere preualent
et nunciare. hij cum archangelis
sunt. Et sunt qui mira faciunt sig
na et valenter operantur. et hij cum vir
tutibus. Et sunt qui malignos
spiritus uirtute orationis et vi accepte
potestatis fugant. et hij cum potestatibus.
Et sunt qui acceptis uirtutibus electo
rum merita transcendunt et electis
fratribus principantur. et hij cum princi
patibus mutuum sortiuntur. Et
sunt qui sic in semetipsis omnibus
vicijs dominantur ut ipso iure mun
dicie dij inter homines uocentur. vnde
et ad moysen dicitur. Ecce constitui te
deum pharaonis. et hij cum dominationi
bus. Et sunt in quibus velud in throno
no suo dominus residens aliorum facta
examinat per quos dum sancta ecclesia
regitur. plerumque de quibusdam
suis infirmis actibus electi iudi

cant. et hij cū thronis Et sūt
qui dei ac pximi caritate āplius
ceteris pleni sūt. et hij meritoꝝ
suoꝝ sortem int̄ cherubyn me-
ritū acceperūt. qꝛ cherubyn
plenitudo sciē dr̄. et iuxta pau-
lū plenitudo legis ē caritas
Et sᵗ qui supne ɔtēplacōnis
amore accensi ī solo ɔditoris
sui desiderio anhelant Nichil
iā ī hᶜ mūdo cupiūt. solo eter-
nitatis amoꝛe pascūt. t̄rena
quoqꝫ abiciūt. cuncta tēpalia me-
te trāscendūt. et amant ꝛ ardēt
atqꝫ ipō suo ardoꝛe requiescūt
Amādo ardēt. loquēdo accendūt
et quoscūqꝫ u̇bo tangūt. ardere
ɔtinuo ī dei amoꝛe faciūt Quo isti
nisi int̄ seraphyn sortē sue uoca-
cōnis acceperūt Hec greg̃ Et
Quarto honorandi sūt qꝛ ipi sᵗ
aīaꝝ nr̄aꝝ ī celū portitores Et
hᶜ faciūt tpliti mō. Pmo viam
pparando. malach. iij. Ecce ego mit
to angelū meū q̄ ppabᵗ uiā an̄
faciē tuā Scdō p uiā ppatā in
celū baiulando Exod. xxiij.
Ecce ego mitto angelū meū q̄
te custodiet ī uia ꝛ ī ducat ī t̄ra
quā pmisi pr̄ibus tuis Tercio
ī celo collocando Luc. xv. Factū
ē dū moꝛeret̄ mendicꝰ ꝛ portaret̄
ab angelo ī sinū abrahe
Et Quinto qꝛ ipi sᵗ oraciō
nū nr̄aꝝ an̄ deū repntatores Ipi
naqꝫ pmo orōnes nr̄as deo re-
psentant. thob. xij Qn̄ orabas
cū lacrimis et sepeliebas mortu-
os tuos ego obtuli orōnē tuā
dn̄o Scdō ibidem ipi pnob alle-
gant Job. xxxiij. Si fuit p eo
angls loquēs vnū de milib; ut
annūciet homīs equitatē misē-
bit̄ ei ꝰ Ite zach. j. Et r̄ndit
angelus dn̄i dixᵗ Dn̄e exercitūū
usqꝫ quo nō misereberis ir̄lem et
urbiū iuda quibus iratus es.
Iste iā. lxx ꝰ annus ē. Tercio dei
snīam nobis renunciant. dan.
ix. Ubi dr̄ q̄ gabriel ad eū uo
lans dixit Ab exordio pcū tu
arū egressus ē sermo glo. sen
tenciā adeo ꝛ sequit̄. Ego aūt
ueni ut indicarē t̄ qꝛ uir de
sideriorꝫ es De hijs tribus dic̄
biḣ sᵗ canit̄ Discurrit angls
medius ī ter dilcm̄ ꝛ dilcām uo
ta offerēs referēs dona. excitat
istam placat illū Et Sexto qꝛ
qꝛ ipi sūt regis etni nobilis-
simi milites Scdm̄ q̄ dr̄ ī iob
Nūquid ē numerꝰ militū eiꝰ
Sicut aūt uidemꝰ ī militib;
alicuiꝰ regis q̄ quidā continue
semp ī aula regia ɔmorant̄
et regi associant̄. et ad eiꝰ
honorem ꝛ solaciū regi cantant
Quidā aūt ciuitates et castra
regni custodiūt Quidā uero
regis ī imicos expugnat Ita
et hoꝛ militū xp̄i quidā ī au-
la regia scꝫ ī celo empyreo sᵗ
regē regū s̄ associant ꝛ ad eiꝰ
honoꝛ cantica leticie ꝛ glorie sp̄
cantant dicētes Scūs scūs scūs
doꝰ dꝰ Ite Undecimo sᵗ clamabāt
ꝛ supiꝰ dc̄m̄ ē apoc. vij Alij aūt h̄
custodiūt ciuitates suburbanas
et uillas illi scꝫ q̄ nob sᵗ ad cus-
todiā deputati custodientes
scātū u̇ginū ɔtinenciū ɔiugatoꝛ
ꝛ castra religionū ysa.
Sup muros tuos ir̄lm ɔsti
tui custodes et cet̄a Alij uero
dei ī imicos id ē demones ex
pugnat Apoc. xij Factū ē plaiū in
celo id ē scdm̄ vnā exposicōne
ī eccl̄ia militanti michael ꝛ an-
geli eiꝰ pliabant̄ cū dracone.

Septimo et ultimo quia ipsi sunt tribulatorum consolatores Zach. i. Angelus qui loquebatur in me verba bona verba consolatoria. Item thob. v. Forti animo esto etc. Et hoc faciunt tribulatis in omnibus confortando. dan. x. ubi cum daniel corruisset tetigit eum angelus dicens Noli timere pax tibi confortare et esto robustus. Beda ab[?] paciencia conservando ... singulis suis de ... ipsum tribulatorum refrigerando et minuendo ut signatum est dan. iii. ubi angelus domini cum tribus pueris in fornace descendit et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem etc.

De sancto Jeronimo

Jeronimus dicitur a ierar quod est sanctum et nemus quod silva nemoris. vel a ieron quod est lex unde dicitur ierologium a quo iheronimus interpretatur sacra lex. Fuit enim sanctus id est firmus vel mundus vel sanguine tinctus vel sacro usui deputatus. Sicut vasa templi dicebantur sancta quia sacro usui deputata fuerunt. Fuit sanctus id est firmus in bono opere per perseverantie longanimitatem. mundus in mente per puritatem. Sanguine tinctus per dominice passionis meditacionem sacro usui deputatus per scripture sacre exposicionem. Dicitur et nemus a nemore ubi quietus aliquando fuit. et lex propter regulam vivendi disciplinam qua monachos suos ... vel quia sacram legem exposuit et interpretatus fuit. Jeronimus eusebii viri nobilissimi filius fuit ab oppido stridonis quod dalmatie et panonie confinia tenuit extitit oriundus. Hic adhuc puer romam adiit et litteris grecis latinis et hebraicis plene eruditus est. In arte gramatica donatum habuit preceptorem. In rethorica autem victorinum oratorem. In scripturis autem divinis exercebatur die ac nocte et inde hausit avide quod postmodum diu effudit habunde. Quodam vero tempore sicut ipse in epistula ad eustachium proscribit cum de die tullium et de nocte platonem avide legeret eo quod sermo incultus sibi in libris propheticis non placeret. Circa medium quadragesime tam subita et ardenti febre corripitur ut toto iam frigescente corpore vitalis calor in solo pectore palpitaret. Dum quoque exequie funeris pararentur subito ad tribunal iudicis trahitur. et interrogatus cuius condicionis esset. se esse christianum libere confitetur. Ad quem iudex Mentiris inquit Ciceronianus es non christianus. Ubi enim thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Et Jeronimus obmutuit. Et iudex protinus ipsum durissime cedi iussit. Tunc clamavit et dixit Miserere mei domine miserere mei. Tunc qui astabant precabantur ut veniam tribueret adolescenti. Ipse autem domino iurare cepit ac dicere Domine si unquam habuero codices seculares si legero te negabo. In hec igitur iuramenti verba dimissus subito revixit. Tunc lacrimis totum se invenit perfusum et ex verberibus que ante tribunal susceperat scapulas tristes[?] liventes repperit. Tanto autem studio libros divinos exinde legit quanto libros gentilium unquam legerat. Dum autem esset annorum xxix in romana ecclesia cardinalis presbiter ordinatus est. Mortuo autem liberio papa Jeronimus dignus summo sacerdocio ab omnibus acclamatur. Sed dum clericorum et monachorum lasciviam

intrare pateret. Illi nimium indignati ei insidias paraverunt. Nam et vestem muliebrem ut ait Johannes beleth ab eis turpiter est derisus. Nam cum Jeronimus ad matutinas solito more surgeret vestem mulieris quam emuli iuxta lectum posuerant reperit suamque esse credens induit et in ecclesiam sic processit. Hoc autem emuli faciebant ut mulierem haberet in thalamo crederetur. Quod ille videns tante eorum vesanie locum dedit et ad gregorium nazanzenum constantinopolitane urbis episcopum pervenit. Postquam autem ab ipso sacras litteras didicit in heremum perrexit ubi quanta pro christo sustinuit ad eustachium enarravit dicens. Quociens in heremo constitutus et in illa vasta solitudine que exusta solis ardoribus horridum monachis prestat habitaculum putavi me romanis deliciis interesse. Horrebant sacco membra deformia squalida cutis situm ethiopice carnis adduxerat. Cottidie lacrime cottidie gemitus et si quando repugnantem sompnus imminens oppressisset nuda humo vix ossa herencia collidebam. De cibis et potu taceo cum etiam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuria sit. Et tamen scorpionum tantum socius et ferarum sepe choreis intereram puellarum et in frigido corpore et carne premortua sola libidinum incendia pullulabant. Itaque continue flebam ut repugnantem carnem ebdomadarum inedia subiugabam. Diem crebro iungebam cum nocte nec prius a pectoris cessabam verberibus quam adesset redire tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitacionum consciam pertimescebam et mihi iratus et rigidus solus deserta penetrabam. Et ut mihi testis est dominus post multas lacrimas non numquam videbar mihi interesse agminibus

angelorum. Per quadriennium igitur ibidem penitencia sic peracta ad bethleem oppidum remeavit ubi presepe domini sese obtulit permansurum. Bibliothecam autem suam quam summo studio sibi congesserat clausam aliosque libros iterum relegens diem ieiuniis ducebat ad vesperam. Multos autem ibidem discipulos coadunavit et in translacione scripturarum quinquaginta annis et sex mensibus desudavit et usque ad finem vite virgo permansit. Licet autem in hac legenda dicatur quod virgo perstitit ipse tamen de se ita scribit ad pamachium: virginitatem in celo profero non quia habeo sed quia magis miror quod non habeo. Tanta denique lassitudine fatigatus est ut in stratu suo iacens funiculo ad trabem suspenso surgens manibus se levaret ut sic officia monasterii prout poterat exhiberet. Quadam vero die advesperascente cum jeronimus cum fratribus ad sacram lectionem audiendam sederet subito leo quidam claudicans monasterium ingressus est. Quo viso cum ceteri fratres fugerent jeronimus ei quasi hospiti obviavit. Leo igitur pedem lesum ostendit. Vocatis fratribus pedem eius precepit ablui et diligenter plagam eius requiri. Quod cum factum fuisset invenerunt leonis plantam a sentibus vulneratam. Adhibita igitur diligenti cura leo convaluit et omni feritate deposita inter eos domesticum animal habitavit. Tunc jeronimus videns quod non tam pro sanitate sui pedis quam pro eorum utilitate deus eundem leonem misisset de fratrum consilio eidem hoc iniungit officium ut asinum quo deferebant qui ligna de nemore deferebant ipse leo ad pascua duceret et ductum ibidem custodiret. Quod et factum est. Nam iniuncta asini cura ferens omni more pastoris industrii eundo ad pascua socius et cessanter

itineris iure pascendo unde et
eius defensor tutissimus erat. Ve-
runtamen ut se aliorum et asinus so-
litum perficeret operibus consuetis semper
horis cum eo domum rediebat. Qua-
dam vice pascente asino et le-
one graviter soporato mercato-
res cum camelis inde transeuntes
asinum solum viderunt et cum continuo
rapuerunt. Expergefactus itaque leo
et cum socium non inveniret rugiendo
hinc atque illinc ibat. Qui tandem
non inveniens ad portam monas-
terii tristis rediit et intus ut so-
litus erat prae verecundia ingredi
non praesumpsit. Et videntes fratres
quod tardius solito et sine asino
venisset putaverunt quod fame
compulsus asinum comedisset. No-
lentesque annonam ei tribuere consue-
tam dicebant. Vade et reliquam
partem aselli quae tibi remansit
manduca et tuam ingluviem imple.
Haesitantes tamen utrum hoc malum
perpetrasset exierunt ad pascua
si forte aliquod mortis indicium
invenirent et nihil invenientes
reversi hoc Jeronimo retulerunt.
Tunc monitis eius officium asini
leoni iniungunt et ligna caedentes
leoni imponunt. Quod cum leo patienter
ferret quadam die expleto ope-
re ad agrum exiit. Huc illacque dis-
currit desiderans scire quid de suo
fuisset socio factum. Et ecce vidit a
longe negotiatores cum honus-
tis camelis praecedente asino ve-
nientes. Mos enim illi regioni
est ut quando cum camelis longius
gradiuntur cameli ut directius
vadant praecedente et collo funiculum
gestante asinum subsequantur.

Recognito igitur asino leo
cum ingenti strepitu super eos ir-
ruit et omnes homines in fugam conver-
tit. Ac leo terribiliter rugiens
percutiebat fortiter cauda terram
perterritosque camelos sicut erant
honusti ante se ad cellam venire co-
egit. Quod cum fratres vidissent et
Jeronimo nuntiassent ille ait.
Hospitibus nostris fratres karissimi pe-
des abluite escas praebete et
super hoc voluntatem domini expectate.
Tunc leo per monasterium coepit ut so-
lebat laetus discurrere singulorumque fratrum
vestigiis se prosternens et quasi de perpe-
trata quam non fecit culpa cau-
da alludens veniam postulabat.
Jeronimus autem ~~futo~~ futurorum praescius
fratribus ait. Ite fratres et venientibus
hospitibus necessaria praeparate. Adhuc
eo loquente nuntius ad eum venit
annuntians ante fores hospites
adesse qui abbatem vellent videre.
Ad quos cum ille iuisset protinus
illi eius pedibus provolvuntur pro
culpa veniam postulantes. Quos
ille benigne elevans praecepit
ut sua reciperent et aliena non
usurparent. Rogant igitur illi beatum
Jeronimum ut medietatem olei pro
benedictione accipiat. Quibus vix as-
sentiens tandem coactus susci-
pi iubet. Promiserunt autem se an-
nuatim eandem olei mensuram
fratribus ipsis daturos et suis dum
heredibus praecepturos. Cum autem
olim in ecclesia unusquisque caneret quod
volebat Theodosius imperator
ut ait Johannes Beleth Damasum papam
rogavit ut alicui viro docto ec-
clesiasticum officium committeret ordi-
nandum. Ipse igitur sciens Jeronimum
in lingua latina greca et hebr.

yta psrm. et i omni scripturi sermu
eidem offi prdem commisit. Jeronimus
igitur psalterium per ferias distinxit et
unicuique ferie nocturnum proprium assig
nauit. Et gloria patri in fine cuius
libet psalmi dicendum instituit. De
inde epistolas et ewangelia per cir
culum decantandas. ceteraque ad of
ficium pertinencia preter cantum rationabi
liter ordinauit. Misitque illud de
bethleem ad summum pontificem
et ab eo et a cardinalibus fuit mul
tum approbatum et perpetue auctenti
catum. Post hec autem in ore spelunce
in quo dominus iacuit monumentum sibi
construxit. Ubi expletis xcviij
annis et vj mensibus sepultus
fuit. Quanta reuerencia cum
suus augustinus habuit patet in epis
tolis quas ei misit. In una quarum
sic dicit eidem tali modo scribit
Domino dilectissimo et cultu sincerissimo
caritatis obseruando atque
amplectendo Jeronimo augustinus.
Et alibi quoque de eo sic scribit. Sanctus
Jeronimus presbiter grece latino et hebrai
co eloquio eruditus in locis
sanctis atque in litteris sacris usque ad
decrepitam uixit etatem cuius no
bis eloquij ab oriente in occi
dente instar solis lampas
resplenduit. Prosper autem in
suis cronicis de eo sic ait.
Jeronimus presbiter in bethleem toto iam
mundo clarus habitabat egregio
ingenio et studio uniuerse ecclesie
seruiens. Ysidorus uero in libro
ethymologiarum sic ait. Jeronimus trium lingua
rum peritus extitit cuius interpretati
o ceteris ante fertur. Nam et uerbis
tenacior est et perspicuitate sue
clarior ut pote atque a christiano int

prete uerior. In dyalogo quoque se
ueri discipuli sancti martini qui eius coeta
neus fuit sic de Jeronimo scriptum habetur.
Jeronimus preter fidei meritum dotemque
uirtutum non solum latinis atque gre
cis sed eciam hebrayicis ita litteris
instructus est. ut se illi nemo in
omni sciencia audeat comparare. Cui
iugis aduersus malos pugna
erat. perpetuumque certamen. Oderunt
eum heretici quia eos impugnare
non desinit. Oderunt eum clerici
quia uitam eorum insectabatur et crimi
na. Sed plane eum boni omnes ad
mirantur et diligunt. Ita quod eum hereti
cum esse arbitrantur insaniunt.
Totus semper in lectione totus in libris est.
non die non noctu requiescit. aut legit
aliquid semper aut scribit. Hec seuerus.
Ipse de se dicit ad albigense. Tu
a puericia ita uitie conuincere
ut animum tumentem et erectum fran
ueri. Quemquam contra se odia prouo
carem. Ego eciam omnia tutu
ti hospitalitati excorde inter
dimus et omnes ad nos uenientes
preter hereticos leto fronte recipi
mus at uenientium pedes ablu
imus. Et sicut ex hijs uerbis pa
tet et sicut ipse eciam sepe testa
tur multos persecutores et multos de
tractores passus est. Quos tamen perse
cutores quam libenter sustinuit
patet ex eo quod sic dicit in epistola ad
asellam. Gratias ago deo quia dig
nus sum habitus quem odit mundus
maleficium me garriunt sed scio
ad regnum perueniri per infamiam
et bonam famam. Item. Utinam ob
domini mei nomen atque iusticiam
uniuersa me infidelium turba per
sequatur. Utinam in obprobrium meum

solidius exsurgat. Sic mundus
tamen ut mereatur a Christo laudari et
sue pollicitationis sperare merce-
dem. Grata itaque et desyde-
randa temptatio est cuius premium
a Christo speratur in celo. Nec male-
dictio grauis est que diuina laude
remuneratur. Obiit beatus Secundus
anno domini .cccc.lx.

Remigius

Remigius dicitur a remige
qui est nauis ductor vel rec-
tor. Vel a remis quae sunt instrumen-
ta quibus nauis ducitur. et gy-
on luctatio. Ipse enim ecclesiam
gubernauit a periculo naufra-
gii. eam duxit ad portum paradi-
si. pro ea luctatus est contra insidi-
as dyaboli. Remigius regem
et gentem Francorum ad fidem con-
uertisse dicitur. Habebat enim rex uxorem
nomine Crotildem christianissimam que
uirum suum ad fidem nitebatur con-
uertere sed nequibat. Que cum filium
genuisset ipsum baptizare uoluit sed
rex omnino prohibuit. Illa autem
cessare non ualens tandem vix a
rege obtinuit et filium bapti-
zauit. Qui dum baptizatus esset
subito est defunctus. Cui rex
ait. Nunc apparet quia Christus uilis
est deus qui eum per quem fides eius
poterit sublimari in uita conseruare
non potuit. Cui illa. Immo in hoc
a deo meo ualde me diligi sen-
tio quia primum fructum uentris mei ipsum
recepisse cognosco quia regnum
infinitum tuo melius filio meo
est largitus. Concepit iterum
et filium alium peperit quem sicut primum
cum multa instancia baptizari
fecerit. Hic autem subito in firmatus
est quod de eius uita desperatur.
Dixitque rex uxori. Vere debi-
lis est deus tuus quod nullum in suo nomine
baptizatum in uita conseruare potest.
Et si mille genueris et tu eos
baptizaueris omnes similiter peribunt. Hic tamen
puer conualuit et sanitatem recep-
it ita quod post patrem regnauit. Ad fide-
lis mulier virum suum ad fidem redu-
cere conabatur sed ille modis omnibus
resistebat. Qualiter autem ad fidem
conuersus est in alio festo quod est post epy-
phaniam dictum est. Volens autem pre-
dictus rex Lodowicus christianus factus
remensem ecclesiam dotare beato remigi-
o dixit ut quantum circuiret dum ipse in
meridie dormiret ei donaret. Quod
et factum est. Sed cum quidam molendinum
suum haberet infra fines beati remigii
molendinarius ipsum dum circuiret
cum indignatione repulit. Cui dixit
cum mansuetudine beatus Remigius: Amice non sit tibi durum
ut hoc molendinum simul habeamus.
Ad ille ut eum reiecit statim rota
molendini in contrarium uerti cepit.
Clamauitque post sanctum remigium
dicens. Serue dei ueni et habeamus simul
molendinum. Cui ille. Nec tuum nec meum
erit. Statimque se terra aperuit et mole-
dinum penitus deglutiuit. Preui-
dens autem remigius famem futuram quem-
dam frumenti in villa quadam blati
multum cumulos congregauit. Inebriati rus-
tici senis prudenciam deridentes
ignem horreo supposuerunt. Quod
beatus remigius audiens illuc ueni-
ens et prae senectute et uespertini temporis
et frigore se calefacere cepit et tranquillo corde
dixit. Focus semper bonus est. Sed tamen
qui hoc fecerunt ipsi et posteri
eorum viri in genitalibus rupti et
femine gutturose erunt. Et sic in illa
villa euenit quousque per karolum
sunt dispersi. Nota autem quod illud
festum sancti remigii quod agitur in mense
ianuarii est festum de felici obitu ipsius.
Istud autem dicitur esse de eius sacri corporis

Translacio

Cum enim corpus eius
post ipsius obitum ad ecclesiam sanctorum
tymothei et appollinaris cum fere-
tro deferretur secus ecclesiam sancti
christofori cepit adeo ponderari
quod nullatenus moveri potuit tan-
dem coacti rogaverunt dominum
ut eis ostendere dignaretur si for-
te in illa ecclesia sancti christofori ubi
mille reliquie sanctorum quiescebant
sepeliri vellet. Statimque corpus
levissime sustulerunt et ipsum ibi
honorifice posuerunt. Ubi cum
multa miracula fierent ecclesiam
ampliaverunt et facta cripta
retro altare cum effossum corpus
ibi reponere vellent nullatenus
movere potuerunt. Cum autem in ora-
tionibus pernoctarent et media
nocte omnes pariter obdormissent
in crastinum scilicet kal. octobris inve-
nerunt sepulcrum cum corpore sancti
remigii in illam criptam ab an-
gelis deportatum. Quod tamen
post longum tempus pulchriore capsa
eadem die cum capsa argentea
translatum est. Floruit circa annos
domini cccc nonagesimo. Et de ista
alia legenda que legitur in festo
sancti remigii quod celebratur post
festum epyphanie. Item de sancto remigio

Remigius dicitur a remi quod est
pascens et geos quod est terra
quasi pascens terrenos doctrina vel
a remi quod est pastor et luc-
tator quasi pastor et luc-
tator. Remigius vir insignitus
remensis archiepiscopus sepelitur.
Remigius doctor egregius
et confessor domini gloriosus a quodam
heremita nasci est previsus. Cum
enim wandalorum persecucio totam
fere franciam devastasset quidam
reclusus vir sanctus qui

lumine oculorum amiserat pro pace ec-
clesie gallicane crebris orationibus
deum exorabat. Et ecce angelus
domini in visu astitit eique dixit: Scito
quod mulier illa nomine cilina filium
nomine remigium pariet qui gen-
tem suam a malorum incursibus
liberabit. Cumque evigilasset statim
ad domum cylinie venit et que vi-
derat enarravit. Cumque illa non
crederet eo quod iam esset anus ille
respondit: Scias quod puerum cum ablac-
taveris oculos meos de lacte
tuo perunges et continuo mihi visum
restitues. Cumque per ordinem hec
omnia contigissent remigius mun-
dum fugiens reclusorium intravit.
Crescente autem eius fama cum
esset xxii annorum ab omni populo
in archiepiscopum eligitur. Tante
autem mansuetudinis fuit quod ad
mensam eius passeres venientes
et de manu eius cibos reliquiarum
comedebant. Quodam tempore cum hospitatus
in domo cuiusdam matrone fuisset et illa modicum
vini haberet remigius cellarium in-
troivit et super dolium crucem
fecit. Cumque ibidem orasset mox per
superabundanciam vinum egreditur ita quod per
medium cellarium fundebat. Cum
autem rex francie tunc temporis gen-
tilis esset nomine clodoveus uxor sua christi-
anissima quem converti non posset. Videns
quod infinitus exercitus allamanno-
rum super se venisset domino nostro vo-
vit quod si de allamannis victoriam
concederet mox fidem christi
reciperet. Quod cum fuisset ad libitum
assecutus beatum remigium adiit
et se baptizari postulavit. Cumque
ad fontem baptismatis advenisset

nt. ibidem sacrum crisma haberet
ecce quedam columba ampullam
cum crismate in rostro attulit de
quo regem pontifex linivit.
Hec autem ampulla in remensi
ecclesia conservatur unde usque
hodie reges francie inunguntur.
Post longum tempus cum genebal
dus vir prudens neptem bea
ti remigii in uxorem haberet et se
causa religionis mutuo ab
solvissent predictum genebaldum
beatus remigius in laudunensem episcopum
ordinavit. Hic genebaldus
cum uxorem suam causa instruen
di ad se sepius venire permit
teret ex frequenti colloquio
animum eius in concupiscentiam inflam
mavit et usque in peccatum secum
prolabitur. Que concipiens et
pariens filium hoc episcopo intima
vit. Et ille confusus ad eam
remisit dicens. Quia puer de
latrocinio natus est volo
ut vocetur latro. Ne autem
suspicio aliqua oriretur uxorem
sicut prius ad se venire permisit.
Inter priorem fletum secu
ruit iterum in peccatum. Que cum fili
am peperisset et hoc episcopo retu
lisset. Vocet illam vulpeculam
nuncupari. Tandem ad se reu
sus beatum remigium adiit et
ad pedes suos procidit stolam
de collo suo deponere voluit.
Quod cum sanctus remigius ab ipso
fuisset et ab eo quid acciderit
audivisset blande eum consolans
ipsum in quadam cellula parva per
septem annos reclusit et ipse
interim eius ecclesiam gubernavit.
Septimo igitur anno cum in cena

domini in oratione persisteret angelus domini
ibidem astitit et peccatum suum ibidem
dimissum perhibuit ac foras ut ex
ire debeat imperavit. Cui cum res
pondisset non possum quia dominus meus
hostium clausit et sigillo suo mu
nivit. Angelus ait. Ecce ut scias
celum tibi apertum esse hostium etiam
nunc salvo sigillo aperitur. Stati
mque ut dixerat est apertum. Tunc ge
nebaldus iactans se in medio
hostii per modum crucis ait. Etiam
si dominus ihesus christus ad me veniret
hic non egrediar nisi dominus meus
remigius huc veniat qui me reclu
sit. Tunc sanctus remigius ad ammo
nitionem angeli laudunum venit et ipsum
in locum suum restituit. Qui usque
ad obitum in sanctis operibus persevera
vit. Et latro filius eius in episcopatu
eidem successit qui etiam sanctus fuit.
Beatus autem remigius fuit in elemo
sinis largus. In vigiliis sedulus.
In oratione devotus. In caritate per
fectus. In humilitate precipuus. In doc
trina precipuus. In sermone paratus.
In conversatione sanctissimus. Unanimitate
mentis. Vultus serenitate mirabilis.
et pietate ferventissimi cordis
mitis lenitate conditus sermonis
Quidquid ad salutem pertinere posset et
non minus studio impleret operis quam
predicatione doceret sermonis.
Tandem beatus remigius multis
virtutibus clarus in pace quie
vit circa

De sancto leodegario

Leodegarius dum omni virtute
polleret eduensis ecclesie me
ruit in pontificem promoveri. Qui dum
clotario rege decedente cum reg
num gravius premeret voluntate dei et
principum consilio childericum fratrem
eius adolescentem valde ydoneum

perficit in rege. Sed Ebroinus
Theodoricum ipsius Childerici ger-
manum perficere nitebatur non propter
regni comodum sed quia de potestate
eiectus et omnibus odiosus iram
regis et principum verebatur. Timens
igitur Ebroinus licentiam a rege pe-
ciit et monasterium introivit. Rex
concedente et fratrem suum Theo-
doricum ne contra regnum aliquid mo-
liretur in custodia detinere fecit.
Sanctitate et prudencia episcopi patre mi-
rabili omnes gaudebant. Sed post
aliquod tempus rex malignorum consi-
lio depravatus tamquam in viri dei
odium incitatur qui oportunitatem
et modum mortis eius attencius
inquirebat. Sed episcopus blande fe-
rens et omnes inimicos suos ut
amicos amplectens egit cum
rege ut diem pasche in urbe sua
penitus celebraret. Sed ex illa die
nunciatum est ei quod rex in illa nocte
quidem de morte tractavit perfi-
cere decrevisset. Et ille nichil trepi-
dans sed illa die cum rege convivans
in mensa persecutorem sic fugit
et in Luxoviensi monasterio domino ser-
viens. Eciam Ebroino qui in monas-
terio habitu latitabat sedula cauta-
te servivit. Post hoc rex moritur et The-
odoricus in regnum sublimatur. Ergo
post Leodegarius plebis sui lacrimis
et patribus motus et abbatibus im-
perio compulsus ad sedem rediit.
At Ebroinus protinus apostatavit
et regis senescalcus ordina-
tus est. Qui licet prius malus fuit
tunc protinus peior fuit totoque stu-
dio Leodegarium occidere nitebatur.
Missis igitur militibus qui eum cape-
rent. Cum hoc Leodegarius comperisset
cives suos fundi cedens dum in habitu pon-
tificali de urbe egrederetur a militibus
capitur. Qui statim ei oculos eru-
erunt. Post biennium vero sanctus Leode-
garius cum fratre suo Garino quem Ebroinus
exiliaverat in palacium regis ad-
ductus cum ad irrisiones Ebroini
sapienter et pacifice responderet nequam
ille iussit Garinum lapidibus obrui.
Beatum quoque episcopum tota die nudis pedibus
per quendam fluvium super acutissimos
lapides decurrere deduxit. Et au-
diens quod in hiis tormentis deum lau-
daret linguam eius precidi fecit et post-
modum cuidam custodi tradi-
dit ut ipsum novis suppliciis reser-
varet. Ille autem usum loquendi non
perdidit sed predicacioni et exhortacioni
prout potuit vacabat. Predixit igitur
quando et qualiter ipse et Ebroinus ex hac
vita migraret. Lux autem in mensa
in modum corone caput eius circumdedit
quam cum multi vidissent quid hoc esset ab
ipso episcopo quesierunt. Et ille se in ora-
cione prosternens gratias deo retulit et
omnes astantes ut in melius vitam
mutaret admonuit. Sed Ebroinus
audiens et invidens missis quatuor
spiculatoribus ipsum decollari man-
davit. Cum igitur ipsum ducerent ait il-
lis non est necesse opus fratres diucius fati-
gari sed hic implete desiderium eius
qui vos misit. Ad hec tres illorum
adeo sunt compuncti quod ad pedes eius
procidentes veniam peterent. Quar-
tus vero cum eum decollasset protinus
a demone arreptus et in ignem
proiectus vitam miserabiliter termi-
navit. Biennio completo audiens
Ebroinus corpus sancti viri multis
miraculis illustrari miserabiliter ... nun-
ciatus in invidia vulneratus illuc misit
ut an sic se haberet veritatis intimaret

Comes aut̄ ſupbus ⁊ ar-
rogans cu̅ illuc ueniſſet talem
tumbam ſancti percutiens exclama-
uit Moriatur qui mortuum miracu-
la facere poſſe credit Mox ille
ãy arreptus a demonio ⁊ ſu-
bito moriens morte ſua ſanctum
amplius commendauit Hiis
auditis Ebroinus amplius in-
uidia torquebatur et famam ſancti ex-
tinguere moliebatur ſed iuxta
predictionem ſancti gladio nequiter ipſe
nequam occidit Paſſus eſt autem
circa annum domini · dc · lxxx · tempore
Conſtantini quarti etc. De ſancto Franc[iſco]

Franciſcus primus dictus eſt
Iohannes ſed poſtmodum mu-
tato nomine Franciſcus uocatus eſt
Cuius mutacionis multiplex cauſa
fuiſſe uidetur Primo ratione mi-
raculi quotidiani · lingwam cum
gallicam miraculo a deo recepiſſe
cognoſcitur Unde dicitur in legenda
ſua · quia ſemper cum ardore ſancti ſpiritus
repletus · ardentia uerba foris e-
ructans gallice loquebatur
Secundo ratione officii diuulgandi
unde dicitur in legenda · quod diuina proui-
dencia ſibi hoc uocabulum indidit
ut ex ſingulari et inſueto nomine
opinio miniſterii eius toti citius in
noteſceret orbi Tercio ratione ef-
fectus conſequendi ut ſcilicet per hoc da-
retur intelligi quod ipſe per ſe et per fili-
os ſuos multos ſeruos peccati et
dyaboli debebat francos et libe-
ros facere Quarto ratione magna-
nimitatis in corde Nam franci
a feritate ſunt dicti quia eis ineſt na-
turalis feritas et magnanimi-
tas animorum Quinto ratione uirtuoſi-
tatis in ſermone quia eius inſtar
ſecuris uicia incidebat Sexto
ratione honeſtatis in conuerſatione ·
Alii tamen franciſcas dici ſigna ·
quedam inſtar ſecurium que rome
ante conſules ferebantur que erant
in terrore et in honore Franciſcus
ſeruus et amicus altiſſimi in ciuita-
te Aſſiſii ortus et negociator ef-
fectus fere uſque ad xx annum eta-
tis ſue tempus ſuum uane uiuendo ·
conſumpſit Quem dominus in infirmitatis
flagello corripuit et in uirum
alterum ſubito transformauit ita
quod iam ſpiritu prophetico pollere cepit
Nam cum quadam uice ipſe cum plu-
ribus a peruſinis captus diro fu-
iſſet carceri mancipatus Dolen-
tibus aliis hic ſolus exultat
Redargutus ſuper hoc a concaptiuis
reſpondit Scito me exultare puto quia
adhuc ſanctus per totum ſeculum adora-
bor Cum quadam uice romam cau-
ſa deuotionis perrexiſſet ueſti-
menta ſua depoſuit et pauperis
cuiuſdam ueſtimenta induens
ante eccleſiam ſancti petri inter pau-
peres ſedit et cum eis unus ex illis
auide mendicauit et ſepius fe-
ciſſet niſi notorum uerecundia impe-
diſſet · Antiquus hoſtis cum a ſalubri
propoſito conatur auertere et feminam
quandam ſue ciuitatis monſtruoſe
gibboſam cordi eius immittit ·
et niſi reſipiſcat a ceptis ſimilem
ſe facturum minatur Sed a domino confor-
tatus audiuit Franciſce amara
pro dulcibus ſume et te ipſum
contempne ſi me cupis agnoſcere
Quendam igitur leproſum obuium
habens cum huiuſmodi homines mul-
tum naturaliter abhorreret diuini tamen
memor oraculi accurrens in
oſcula eius ruit et poſt hoc ille
ſtatim diſparuit Unde propere

ad leprosorum habitacula properat et eorum
manus devote osculans pecuniam
donat. Ecclesiam sancti Damiani orationis
causa ingreditur et ymago Christi
eum miraculose alloquitur. Francisce
inquid vade repara domum meam
que ut cernis tota destruitur. Ab hac
igitur hora anima eius liquefacta est et cru-
cifixi compassio eius cordi mirabi-
liter est infixa. Insistit sollicite ecclesie
reparande et venditis que habebat
cum pecuniam cuidam presbytero daret et
ille timore parentum recipere recusaret
coram ipso eam proiciens tamquam
pulverem vilipendit. Quapropter
a patre ligatus et captus pecuniam
eidem restituit ac vestem patri re-
signavit et sic nudus ad dominum
evolavit et cilicio se induit. Ad-
vocat insuper servus dei quendam sim-
plicem virum quem loco patris suscipiens
rogat ut cum pater eius maledictiones con-
geminat ipse e converso benedicat.
Frater etiam eius carnalis yemali
tempore Franciscum vilibus pannis tectum
orationi vacantem et tremebundum vi-
dens ait cuidam: Dic Francisco
ut de sudore suo unam tibi nummatam
vendat. Quod ille audiens ala-
criter respondit: Revera ego hanc domino
meo vendam. Quadam die
dum audiret ea que discipulis suis
ad predicandum missis dominus locutus
est statim ad universa servanda to-
ta virtute consurgit. Solvit cal-
ciamenta de pedibus, tunica una se
vili induit et pro corrigia mu-
tavit funiculum. Tempore nivis
per silvam ambulans a latronibus
capitur et ab eis quis sit requisitus
preconem dei se esse asseruit. Qui eum illi
arripientes in nivem proiciunt dicentes

Jacet rustice preco dei. Multi no-
biles et ignobiles clerici et lay-
ci spreta seculi pompa eius vesti-
giis adheserunt quos pater sanctus docuit
evangelicam perfectionem implere pau-
pertatem apprehendere et per viam
sancte simplicitatis incedere. Scripsit
preterea evangelicam regulam sibi et suis
fratribus habitis et habendis quam dominus
papa Innocentius confirmavit.
Cepit exinde fervencius verbi se-
mina spargere et civitates et ca-
stella fervore mirabili circuire.
Frater quidam erat quantum a foris
videbatur eximie sanctitatis et singula-
ritatis sed tamen admodum singularis
qui tanta districtione silencium
observabat ut non verbis sed nuti-
bus confiteretur. Cumque sanctus ab omnibus
laudaretur vir dei illuc veniens
dixit: Sinite fratres nolite in eo dia-
bolica figmenta laudare. Moneatur se-
mel vel bis in ebdomada confite-
tur quod si non fecerit dyabolica temptacio
est et deceptio fraudulenta. Mo-
nentibus illum fratribus digitum ori
suo imposuit non post multos hos
dies ad vomitum rediit et in facino-
rosis actibus vitam finivit.
Fatigatus existens servus dei
dum asino equitaret socius eius
scilicet frater Leonardus de Asisio similiter
fatigatus iuxta se cogitare cepit
ac dicere: Non de pari ludebant
parentes huius et mei. Continuo
vir dei de asino descendens fratri
dixit: Non decet me equitare
et te pedes venire quia nobilior
me fuisti. Stupefactus frater ad pe-
des patris procidit et veniam pos-
tulavit. Transeunti semel ali-
quando mulier quedam nobilis cum lassi-
tudine et interclusos absolvit

Cxlvii

misericordias quod nunquam requireret
inquisivit. Et illa: Ora pro
me pater quia salubre propositum
quod concepi viro meo impedi-
ente non exequor sed in servitio Christi
in plurimum adversatur. Cui ille:
Vade filia quia cito de eo conso-
lationem recipies et compertum habeas
omnipotentis et mea ex parte dic
eis quod nunc est tempus salutis
et postmodum equitatis. Qua
denuntiante vir subito immu-
tatur et continentiam pollicetur.
¶ Cuidam rustico in quadam soli-
tudine siti deficienti fontem
aque ibidem suis orationibus im-
petravit. ¶ Cuidam fratri suo ad
modum familiari secretum hoc
sancto instigante spiritu retulit
dicens: Hodie est aliquis servus
dei super terram propter quem quo ad-
vixerit non permittet dominus famem
super homines deservire. Hic procul
dubio fuisse super homines nar-
ratur sed illo sublato tota in con-
trarium condicio mutatur. Nam
post eius felicem transitum predicto fratri
apparuit dicens: Ecce iam venit
fames quam donec vivebam ego
venire super terram dominus non permi-
sit. ¶ In festo pasce cum fratres
in heremo greccii mensam accurat-
ius solito albis panibus et vi-
treis preparassent et vir dei hoc
conspexisset protinus gressum retrahens
cuiusdam pauperis capellum qui
tunc aderat capiti suo imponit
et baculum manu gestans foras
egreditur et ad ostium prestolatur. Man-
ducantibus igitur fratribus clamat
ad ostium ut amore dei peregrino
pauperi et infirmo elemosinam
largiantur. Vocatus pauper
ingreditur et in terra solus recum-
bens discum ponit in cinere. Quod
videntes fratres stupore nimio sunt
repleti. Quibus ille: Mensam
vidi paratam et ornatam et paupe-
rum ostiatim euntium non esse cogno-
vi. Paupertatem in se et in alio di-
ligebat ut paupertatem dominam suam
semper vocaret. Ubi quem pauperiorem
se ipse videret protinus invidebat
et se ab illo vinci timebat. Nam
et cum die quadam pauperculum
quendam obvium habuisset ait socio
suo: Magnam verecundiam intulit
nobis huius inopia et multum pauperta-
tem nostram plurimum reprehendit. Nam
pro meis divitiis pro mea domina pau-
pertatem elegi et ecce amplius re-
lucet in isto. ¶ Dum quidam pauper
coram eo transiret et vir dei inti-
ma fuisset compassione commotus dixit
ei socius: Et si hic pauper sit sed for-
sitan in tota provincia non est eo ditior
voluntate. Cui vir dei dixit: Cito
tunicam tuam exue et pauperi tribue
et ad eius pedes prostratus culpa-
bilem te proclama. Cui ille protinus
obedivit. ¶ Quadam vice tres
mulieres facie et habitu per omnia similes
obvias habuit que cum tali salutatione
venerunt: Beneveniat domina paupertas
et continuo disparuerunt et ultra
vise non sunt. ¶ Cum ad portam civi-
tatis Aretii devenisset et ibi bella
intestinum commotum fuisset vidit vir
dei de burgo super terram illam demo-
nes exultantes. Vocansque socium
suum nomine Silvestrum dixit ei: Vade
ad portam civitatis et demonibus
ut civitate exeant precipe. Qui
festinans ad portam valenter cla-
mavit: Ex parte dei et iussu patris
nostri Francisci discedite demones
universi. Statimque omnes cives ad concor-
diam redierunt. Predictus Silvester

dum adhuc sacerdos secularis esset vidit in somniis crucem auream de ore Francisci procedentem cuius summitas celos tangebat, cuius brachia in latum utraque parte mundi amplexando cingebat. Compunctus sacerdos protinus mundum deseruit et viri dei perfectus imitator efficitur. ¶ Existente viro dei dei in oratione dyabolus ter proprio nomine eum vocavit. Cui sanctus cum respondisset adiecit: Nullus est adeo peccator in hoc mundo cui si conversus fuerit non indulgeat dominus. Sed quicumque semetipsum penitentia dura necavit misericordiam in perpetuum non inveniet. Continuo servus dei cognovit hostis fallaciam prevellicationem quo nisus fuit eum ad teporem reducere. Cernens autem hostis antiquus quod sic non prevaluit gravem carnis temptationem eidem inmittit. Quod vir dei sentiens veste deposita cordula durissima se verberat dicens: Eya frater asine, sic te manere decet, sic subire flagellum. Sed ea temptatione nequaquam discedente foras exiens in magna nive se nudum demersit. Et accipiens nivem in modum pile vii. conpingit quas sibi proponens tunc alloquitur corpus: Ecce inquit hec maior uxor tua, iste quatuor duo sunt filii et due filie tue, reliqui duo servus sunt et ancilla. Festina ergo omnes induere quia frigore moriuntur. Si autem cura multiplex sollicitudo te molestat, uni domino sollicite servi. Illico dyabolus confusus abscessit et vir dei deum glorificans in cellam rediit. ¶ Cum apud dominum Leonem cardinalem sancte crucis ab eo rogatus aliquamdiu moraretur, nocte quadam demones ad eum venientes eum gravissime verberaverunt. Vocans ergo socium et rem sibi aperiens ait: Demones sunt castaldi nostri domini quos destinat ipse ad puniendos excessus. Ego vero offensam non recolo quam per misericordiam dei satisfactione non laverim, sed forte nunc castaldos suos in me misit irruere quia maneo in curiis magnatorum, quod forsitan fratribus meis pauperculis bonam suspicionem non generat qui forte me estimant deliciis habundare. Et surgens summo mane inde recessit. ¶

Existente eo in oratione audit super tectum domus catervas demonum cum strepitu discurrentes. Qui citius foras exiens et crucis signum sibi imprimens dixit: Ex parte omnipotentis dei vobis dico demonibus ut quicquid vobis permissum est in meo corpore faciatis libenter omnia sustinebo, cum maiorem inimicum non habeam corpore. Vindicabitis me de adversario meo dum in ipso vice mea exercebitis ultionem. Confusi igitur demones evanescunt.

¶ Frater quidam socius viri dei in exthasi factus inter celestes sedes vidit unam sedem dignissimam et mirabili gloria fulgentem, quam cum miraretur cui tam pulchra sedes servaretur, audivit: Sedes ista uni de ruentibus principibus fuit et nunc humili Francisco paratur. Et exiens ab oratione virum dei interrogavit dicens: Quid de te opinaris? Et ille: Videor michi maximus peccator. Statimque in corde suo frater spiritus dixit: Cognosce quod vera fuit visio quam vidisti, quia ad sedem per superbiam perditam humilitas levabit humillimum. ¶ In visione dei servus dei super se seraphim crucifixum aspexit, qui crucifixionis sue signa sic evidenter

impressit ei ut crucifixus videretur
Et statim consignantur manus
et pedes et latus crucis carac-
tere. Sed diligenti studio ab
hominum oculis ipsa stigmata ab-
scondebat. Quidam tamen hic in vi-
ta viderunt sed in morte plurimi
conspexerunt. Quod autem hec
stigmata per omnia vera extite-
runt multis miraculis constat.
Quorum duo que post eius obitum
contigerunt hic inserere suffici-
at. In apulia quidam vir no-
mine rogerius ante ymaginem
sancti francisci stans cepit cogi-
tare dicens. Estne hoc verum ut
tali claruisset miraculo. an
pia fuisset illusio. sive suorum
fratrum simulata inventio. Qui
dum mente revolveret subito
audit sonum quasi spiculum prosili-
entis de balista. sensit in sinis-
tra manu se graviter vulne-
ratum. Sed cum in cyrotheca nichil
lesionis appareret. cyrothecam
de manu extraxit et grave vul-
nus quasi sagitte in palma con-
spexit. ex quo tanta vis pro-
cedebat ardoris ut totus ar-
dore et dolore deficere videretur
Cumque peniteret et se beati fran-
cisci stigmatum veritatem credere
testaretur. Post duos dies
dum sanctum dei per sua stigmata
exorasset fuit continuo liberatus
In regno quoque castelle cum
quidam vir sancto francisco devo-
tus ad completorium pergeret
ab insidiis ob mortem alterius ibi
paratis ex errore impetitur et le-
taliter vulneratus semivivus relin-
quitur. Deinde gladium in gut-
ture crudelis lictor infixit

Et extrahere non prevalens recessit
Fit undique concursus et clamor
ab omnibus mortuus plangitur.
Cum autem nocte media campana
fratrum pulsaretur ad matutinas uxor
clamare cepit. Mi domine sur-
ge et vade ad matutinas quia cam-
pana te vocat. Statim ille manum
elevans videbatur alicui innuere
ut gladium extraheret. Et ecce
videntibus omnibus gladius quasi vali-
dissimi ictus de manu pugilis
eminus prosilit. Statimque ille perfecte
sanatus est se erexit dicens
Beatus franciscus ad me veniens
suaque stigmata meis vulneribus
apponens cordis suavitate cuncta
vulnera delinivit et contacta miri-
fice solidavit. Qui cum vellet
discedere et innuebam ut gladium
abstraheret quia loqui aliter non
valebam. quem statim apprehendens
valide proiecit. statim stigmatibus
sacris vulneratum guttur demulcens
perfecte sanavit. In urbe rome
clara illa luminaria orbis scilicet beatus
dominicus et beatus franciscus coram
domino hostiense qui postea fuit su-
mmus pontifex aderant. Dixitque
eis episcopus. Cur non facimus de
vestris fratribus episcopos et prelatos
qui documento et exemplo ceteris
prevalent. Fit inter sanctos de re-
sponso longa contencio. Vicit tandem
humilitas francisci ne se prepo-
neret. Vicit et dominicum qui primus re-
spondendo humiliter obedivit. Dixit
ergo beatus dominicus. Domine gradu
bono si cognoscunt sublimati
sunt fratres mei. nec pro meo pos-
se permittam ut aliud assequantur
tulinc vel regimine spec dign-
itatis. Post hec sedens beatus fran-
ciscus dixit. Domine minores

ideo vocari se fratres meruit mi-
nores fieri non presumat. ¶ Colubi-
na simplicitate plenus omnes cre-
aturas ad creatoris ortabatur amo-
rem predicat avibus auditur ab
eis tangitur ab ipso nec nisi li-
cenciate recedunt. Irundines du-
co predicante garrirent ipso im-
perante protinus conticescunt. ¶ Apud
porciunculam iuxta eius cellam cy-
cada in sicu residebat et frequen-
ter canebat. Quam vir dei ma-
num extendens vocavit dicens
Soror mea cycada veni ad me
Que statim obediens super eius
manum ascendens. Cui ille
Canta soror mea cycada et do-
minum lauda. Que protinus canens
non nisi licenciata recessit. ¶
Parcit lucernis lampadibus et
candelis nolens sua manu
deturbare fulgorem. Super petras
reverenter ambulat eius intuitu
qui dicitur. Legit de via vermicu-
los ne transeuncium pedibus conculcen-
tur. Et apibus ne media
periant gelide glacie hyema-
li mel et optima vina iubet
apponi. Fratrum nomine cuncta ani-
malia vocabat. aspicere in ineffabili
gaudio replebatur. ob creato-
ris amorem. Cum sole luna et stel-
las intuebatur eas ad creato-
ris amorem invitabat. Coronam
magnam beatus francisci prohibebat dicens
Nolo quod fratres mei simplices
coronam habeant in capite meo
Vir quidam admodum secularis
vidit servum dei franciscum du-
obus transversis ensibus valde
fulgentibus in modum crucis
signatum. quorum unus a capite

ad pedes. Alius a manu in
manum per pectus transversum ex-
tendebatur. Que cum nunquam vi-
disset tali indicio recognoscens
compunctus ordinem introivit
et vitam feliciter consumavit. ¶ Cum
infirmitatem oculorum ex fletu con-
tinuo incurrisset. suadentibus
quod abstineret a lacrimis sic re-
spondit. Non est ob amorem lucis quam ha-
bemus cum muscis etiam
lucis visitatio repellenda
Cum autem a fratribus urgeretur ut
pateretur infirmitati visus re-
medium adhiberi. et cyrurgo
quoque instrumentum ferreum igne
candens in manu teneret. Servus
dei ait. Mi frater ignis esto mi-
chi hac hora propicius et curialis
Precor dominum qui te creavit ut tu-
um michi calorem temperet. Et hoc
dicens signum crucis contra illum
addidit. profundato quoque illo in tenera
carne. ab aure usque ad super-
cilium nullum ut retulit dolorem
sensit. ¶ Apud heremum sancti ur-
bani servus dei egritudine vali-
dissima laborante cum ipse de-
fectum nature senciens vini pocu-
lum postulasset. nil quod adesset
allatam sibi aquam signo crucis
edito benedixit. moxque in optimum
vinum conversa quod deserti loci pau-
pertas non potuit. viri sancti puritas
impetravit. Ad cuius gustum su-
bito convaluit. Malebat de se
vituperium audire quam laudem. Et
ideo cum populi merita in eo extol-
lerent precipiebat alicui fratrum ut
verba sui vilificacionis suis
auribus inculcando proferret.
Cumque frater ille licet invitus eum
rusticum et mercennarium imperitum
et vilem et inutilem diceret

exhilaratus dicebat. Unde
ne dicat tibi dominus quia tu nescis-
sima loqueris et talia me decet
iudicare. Non tamen servus dei pre-
esse voluit quam subesse. Unde
tempore capituli sed pariter procuravit gra-
li cedens officio guardianatus
petiit cuius voluntati per omnia
subiaceret. Frater quo solitus
erat in ira semper promittebat
obedientiam et servabat. Et ac-
cidit frater quidam contra legem
obedientie aliquid fecisset et
penitencie signa haberet. Vir tamen dei
ad aliorum terrorem eius capucium
in igne proici iussit. Cumque per mo-
ram capucium fuisset in medio
ignis precepit ipsum extrahi et
fratri restitui. Extrahitur igitur
capucium de medio flammarum
nullum habens adustionis vesti-
gium. Quodam tempore per palu-
des veneciarum ivenit magna
multitudinem avium cantancium in pal-
ludem. Dixitque ad socium suum
sorores aves laudant crea-
torem suum eamus et in medio
earum horas canonicas domino de-
cantemus. Quibus intrantibus
aves mote non sunt sed quia ob ni-
mium garritum se ad invicem au-
dire non poterant ait sorores
aves a cantu cessate donec
laudes debitas domino persolva-
mus. Quibus statim tacentibus
finitis laudibus licenciam can-
tandi dedit. Et statim cantum
suum more solito resumpserunt.
Invitatus devote quodam
milite dixit ei frater hospes me-
is monitis acquiesce et pecca-
ta confitere quia cito alibi man-

ducabis. Qui statim acquies-
cens domum suam disposuit et penitentiam
salutarem accepit. Cum ergo ad men-
sam intraret hospes subito expi-
ravit. Cum quandam avium multitudinem
repperisset et eas velud racionis par-
ticipes salutasset dixit. Fratres mei vo-
lucres multum debetis laudare cre-
atorem vestrum qui plumis vos induit
pennas ad volandum tribuit. Aeris
puritatem concessit et sine vestra sol-
licitudine vos gubernat. Aves autem
ceperunt ad eum colla extendere col-
la protendere alas aperire rostra et
in illum attente respicere. Ipse vero
per medium earum transiens tunica eo-
rum contingebat easdem. Nec tamen aliqua de lo-
co est mota donec licenciatam datum
omnes in simul avolaverunt. Cum
apud castrum olyvarum predicaret pro-
pter garritum yrundinum ibidem nidifi-
cancium audiri non poterat. Quibus
ille sorores mee yrundines iam
tempus est ut loquar ego quia vos sa-
tis dixistis tenete silencium quo-
usque verbum domini compleatur. Cui
continuo obedientes conticuerunt.
Transeunte aliquo viro dei papiam
venetiam in via bursam magnam invenit
plenam denariis tumescentem quam
socius vidit accipere voluit ut ne
pauperibus erogaretur. Et ille nul-
latenus permisit dicens non licet
fili alienum auferre. Sed cum ille
vehementer instaret francisco pau-
lulum oratus iussit ut bursam tolleret
que iam colubrum pro pecunia continebat.
Quod videns frater timere cepit
sed obedientiam volens implere manda-
tum bursam manibus cepit et inde
magnus serpens prosiliit
et ait frater. Pecunia servis
dei nil aliud est quam dyabo-
lus et coluber venenosus

Cu fr quidam grauit' teptac̄
cogitacōe cepit q si aliq scͣptu
de manu pris hret ipa ptinus
teptacō fugaret. Et cu rem ill
latenus apire n̄ auderz. quā
daz vice vir dei vocauit eum
dicens. Porta m fili cartam et
atramentu. qa laudes dei quas
dam scribe volo. Quas cu scrip
sisset ait. Accipe hanc cartulaz
et usqz ad die mortis tue cus
todias diligent'. Statim qz oīs
teptacō ab eo recessit. Idem
qz fr du secū i firmus iacerz
cogitacōe cepit. Ecce morti appro
pinquat pr. et qua plurimu con
solarer si pt' morte hrem
tunicā pris mei. Post modi
cu scūs vocat eu dicens. Tibi
trado tunicaz istā et pt' morte
meā ipam hens pleno iure.
Cu apud allexandria lombar
die cu quodam honesto viro hos
pitatus fuisset ab eo introgatus
ut ppt' ewangeliu obsuaciaz de
omi apposito manducarz. Qui ad
ei9 deuocōi assentirz ille ama
tor caponē septenez pparat
manducandu. manducātibus illis
i fidelis quida amore dei ele
mosinā petit. Moxqz vir dei
audiens bndcm membru de capo
misit caponis. reseruauit ī fe
lix datu. et i crastinu du scs
pdicarz ondit dicens. Ecce qua
les carnes comedit' iste fran
ciscus quē ut sctm honoratis
nā m̄ hꝰ i sero tribuit. Sz cu
membru caponis piscis albi
bus videtur veluti i ffmus
ab omi pplo i crepat. hꝰ cu
ille didicisset erubuit et veni
am postulauit. Redierunt

carnes ad suā spem. pt' quas
rediit pnitencior ad mentē.
Du quadam vice ad mensam
sederz et de paupertate bte vir
ginis et filij ei9 collacio
fieret ptinus vir dei a mensa sur
gens singultus ingeminat do
lorosus et pfusus lacrimis
sup nuda humum reliquū pa
nē manducauit. Sacerdotalib9
manibus qbus conficiendi do
minici corporis sacramentu ē col
lata ptas magnā volebat
reuerenciā exhiberi. Unde et
sepe dicebat. Si scō cuidam
de celo venienti et pauperculo
alicui sacerdoti me gtinget ob
uiare. Ad sacerdotis manus de
osculans ticius me gferrem
et scō dicerem. Expecta scē lau
renti qa manus huius vbū vite
gtrectat et ultra humanu ali
quid possident. Miraculis
multis ī vita sua effulsit. Na
panes ei ad bndicendu oblati
multis infirmis attule salute.
Aqua ī vinu gūtit. et inde ex
quida gustans ptinus sanitatez
recepit. et multa alia miracu
la fecit. Cu vero ad dies ap
ppinquarz extremos longa in
firmitate gfectus sup nudā hu
mu poni se fecit. ffecit omes
fres ibidē existentes ad se vo
cari et manus singlis i ponens
oēs i psencia bndixit. ad instar
cene dnice singulis panis
buccellam diuisit. Inuitabat
ut mos ei9 fuit omes creatas
ad laudē creatoris. Illa et mor
te ipaz cunctis terribile et exosaz
hortabatur ad laudem ei9 letus
occurrens. Ipsam i vitabat
ad

hospicium dicens. Beneue-
niat soror mors. Ad extremam
igitur horam veniens dormivit
in domino. Cuius animam quidam frater
vidit in modum stelle similis lune
in quantitate soli in splendore ap-
paruisse. Minister fratrum in terra laboris nomine
augustinus in hora ultima positus
cum diu iam amisisset loquelam su-
bito clamans dixit. Expecta me
pater expecta ecce iam venio tecum.
Querentibus fratribus quid diceret
ait. Non videtis patrem nostrum fran-
ciscum qui vadit ad celum. et stati-
m in pace obdormiens patrem secu-
tus est. Cum quedam domina que beato
francisco devota extitit via
universe carnis fuisset ingressa
et clerici et presbiteri feretro exequias
celebraturi astarent. subito
se mulier erigit super lectum et unum
de astantibus sacerdotibus vocat
dicens. Volo pater confiteri ego enim
mortua fueram et diro carceri
mancipanda quia peccatum quod tibi pan-
dam nondum confessa fueram. sed
orante sancto francisco pro me ad
corpus mihi redire indultum est
ut illo revelato peccato veniam
merear. Statimque ut illud mani-
festaverat in pace cunctibus vobis
quievit. Confessa igitur et abso-
lucione recepta mox in domino ob-
dormivit. Cum fratres plaustrum
quoddam a quodam viro peterent
mutuo ille indignatus respondit
Ego pocius duos oculos tibi
sancto francisco eruerem quam plau-
strum accommodarem. Postea ipse re-
versus est et semetipsum redarguit
et blasphemie peccati penituit
iram dei formidans. Mox quoque
filius eius infirmatur et ad extre-
mum deducitur. Qui filium defunctum

videns in terra volutabatur. et flens
sanctum franciscum invocans dixit. Ego
sum qui peccavi me flagellare debu-
isti. redde sancte iam devote penitenti quem
abstulisti impie blasphemanti.
Mox filius eius surrexit et planc-
tum prohibens ait. Cum mortuus es-
sem sanctus franciscus per quandam viam
longam et obscuram me duxit in quo-
dam me tandem viridario pulcher-
rimo collocavit. Ac deinde dixit
michi. revertere ad patrem tuum nolo te
amplius detinere. Pauper quidam
cuidam diviti debebat quandam pe-
cunie summam rogat ut francisci
amore sibi terminum prolongaret.
Cui ille superbe respondens. Tali in
te loco recludam ut nec franciscus nec
aliquis possit te iuvare. Moxque eum
vinclatum in carcerem obscurum inclu-
sit. Paulo post ergo sanctus franciscus affu-
it fractoque carcere ruptis vinculis
hominem redire incolumem ad propria
iussit. Quidam miles sancti francis-
ci miraculis et operibus detrahens
dum quadam vice luderet ad taxillos
vesania et incredulitate plenus
circumstantibus ait. Si franciscus
est sanctus xviij veniant in taxillis
mox in eis senarius triplicatus
apparuit. et usque ad xj vices quo-
libet suo ictu ter senos accepit.
Et insaniam insanie addens ait.
Si verum est quod iste franciscus sanctus
sit cadat corpus meum hodie
gladio. si non sanctus non est evadam
incolumis. Ludo finito ut eius
oro fieret in peccatum cum nepote suo
inferret iniuriam ille gladium
accipiens in viscera patrui trans-
fixit et protinus interfecit. Cui-
quidam crure sic perdito ut
nullatenus se movere posset
talibus vocibus sanctum franciscum

[illegible] acclamat. Adiu-
ua me sancte francisce meorum deuo-
tionum et seruicij que tibi impendi.
Nam in asino meo te portaui.
sanctos pedes tuos osculatus fui
et ecce morior dolens huius dimis-
simo cruciatu. Mox ergo ille ei ap-
parens cum paruo bacillo quod thau
in se habebat locum doloris tetigit
et fracto apostemate sanitatem
pristinam recepit. Sed signum thau
super locum remansit. hoc signo sanctus
franciscus litteras suas consignare
consueuerat. Cum in castro pome-
rio in montanis apulie puella
quedam patri et matri unica fuisset
defuncta et mater sancto francisco deuo-
ta nimia tristicia fuisset absorp-
ta. apparuit ei sanctus franciscus dicens
Noli flere. quia lucerne tue lu-
men quod deploras extinctum in ca-
est tibi intercessione redditum. Mater
igitur sumpta fiducia corpus extinctum
non permisit efferri. Sed sancti francisci
nomen inuocans et mortuam filiam
apprehendens eam incolumem alle-
uit. In urbe roma dum puer
paruulus per fenestram cecidisset et pe-
nitus expirasset sanctus franciscus in-
uocatur et uite pristine restituitur.
In ciuitate suessa cum quedam domus
corruens et quendam iuuenem ex-
tinxisset et cadauer iam in loco ad se-
peliendum posuissent. mater tota
deuotione sanctum franciscum qua po-
terat inuocauisset. Ecce circa media
nocte puer oscitauit et sanus sur-
rexit et in laudibus uerba prorupit
Frater iacobus reatinus cum in nau-
cula parua flumen quoddam cum fratribus
pertransisset et socijs iam super ripam
positis postremo ad manus exitum
properaret. reuoluta naue ipse
in profundum fluminis est demersus. Fratres
igitur pro liberatione demersi sanctum
franciscum inuocantibus. ipse ca-
ut potuit beati francisci auxilium
petijt. Ecce frater dictus per profunda
sicut per aridam ambulabat et
demersam nauiculam capiens
cum ea peruenit ad littus. Vesti-
menta autem eius madida non
fuit nec aque gutta penetrauit
ad eum. Obijt autem beatus fran-
ciscus sub anno domini .m°.cc.
xxvj. tc De sancto marco conf.

Marcus natione romanus
ex patre prisco. sedit annos
duos. menses octo. dies decem
papa in cathedra sua. Fuit
autem hoc temporibus constantini
et nepotiani consulum ex die
kalendas februarij usque in diem
kalendas octobris. Hic constituit
ut episcopus hostiensis qui consecrat
episcopos urbis pallio uteretur
et ab eodem episcopo urbis ro-
mane consecraretur. et constitu-
tum fecit de omni ecclesiastico or-
dine. Hic fecit duas basi-
licas. unam via ardeatina
ubi requiescit. aliam intra
urbem romam. Cuius suggesti-
one optulit constantinus augus-
tus basilice via ardeatina
fundum rosarum cum omni agro
campestro prestantem solidos quin-
diginti que cymiterium constitu-
it. In basilica quoque in urbe op-
tulit patenam argenteam pen-
santem libras viginti. ciphum
argenteum pensantem libras
decem. Et calices ministeriales
argenteos pensantes libras
decem. Optulit etiam fundum an-
thonianum via claudia prestantem so-
lidos xl^ta. Et fundum baccanas
via apia prestantem solidos xl^ta. Et

tremissos duos. Fundu[m] orca via
ardeatina p[re]ciu[m] solidos xl ta
tremissiu[m]. Hic fecit ordia[tio]nes
duas p[er] mense[m] decembr[is] p[res]bi
teros xxv. dyaconos septe[m] ep[iscop]os
p[er] diu[er]sa loca xxviij. Sepultus
est i[n] cymiterio balbine via ar
deatina mensis octobris. Et cess
auit ep[iscop]atus die xx. &c. De
sancto dyonisio.

Dyonisius
int[er]pretat[ur] uehement[er]
fugiens uel d[icitu]r dyonisius a dyan
q[uod] e[st] duo & nisus q[uod] e[st] eleuat[us],
quasi s[ecundu]m duo eleuat[us] sc[ilicet] s[ecundu]m
corpus & a[n]i[m]a[m]. Uel d[icitu]r a dyone q[uod]
e[st] uenus sc[ilicet] dea pulchritudinis
& syos q[uod] e[st] deus q[uas]i pulch[er] deo
Uel ut quida[m] ayunt d[icitu]r a dyoni
sia q[ue] ut dicit ysid[orus] e[st] quedam
gemma magna ualens c[ontra]
ebrietate[m]. Fuit igi[tur] uehem[en]
t[er] fugiens de mundo p[er] p[er]fecta[m]
abrenunciatione[m]. Eleuat[us] per
int[er]iore[m] c[on]te[m]plat[i]one[m]. Pul
cher deo p[er] decore[m] u[ir]tutu[m] ua
lens p[e]c[ca]toribus c[on]t[ra] ebrieta
tem viciorum. Hic ante c[on]u[er]si
one[m] multa p[re]nomia h[ab]uit. Uocat[us]
e[st] eni[m] aryopagita. Ite[m] d[icitu]r e[st]
theosephus id e[st] dei sapiens.
Ite[m] a grecorum sapientibus us[que]
hodie dici[tur] pugyon thychiri
ni q[uod] latine dicit[ur] ala celi
q[uia] i[n] celu[m] ala sp[irit]ualis intelli
gencie mirabilit[er] uolauit.
Item d[icitu]r e[st] macharius id e[st]
b[ea]t[us]. Ite[m] aprica d[icitu]r e[st] yoni
cus. Yonica aut[em] ut ait papi
as una e[st] ex linguis grecorum
uel yonice sunt gen[er]a rotu[n]darum
colu[m]pnarum. Uel yonicu[m] ut i[d]e[m]
dicit e[st] pes qui h[abe]t duas cor

reptas & duas longas. P[ro]p[ter] q[uo]d d[icitu]r
q[uia] ip[s]e fuit in[e]ffabilis p[ro] eloquencia
ac Eccl[es]ie sustentator p[er] doctrina[m]
et breuis s[ecundu]m p[ro]humilitatem. Lon
gus aliis p[er] caritate[m]. Augustinus aut[em]
i[n] libro viij. de ciuitate dei dicit
q[uod] yonicu[m] e[st] genus quodda[m] philosophorum
Distinguit eni[m] duo gen[er]a philosophorum
sc[ilicet] ytalicu[m] q[uod] e[st] ex p[ar]te ytalie & yo
nicu[m] q[uod] e[st] ex p[ar]te grecie. Qui a ergo
dyonisius fuit mag[n]us philosophus ideo
anthonomastice diceba[tur] yoni
cus. Ei[us] passione[m] & vita[m] grece
dictauit methodius latine u[er]o
anathasius ap[osto]lice sedis biblio
thecarius. Dyonisius ariopa
gita a b[ea]to paulo ap[osto]lo ad fidem
xpi c[on]u[er]sus fuit qui ariopagita
a uico ciuitatis in q[u]o h[ab]itabat de quo
fuisse d[icitu]r. Ariopagus eni[m] erat ui
cus martis in quo sc[ilicet] erat templu[m]
eius. Athenenses eni[m] singulos vi
cos denomi[n]abat a diis quos colebat.
Unde uicu[m] i[n] quo colebat[ur] mars
uocabant ariopagu[m] q[uia] ario
d[icitu]r mars. Uicu[m] in quo colebat
pane[m] uocabat panopagu[m] & ita
a singulis diis singulos uicos de
nomi[n]abat. Ariopagus aut[em] erat
uicus excellencior q[uia] ibi erat
curia nobiliu[m] & scole liberaliu[m]
arciu[m]. In h[oc] igi[tur] uico morabat[ur]
dyonisius maximus philosophus qui
ob plenitudine[m] diuinorum nomi[nu]m et
sapiencie theosephus id e[st] dei sapi
ens dicebat[ur]. Erat eciam
secu[m] apolophan[us] ei[us] c[on]philosophus. Ibi
eciam erant epycurei qui ponebat
felicitate[m] ho[min]is i[n] sola corporis uo
luptate. Et stoyci q[ui] i[n] sola ani
mi u[ir]tute. Cum die igi[tur] passionis
d[omi]nice cu[m] tenebre f[a]c[t]e fuissent

super universam terram. Philosophi quoque erant Athenis, non potuerunt hujus causam in causis naturalibus invenire. Non enim erat naturalis eclipsis solis, quia luna erat e regione ad solem. Eclipsis vero fieri solet tantum in synodo solis et lune. Luna autem tunc erat xv^a et ita in perfecta distantia a sole, quod eclipsis non aufert lumen universis partibus terre. Hujus meminit Dyonisius in epistola ad Apolophanum dicens: Obscuratos magis orbes uniformiter tenebrositatis caligine et habescente ut purgantur radiis solis dyametrum regula physice ardencius supersumus. Tunc et repimus quod erat notissimum sole pati molestias non debere. Ideo ad te perpende sacrum adhuc nescitis tante rei misterium. Quid inquam spectrum doctrine Apolophane hiis secretis ascribis. Ad quod tu mihi ore divino ac non humani sensus sermone: O bone Dyonisi, divinarum permutaciones sunt rerum. Denique notato die et anno annunciacionis quam Paulus nostris auribus intonuit suspensis signis acclamantibus, victor cordium exceptus tedii veritatis manque falsitatis sum nexibus absolutus. Hec Dyonisius. Tandem in hystoria scolastica legitur philosophi adducti sunt ut dicerent quod deus vere pateretur. Alibi enim legitur quod dixerunt: aut ordo nature pervertitur aut elementa mentiuntur aut deus nature patitur, elementa ei compatiuntur. Alibi vero dicitur quod Dyonisius dixit hec: Nox quam novam miramur tocius mundi veram lucem adventuram significat. Tunc Athenienses illi ignoto deo aram constituerunt et subpositus est tytulus indicans cui

esset dedicata. Et cum vellent ei offerre holocausta et victimas, dixerunt philosophi: Bonorum nostrorum non indiget, sed facietis genuflexiones ante altare ejus et supplicabitis ei, quia non querit oblaciones pecorum sed devociones animorum. Cum igitur Paulus venisset Athenas, epicurei et stoyci philosophi cum eo disserebant. Quidam autem dicebant: Quid vult seminator verborum hic dicere? Alii dicebant: Demoniorum novorum videtur annunciator esse. Adduxerunt igitur eum ad vicum philosophorum, dixerunt: Nova quedam infers auribus nostris, volumus igitur scire quid velint hec esse. Athenienses autem ad nichil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid novi. Cum igitur Paulus singula deorum altaria perlustrasset et inter cetera ignoti dei altare vidisset, dixit illis Paulus: Quem ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis deum, qui fecit celum et terram. Deinde dixit Dyonisio, quem ceteris magis in divinis videbat doctum: Quis est ille deus, Dyonisi, ignotus? Cui Dyonisius: Ipse deus verus qui inter deos non est demonstratus, sed nobis incognitus et in seculo futurus, ultra et in perpetuum regnaturus. Et Paulus: Homo an tantum spiritus? Et Dyonisius: Deus et homo est, sed non est incognitus, quia ejus conversacio in celo est. Cui Paulus: Ille est ipse quem predico, qui de celis descendit, carnem suscepit, mortem sustinuit et die tercia resurrexit. Cum autem Dyonisius cum Paulo adhuc disceptaret, forte transit cecus quidam coram eis. Statimque dixit Dyonisius Paulo: Si dixeris huic ceco in nomine dei tui

uide et uideat ſtatim ẽ dixit. Hec
uirtutis uerbis magicis quas for-
te noſti uba que ſunt huiuſmo-
di efficacia. Ego formam uerborum
tibi proferam et in hac tamen for-
ma uerborum dices ei In noie
ihu xpi nati de uirgine crucifixi
mortui qui reſurrexit et ad ce-
lum aſcendit uide. Hec ut omnis
ſuſpicio tolleretur paulus dixit dy-
oniſio ut hec ipſa uba proferret.
Cum ergo in eadem forma dyoni-
ſius dixiſſet cecus protinus uiſum
recepit. Statimque dyoniſius cum
damari uxore ſua et tota familia
a ſua baptizatus eſt et fidelis
effectus. Sicque a paulo per trien-
nium inſtructus eſt et athenis epc
ordinatus eſt. Ubi ille predicatio-
ni inſiſtens ipſam ciuitatem et maxi-
mam partem regionis illius adduxit.
Huic paulus ea que in tercium celum
raptus uidit reuelaſſe dicitur
ſicut et ipſe dyoniſius in pleriſque
locis in ſimulare uidetur. Unde et
de ierarchijs ipſorum angelorum
ordinibus diſpoſitionibus et offi-
cijs tam luculenter et clare diſ-
ſeruit ut non putares ipſum hec
ab alio didiciſſe ſed ipſum potius
etiam uſque in tercium celum raptum eſſe
et ibi hec omnia conſpexiſſe. Prophe-
tico ſpiritu claruit. Unde pater
in epla quam miſit ad iohannem euan-
geliſtam in pathmos inſulam
exilio relegatum ubi prophetauit quod
inde rediturus eſſet ſic dicens
Gaude uere dilecte uere amabilis
et deſiderabilis et diligibilis ual-
de dilectus. Et infra Ex cuſtodia
que eſt in pathmos dimitteris
et ad terram aſye reuerteris et
facies ibi dei imitatores et ſequaces

erunt poſt te tractes. Hic ut in
torum bte marie interfuit ſicut ipſe
in libro de diuinis nominibus inſinuare
uidetur. Cum ergo petrum et paulum
rome a nerone in carceribus deti-
neri percepiſſet, epm ſub ſe ſubſtituit
et ad eos uiſitandos acceſſit.
Verum cum illi feliciter ad deum migraſ-
ſent et clemens preſideret ab ipſo
bto clemente in franciam deſtinatur
et ſibi ruſticus et eleuterius
ſociantur. Miſſus igitur uenit pariſius
et multos ibidem ad fidem conuertit
et eccliaſ plurimas fabricauit
et clericos diuerſi ordinis colloca-
uit. Tanta autem in eo gratia celeſ-
tis emicuit quod cum ſepius pon-
tifices ydolorum contra eum ſedi-
tione populi incitarent et plus
ad eum perdendum ſepe cum armis
concurreret mox illo uiſo aut
omni feritate depoſita ſe eius pe-
dibus prouoluebat aut nimio
timore ſoluti abeius preſencia fu-
giebant. Sed dyabolus uidens
et inuidens quod cottidie ſua cul-
tura decreſceret et multiplicatis
fidelibus eccla ſuperhabundaret Do-
micianum imperatorem et tanti ſe-
uicia commouit ut preceptum daret
quod quicunque xpianum aliquem reperi-
ret aut ipſum ſacrificare cogeret
aut diuerſis ſupplicijs cruciaret.
Prefectus igitur faſcennius contra
xpianos pariſius a roma directus
beatum dyoniſium populo predican-
tem inuenit. Statimque captum col-
aphizatum conſputum deriſum et
loris duriſſimis alligatum cum
ſanctis ruſtico et eleutherio ſibi pre-
cepit preſentari. Cum ergo ſancti coram illo
in confeſſione dni aſtarent conſtan-
tes. Ecce quedam matrona nobilis

uenit et virum suum episcopi ab hiis
magis deceptum asseruit. Pro
cinumque viro mittit et in confes-
sione domini perseuerans iniuste nec-
tatur. Beatus uero a duodecim militibus
flagellatur magnoque pondere
cathenarum constrictus carceri man-
cipatur. Sequenti die dyonisius
super craticulam ferream suppositis fla-
mmis nudus extenditur. ubi domino
decantabat dicens Ignitum eloqui-
um tuum vehementer et c. Inde autem
eripitur et ad bestias ferocissi-
mas multo ieiunio excitatas
proicitur. Sed cum in eum impetuose
currerent signum crucis oppo-
suit et mansuetudine mansue-
tissimas eas fecit. Deinde in
clibanum mittitur ~~et diucius~~
~~ibi torquetur. Inde~~ sed extincto
igne nichil leditur. Cruci affi-
gitur et diucius ibi torquetur. Inde
depositus cum suis sociis et aliis
multis fidelibus mancipatur
carceri vbi cum missam celebraret
et populum communicaret dominus ihesus eidem
cum in magna luce apparuit et panem
accipiens ei dedit dicens Accipe
hoc care meus quia meritum est magna
merces tua. Post hec iudici pre-
sentantur et iterum nouis suppliciis
macerantur et iuxta mercurii
ydolum cum securibus trium capita
in confessione sancte trinitatis preciduntur.
Statimque corpus sancti dyonisii se
erexit et suum caput inter brachia
angelo duce et celesti luce pre-
cedente per duo miliaria deporta-
uit a loco scilicet qui dicitur mons mar-
tirum. usque ad locum ubi nunc sua e-
lectione et dei prouidencia requiescit

Tanta autem ibidem angelorum
melodia insonuit ut inter
multos qui audierunt et credide-
runt. etiam larcia uxor pre-
fati libii xpiana se esse clamauit
et mox ab impiis decollata
et in suo sanguine baptizata o-
biit. Filius autem eius nomine
visbius rome sub tribus im-
peratoribus militauit. demum
de parisius ~~rediens~~ rediens
baptizatur et religioso eorum
monasterio sociatur. Impii autem
infideles metuentes ne socios
rustici et eleutherii corpora chri-
stiani sepelirent iusserunt ut
in secanam mergerentur. Matrona
autem quedam nobilis vectores
ad prandium inuitauit et illis
epulantibus sanctorum corpora fur-
tiue subripuit et in agro suo
occulte sepeliri fecit. Que
postea persecucione cessante
inde sustulit et corpori beati dyo-
nisii honorifice sociauit.
Passi autem sunt anno domini xc
viij. Etatis uero beati dyonisii
xc. Cum apud arelatensem
sanctus regulus episcopus missarum
sollempnia celebraret apostolorum
nominibus in canone recitatis ad-
iunxit et beatis martiribus tuis dyo-
nisio rustico et eleutherio. Quo
dicto cum adhuc dei famulos
uiuere crederet plurimum mira-
ri cepit cur eorum nomina sic nes-
ciens in canone protulisset. Et
ecce eidem miranti tres co-
lumbe apparuerunt super crucem
altaris residentes que sanctorum
martirum sua pectora sanguine
habebant insignita quod diligenter
intuens sanctos migrasse a corpore

intellexit. Et nota quod
ignarus remensis episcopus dicit
in epistola quam misit ad karolum
quod iste dyonisius missus in gal-
liam fuit dyonisius ariopa-
gita ut supra dictum est. Idem testa-
tur iohannes scotus in epistola ad
karolum. Nec forte ratio ex com-
puto temporis contradicit sicut
aliqui contradicere voluerunt.

De sancta margareta que dicta est pelagius

Margarita dicta pelagius
virgo pulcherrima di-
ues et nobilis tanta fuit sol-
licitudine parentum custodita tan-
taque pudicicie honestate vi-
gebat quod ab hominibus modis
omnibus desideraretur. Demum
a quodam adolescenti nobi-
li in coniugium queritur et utriusque
parentum assensu cuncta nupcia-
rum necessaria cum immensa diuiciarum
gloria parantur. Cum vero nup-
tiarum dies aduenisset iuuenes
et puelle et cuncta nobilitas
ante thalamum iam paratum nup-
tiarum festa cum gaudio celebra-
rent. Virgo inspirante deo
considerans dampnum tam dampno-
sis plausibus comparari prostrata
in terram cum lacrimis gloriam vir-
ginitatis et nuptiarum moles-
tias tanta in corde suo compen-
satione librabat quod omnia ante huius
gaudia quasi stercora respuebat.
Unde nocte illa a viri consor-
tio abstinens media nocte deo
se recommendans tonsis crinibus
et virili habitu induta clam au-
fugit. Longe autem ad quoddam
monasterium veniens et fratrem pela-
gium se appellans ab abbate
receptus est et diligenter instructus.
Qui etiam tam sancte et religiose se ha-
buit quod defuncto quodam monialium pri-
ore de seniorum consilio et abbatis im-
perio licet invitus monasterio virginum
est prelatus. Dum igitur eis non solum cor-
poris victum sed etiam divine continue pa-
bula inculpabiliter ministraret. Dyabolus
ei invidens studuit qualiter per crimen
eius cursum obiectu criminis impediret.
Illam enim virginem que extra foribus erat in ad-
ulterium traxit et intumescente utero cum
iam celari non posset tantus pudor
et dolor omnes virgines et monachos
necnon totius monasterii consternavit. Quod
solus pelagius ut potentior eius fa-
miliaris et prepositus sine iudicio ab
omnibus condempnatur. Qui foras cum
ignominia pellitur et in quodam
rupis specu reclauditur. Et a monachis
ferocissimus deputatur qui sibi
panem ordeaceum et aquam tenuissimam
ministraret. Quibus gestis monachi
recesserunt et solum pelagium reli-
querunt. At ille omnia patienter sus-
tinuit et in nullo turbatus fuit sed
gratias deo referens per sanctorum exempla
gratias confortabatur. Tandem cum
se terminum finem suum adesse cognovisset abbati
et monachis per litteras sic mandavit.
Nobili orta genere margarita in
seculo dicta fui. ut pelagus tempta-
tionum transirem pelagium me nominavi.
Non posui virum ut per deceptionem me-
tiar quod feci ostendi de crimine
optimum penitentiam egi. Iam queso
ut quam viri feminam nescierunt
sancte sorores sepeliant. Et sic ex pia
inventis concursu morientis ut fe-
mine virginem recognoscerent quam
calumpniatores adulteram nominabant.
His auditis monachis et monia-
libus ad speluncam currentibus
pelagium a feminis feminam et virginem cognoscunt.

intacta. Et tunc tertio primum agens
agentibus in monasterio virginum ho-
norifice sepelitur. De sancto Kalixto

Kalixtus papa anno domini ccxxii
sub Allexandro imperatore mar-
tirium passus est. Cuius temporibus pars
eminentior urbis Rome divino est
incendio cremata et sinistra manus
Jovis aurea liquefacta. Tunc sacerdo-
tes ad Allexandrum imperatorem
venerunt petentes ut dii irati
sacrificiis placarentur. Dum ergo offer-
rent subito celo sereno mane die
Jovis divino fulmine quatuor sacer-
dotes ydolorum mortui sunt et ara
Jovis concremata est et sol obscura-
tus est ita ut populus Romanus fu-
geret extra muros. Audiens autem
Palmacius consul quod Kalixtus cum
suis clericis trans Tyberim latitaret
rogavit ut eum per quos hoc
malum contigerat ad purgacionem
civitatis penitus delerent.
Palmacius itaque potestate accep-
ta cum illuc cum militibus pervenisset
et illi protinus excecati fuissent. Territus
protinus hoc Allexandro nunciavit. Tunc
imperator iussit ut in die Mercurii
omnis populus conveniret et Mercurio
ymolaret ut ab eo super hiis re-
sponsa acciperent. Quod cum fieret
virgo quedam templi nomine Iuliana
arrepta a demonio exclamat
dicens: Deus Kalixti est verus et vivus
Deus qui iratus est pollucionibus in-
dignatus. Quod audiens im-
perator cum accersito ad supplicium
tradidit ut urbis cum moveret ex
eo quod rei publice plurimum necessari-
us esset. Palmacius vero vicinus et
omnibus predicante venit ad eum
quidam promittens quod si uxorem suam
paraliticam sanaret continuo crederet.

Cum ergo Palmacius orasset illa
sanata ad eum cucurrit dicens:
Baptiza me in nomine Christi qui tenu-
it manum meam et allevavit me.
Et Kalixtus veniens ipsam cum
viro suo Simplicio et multis aliis
baptizavit. Quod audiens im-
perator iussit omnes baptizatos
decollari. Kalixtum vero quinque
diebus sine cibo et potu inclu-
sum mansit. Ille vero audiens eum
plurimum confortatum iussit eum singu-
lis diebus fustigari. Deinde
per fenestram precepit alligato sa-
xo in puteum precipitari. Quod
et factum est. Asterius autem presbiter eius
cum clericis nocte veniens leva-
vit corpus eius de puteo et in
cimiterio Calepodii sepelivit. De sancta Hedwige

Date ei de fructu de fructu ma-
nuum suarum et laudent eam in por-
tis opera eius. In hiis verbis sapi-
entissimi Salomonis dignis
attollitur laudibus beatissime sancte
Hedwigis. Que fortis mu-
lieris strenuitate fulta est toti
ecclesie nitore titulo venera-
bilis et si verba hec intelligantur
universali accepta qualibet autem
sancta virtutum constancia preditam
insinuet debitis laudibus ho-
norandam. Eadem tamen hodierne
sollempnitati specialius attributa
illustrissimam Christi famulam et sponsam
Hedwigim evidenter insigniunt ve-
nerabilem et colendam. In quibus
nobis proponitur ipsius operum gra-
cia et beatitudinum excellencia: operum
inquam gracia proponitur in exemplo
religionis, beatitudinis excellen-
cia in premium sancte laudis. In
manibus enim et opibus copia me-
ritorum, in fructibus autem et laudibus
exuberancia describitur premiorum.

Ex quibus duobus filie matris ecclesie recolligunt quid imitentur agendo et quid admirentur laudando. Imitentur operantes exempla beatissime Hedwigis. Admirentur ~~laudan~~ laudantes in ea fructus exuberantis beatitudinis, ut sic adducantur regi virgines post eam, proxime eius afferentur et ingredientes in exultatione et leticia templum regis. Hunc igitur fructus considerare libet, quod fructus in sacris litteris diversas significaciones sortitur. Interdum enim denotat ipsam operis excellentiam, quemadmodum salvator in evangelio de quibus supra ait: A fructibus eorum, id est operibus, cognoscetis eos. Aliquando etiam fructus significat provenientem ex opere utilitatis consequentiam, unde quod apostolus ad Romanos scribit: Quem ergo fructum, id est utilitatem consequentem, habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Aliquando vero fructus nominat ipsius oblectationem infusam. Unde et ad Galatas scribit apostolus: Fructus autem spiritus, id est oblectatio spiritualis, est caritas, gaudium, pax et cetera. Aliquando etiam fructus dicitur ipsa mercedis affluentia pro operibus retributa. Unde in libro Sapientie dicitur: Bonorum laborum gloriosus est fructus. Hiis fructibus singulis sanctissima Hedwigis fecundissime germinavit, utpote virtutibus et miraculis fructifera, eiusdem donis et graciis fructuosa, utilibus spiritualibus exerciciis fructus angelis delectabiles, superne demum mercedis fructus colligens affluenter.

¶ Et quidem in ipsa progenitorum dominorum antiqua claritatis sic refulsit, quod ab hiis qui sceptra gestarunt regnorum quorumque insignes effigies imperii celsitudo, tamquam propago gloriosa processit. Meranie magnifici ducis filia, tres habens fratres uterinos: patriarcham Aquilegiensem, episcopum Babinbergensem et Meranie ducem et comitem in Tyrol, patris hereditarium successorem, viros multe dignitatis et virtutis gloriositate preclaros. Fuerunt ad hec tres sorores uterinas: unam reginam Francie, coniugem incliti regis Philippi; alteram Ungarie reginam, matrem sancte Elizabeth; tertiam abbatissam insignem in ordine sancti Benedicti. Ipsa namque christianissimo principi Heynrico de Slesye, Cracovie et maioris Polonie duci in matrimonio copulata. Dum sobolis in genere fecunditate insisteret, a deo in lucem edidit principem hereditatis simul et generis successorem nomine ducem Heynricum, qui deo devotissimus et zelo tamquam alter Machabeus accinctus armatura bellica castra dei in virtute spiritus protegebat. Et sicut propugnator populi christiani contra Thartaros martirii palmam promeruit feliciter et communiter. Hec est vere mulier gloriosa que radiis nobilitatis in genere plus splendidis addiciens esse ipsa quam ei unde originem traxit provenit ex radice pro carpendis fructibus memoratis, in sublimitate constituta principatus contemptum elegit humilitatis et divicias terrarum defectum paupertatis, in deliciis voluptatum flagellum asperitatis, in libertate et licencia maritalium amplexuum sanimoniam castitatis, quemadmodum inferiora plenius declarabunt.

¶ Quoniam autem beatissima Hedwigis in agro dominico fructus uberes attulit, ideo non incongrue ad laudem eius rememora-

da promissa imitamur. cum additur
Laudent eam in portis opera eius
Quatuor etenim porte sunt in
quibus beatam Hedwigim opera
sua commendant et laudabilem fa-
ciunt videlicet porta penitencie. misericordie vi-
te et deceptacionis extreme Prima
porta est angusta et dura sed non
minus salutifera eo quod licet prima
carni sit molesta, spiritui tamen dat sa-
lubre medicinam Per hanc por-
tam intrabunt qui peccatis lugentes
hanc ostendit omnibus regnum celorum
adipisci volentibus salvator
in ewangelio dicens Contendite intrare
per angustam portam. quia lata est via
que ducit ad perdicionem Per portam
hanc angustam intravit beatissi-
ma Hedwigis in domum eternitatis
artissimis semetipsam penis vin-
ciendo. Carnem presens in spiritus obe-
dienciam captivando Nam et domi-
nus paucula proferam. cum illus-
trissimo viro suo per annos xxviii
vitam celibem ducens ab omni
illecebra carnis et spiritum custodivit.
Et quod humanum stupendum est sensibus
inter amplexus thori maritalis v-
na cum eodem felici marito suo
sicut lilium germinavit et tamquam
aurum in medio incendiorum probata
voluptatum ignibus per totum tempus
predictum estuata non fuit. Quin ymmo
ex pari voto et consensu unanimi-
ter cum Hedwige principaliter indu-
cente per xxviii annorum curricula
thoro fuerunt sequestrati ut de-
vocius secundum apostolum oracioni et de-
vocioni vacarent anhelantes
secundum civitatem eternam omne quod aliter
sapiat babilonis. In hospitali-
bus quoque penitencie tam in monasterio
trebnicensi constituta quam alibi
duxit artissimam abstinens per plures

annos a vino carnibus et piscibus
et delicacioribus pulmentis ut qui-
dem videretur cum sapiente Cogi-
tavi in corde meo abstrahere a vino
carnem meam ut animum meum transferrem
ad sapienciam Nudis pedibus eciam
continuo incedendo tam yeme quam
estate. Eciam quantumcumque remota
distantes limina frequentabat au-
steritati frigoris vel asperitati itineris
non parcendo. Unde tamen in pedibus eius
ex vi algoris et duricie scissure pa-
tentes ex torte sepissime sanguinis
profusione manarent. Que vestigia
filie principis delicata quam nimio amo-
ris ardens in sponsi amplexus eterni
frigus urens et scindens non effu-
git quin sui dilecti limina frequentare
Eciam pedibus amoris sacrificium
... Heu quam pauce soda-
les hodie tuos gressus o preclaris-
sima comitantur. quam rare sunt
que te priuiam sequentes sociam
appetant thoro tuo Secunda porta
misericordie est scilicet que speciosa in scripturis eloquio
nuncupatur. eo quod misericordie opera specio-
sa dicuntur. Ex quo illud ecclesiasti-
ci Speciosa misericordia in tempore tribulacio-
nis Hinc est quod petentes elemosi-
nam in actibus apostolorum ad portam
templi speciosam sedisse dicuntur.
Per hanc portam tunc fecit pauperibus
compacientes. famelicos reficien-
tes in firmos visitantes capti-
vos redimentes et cetera misericordie opera
facientes Quibus operibus omnibus
hec sancta iugiter insudabat adeo
ut usque ultima necessitate confecta
omnia que habebat in usus misericordie largire-
tur. Per hanc portam speciosam sup-
ernam in troiens gloriam Tercia est spe-
ciosa et suavis in suis deliciis Ex-
titit enim tam pie humilitatis at-
humilis pietatis dum iuvencula quoque pro
illud modum se pauperum obsequiis

reputaret ut eis intendum flexis ge-
nibus uite eterna ministraret et ma-
nu leprosis uoto conpassionis exhi-
bens liberalem. erumpentem saniem
ipsorum ulcerum nequaquam abhorruit
nec morbi contagiosi formidabat
periculum. quin etiam leprosorum acuminatis
obsequiis se inflecteret. illi quod
ubi perducebantur. huiusmodi ulcera
continuo uiscera pietatis tamquam ipsorum
infirmitate induceret. soluebantur. in
ea fercula delicata ciborum piscium
uel huiusmodi mense sue apposita multa
tenus degustans ea omnia pauperibus
largiebatur. cibariis uilibus ipsa
contenta quibus tamen in die dumtaxat
una uice reficiebatur. ¶ Domibus
uinculatis incarceratis et debitoribus
oppressis precium redemptionis occulte
transmittens. Etiam illis qui sibi prius
multo et iniuriam irrogauerant suis
pecuniis clam transmissis libera-
tionis precium parabat. Et ut bre-
ui sermone multa perstringam in conspec-
tu eius intrabat gemitus com-
peditorum et omnium quorum afflictorum
propter angustias reuelando ma-
num extendebat liberaliter adiuto-
rium. Sincera quoque simplicitatis taliter spiritum
regebat quod ex aqua cum qua prefa-
ti monasterii moniales in mandato
die sabbati secundum ordinis sui consue-
tudinem lauerant pedes suos ta-
mquam pro ipsarum contactu aliquid ei sancta-
tis inesset. faciem suam et oculos sepis-
sime aspergebat. Uestes etiam de pa-
nno religioso indutam. eadem si no-
ua foret uti nolebat nisi per aliquam
pedissequarum eius uel aliam attri-
ta fuissent. Diuinis officiis et missa-
rum precipue sic uacabat sollemp-
niis quod omni die a solis ortu usque
ad meridiem uacans non discedens

missarum auditu quasi insatiabilis
uidebatur. non corpore languida
nec cotidie maceracionibus fatigata
ita ut infra ecclesiam constituta nun-
quam sessioni uel fulcimento se daret
quam continue uel staret erecta uel
humiliata publice oraret reflexa
unde post in genibus eius post mortem
eius inuenti sunt calli grandes ad
instar camelorum obducti. Uirtu-
tum forma pudicitie titulus uas
admirabile opus quidem excelsi quod
in terris deus constituit. ut hiis
qui recto sunt corde fieret sinceri-
tatis speculum uita eius. ¶ Certa
porta est malis mors quam bonis uiuen-
tibus porta uite est. Iuncta illud
metrum dum Iuncti uite quis mors
est ianua uite. De hac porta dicitur
per prophetam. Aperite mihi portas iusticie in-
gressus in eas confitebor domino hec
porta domini iusti intrabunt in eam
Domini enim porta dicitur quia ipse pro
nobis transiuit per eam ad uite
ianuam reserandam. Per hanc por-
tam beatissima hedwigis transiuit
ad uitam eternam sublimiter conuocata
Quae admodum eius nunc lauda-
habeant vitam eternam. De eo autem
quod scripsisti mihi ut venirem ad te
oportet prius explere omnia propter
que huc missus sum et [struck]
[struck] recipi ab eo a quo mis-
sus sum. Et postquam expleuero
omnia et assumptus fuero in celum mit-
tam ad te vnum ex discipulis meis
nomine thadeum qui curet te et
viuificet te et vitam eternam tibi et
hijs qui tecum sunt prestabit et sal-
uus eris in nomine meo. Ysidorus

aut abagarus qui principaliter xpm videre non posset secundum quod in quadam antiqua hiſtoria invenitur. Sicut Jo. damaſceni in libro iiiiᵒ teſtatur pictorem quendam ad ihm miſit ut ymaginem domini figuraret ut sic xpm ſaltem per ymaginem conſpiceret quem facie videre non poterat. Sed cum pictor ad eum veniſſet propter nimium fulgorem qui ab eius facie procedebat in eius facie clare nequibat intendere nec ipſam ut sibi iuſſum fuerat figurare. Quod cernens dominus veſtimentum lineum ipſius pictoris accipiens et ſue faciei ſubponens ipſius ymaginem eidem impreſſit ac deſideranti regi abagaro deſtinavit. Cuiuſmodi autem dominus fuit ymaginis in eadem antiqua hyſtoria legitur. Sicut idem Jo. damaſcenus teſtatur. Fuit enim ut ibidem dicitur bene ſupciliatus longumque vultum habuit acclinis et arduus quod est ſignum maturitatis. Illa autem epiſtola domini noſtri ihu xpi tante virtutis eſſe dicitur ut in illa civitate ediſſena nullus hereticus vel paganus vivere valeat nec tyrannus aliquis eiſdem nocere preſumat. Unde ſi aliqua gens aliqua armata manu contra civitatem illam ſurrexerit infans aliquis ſuper portam ſtans epiſtolam illam legit et eadem die hoſtes aut territi fugiunt aut pacificati eis componuntur ſicut fertur olim fuiſſe adimpletum. Sed poſtmodum dum a ſarracenis civitas capta fuit et prophanata ſublato beneficio propter habundanciam peccatorum est in oriente undique patefactum

Postea vero quam dominus est aſſumptus miſit thomas apoſtolus thadeum qui iudas dicitur eciam ad abagarum regem ſecundum domini promiſſionem. Qui cum ad eum veniſſet et ſe diſcipulum ihu xpi promiſſum dixiſſet vidit abagarus in vultu thadei quendam virtutis mirum et divinum ſplendorem habentem. Quo viſo ſtupefactus et territus dominum adoravit dicens: Vere diſcipulus es ihu filii dei qui mihi dixerat: Mittam ad te unum ex diſcipulis meis qui te curet et vitam eternam preſtabit. Cui thadeus: Si in dei filium credideris omnia tui cordis deſideria obtinebis. Cui abagarus: Credo vere et iudeos qui eum crucifixerunt libentius trucidarem ſi in poſſibilitatis adeſſet et me quamvis romanorum auctoritas non impediret. Cum igitur abagarus ſicut in aliquibus libris legitur leproſus eſſet thadeus epiſtolam ſalvatoris accepit et de ea faciem eius confricavit et ſtatim ſanitatem recepit. Iudas autem primo in meſopotamia predicavit et ponto. Symon vero in egipto. Deinde ambo in perſidem devenerunt et ibidem duos magos zaroem et arfaxat quos matheus de ethyopia fugaverat invenerunt. Tunc waradach dux regis babylonie contra indos ad prelium proceſſurus nullum a diis ſuis potuit habere reſponſum. Pergentes autem ad phanum proxime civitatis habuerunt reſponſum quod propter apoſtolos qui venerunt dii videre non poſſent. Tunc dux eos inquiri fecit et inventos qui nam eſſent et quare veniſſent inquiſivit. Qui reſponderunt: Si genus inquiris hebrei ſumus. Si condicionem ſervos ihu xpi nos eſſe fatemur.

Si enim salutis vestre causa huc
venimus. Quibus dux videt. Tunc
felix rursus fieri audiam vos.
Cui apostoli: Modo accessit magis congru
um cognoscere illum cuius ope possis
vincere vel rebelles pacatissimos
invenire. Quibus dux: Dijs meis
vos potentiores invenio fine belli
vos ~~nolui~~ rogo predicare. Cui apostoli: Ut
deos tuos mendaces esse agnoscas
iubemus illis ad quesitum tuum respon
dere ut dum dixerint que ignorant probemus
eos pontifices esse mentitos. Tunc
fanatici quasi de bello dixerunt fu
turum et multum populum hinc inde ru
ituros. Tunc apostoli ridere ceperunt.
Quibus dux: Me timor invasit
et vos ridetis. Cui apostoli: Noli ti
mere quia pax huc nobiscum intravit
et cras hora diei tertia legati In
dorum ad te venient et tue potesta
ti se cum pace subicient. Tunc ponti
fices risum moverunt et duci dixe
runt: Ecce hii isti securum te reddere vo
lunt ut dum incautus fueris adversa
rijs tuis occuperis. Cui apostoli: Non
dicimus ut expectes unum mensem
vel ~~unum~~ duos sed cras in pace victor exis
tes. Tunc dux utrosque custodiri
fecit ut exitu veritatis ho
norarent vel mendaces pene
punirent. Cum ergo in crastinum quod
apostoli predixerunt evenisset et dux pon
tifices incendere vellet prohibuerunt
apostoli ne hoc fieret cum ipsi vivientes non
occidere sed potius mortuos vivifi
care missi sint. Tunc valde mira
tus atque eos occidi non permitterent
et quod de bonis eorum aliqua accipe
re nollent eos ad regem duxit dicens:
Isti sunt dij latentes in effigie ho
minum. Cumque hec coram principibus diceret
magis invictissimo zelo invidie ma
gi commoti dixerunt illos malignos

8
nos esse et contra regnum subtiliter co
gitare. Dixitque eis dux: Ibi audien
tibus cum eis confligite. Cui magi: Vi
debis videre quia nobis presentibus loqui
non poterunt. Veniant huc viri e
loquentissimi et si coram nobis loqui
fuerint ausi nos pontifices imperitos
probabis. Cum autem plurimi advoca
ti adducti fuissent, continuo coram
magis ita facti sunt muti ut nec nu
tibus aliquid loqui possent nec ut
aliquid indicarent. Dixeruntque magi
ad regem: Ut scias nos deos esse
permittemus eos loqui sed ambulare
non posse. Iterumque reddemus eis gres
sum sed faciemus eos apertis oculis
nil videre. Qui cum hec omnia fecis
sent dux advocatos illos turpi
ter confusos ad apostolos duxit. Quos
cum advocati viderent eos in animo con
tempserunt. Quibus Symon et Iudas: Sepe
evenit ut inter scrinia aurea et
gemmata vilia queque habeantur inclu
sa, et intra vilissimas capsas sint
gemmarum monilia preciosa composita. Qui
cumque ergo alicuius rei cupit esse pos
sessor non magno opere gestatorium
sed ipsum quod gestatur expetit. Promit
tite ergo vos ab ydolorum cultura
discedere et solum deum invisibilem adora
re et nos crucis signum in fronti
bus vestris faciemus et magos con
fusione [?] potitis [?]. Quod cum fecissent
et in frontibus signati fuissent ad
regem coram magis iterum ingressi
sunt et cum a magis superari non pos
sent, verum ipsis coram omnibus insul
tarent irati magi multitudinem
serpentium advenire fecerunt. Sta
timque ad iussum regis venientes
apostoli pallia sua de serpentibus
impleverunt et in magos proiecerunt vo
dicentes: In nomine domini sic moriamini
sed a serpentibus laceratis dolorum
vestrorum mugitus dabitis. Cum ergo

serpentes carnes eorum comede-
rent et ipsi tamquam lupi ulula-
rent. Rex et ceteri rogabant apostolos
ut assencientibus occidi permitterent.
Quibus apostoli responderunt Nos
missi sumus reducere a morte in vitam
non vitam precipitare in mortem. Et fac-
ta oratione iusserunt serpentes ut om-
ne venenum quod infuderunt revocarent
et postmodum ad locum suum redirent.
Maiores autem cruciatus magi sen-
serunt cum venenum serpentes re-
traherent quam cum carnes come-
derent. Quibus apostoli dixerunt Tribus
diebus dolores senciatis. Tercia vero
die sani eritis ut vel sic a perversa
malicia recedatis. Cum ergo tribus
diebus sine cibo ac potu ac sop-
no doloribus nimiis cruciati ma-
nsissent apostoli ad eos venientes
dixerunt Non dignatur deus ha-
bere coacta servicia. Ideo consur-
gite sani et abite habentes liberam
facultatem faciendi quod vultis. Illi
autem in malicia perdurantes ab eis
fugierunt et pene contra eos to-
tam Babiloniam commoverunt. Post-
hec filia cuiusdam ducis ex for-
nicatione concepit et filium partu-
riens quendam sanctum dyaconum infa-
mavit quod eam violavit et ex eo
concepit. Cum autem parentes puelle
dyaconum occidere vellent apostoli ad-
venerunt et quando puer natus sit re-
quirunt. Qui indicarunt hodie
prima hora diei. Dixerunt apostoli
Infantem huc adducite et dyaconum
quem accusatis etiam perducite. Quo
facto apostoli infanti dixerunt
Dic infans in nomine domini si iste
dyaconus hoc facere presumpsit. Dixit
infans Iste minister ~~infans~~ dyaconus
castus et sanctus est et nunquam carnem
suam coinquinavit. Cum autem parentes
instarent ut apostoli quererent quis

actor sceleris huius fuisset. Responderunt
apostoli Nos innocentes absolvere
decet nocentes prodere non decet. Et
Tunc etiam ipsis contigit ut duo
tigrides ferocissime que in singu-
lis caveis clause fuerant et omnes
qui sibi occurrerent devorarent.
Tunc apostoli ad eas venerunt et in
nomine domini eas velud oves man-
suetas fecerunt. Volentibus
autem apostolis abinde discedere roga-
ti per annum et tres menses ibidem man-
serunt in quo spacio plusquam lx
milia hominum exceptis parvulis cum
rege et principibus baptizati sunt.
Predicti autem magi ad quandam civi-
tatem nomine Suamyr ubi erant
lxx ydolorum pontifices venerunt
et eos contra apostolos concitaverunt
ut cum illuc venissent aut eos
sacrificare compellerent aut pe-
nitus necarent. Lustrata vero
universa provincia cum apostoli ad predictam
civitatem venissent Ecce predicti
pontifices cum universo populo eos
capiunt et ad templum solis dedu-
cunt. Demones autem per energumi-
nos clamare ceperunt Quid
nobis et vobis apostoli dei vivi. Ecce
in ingressu vestro flammis exuri-
mur. Tunc angelus domini appa-
rens eis dixit Unum e duobus
eligite aut horum repentinum in-
teritum aut vestrum martirium. Facto autem
silencio apostoli dixerunt Ut sciatis
quia ydola demonibus plena sunt.
Ecce eis imperamus ut exeant et
singuli simulacra sua confringant.
Statimque duo ethiopes nigri
et nudi cunctis stupentibus de
simulacris exierunt et fractis
illis cum diris vocibus discesse-
runt. Quod videntes pontifi-
ces in apostolos irruerunt et eos
protinus morti trucidaverunt

In ipsa autem hora cum nimia esset serenitas tantum fulgur extiterit ut templum ipsum scinderetur et phariseo et illi duo magi in carbones ictu fulguris uterentur. Rex autem corpora eorum ad urbem suam transtulit et in eorum honorem ecclesiam mire magnitudinis fabricavit. Et in die natalis eorum in tertio anno consumavit. De beato autem symone in pluribus locis invenitur quod crucis patibulo sit affixus quod etiam ysydorus in libro de obitu apostolorum et eusebius in ecclesiastica hystoria et beda super actus apostolorum et magister Joh. beleth in suma sua testatur. Cum enim ut aiunt in egipto predicasset ierosolima rediit et post mortem iacobi minoris fratris sui in episcopum ierosolimitanum ab apostolis unanimiter est electus ante mortem suam xxx mortuos suscitasse narratur. Unde et cantatur: De quo terdenos mortuos fluctibus mersos hic vite reddidit. Cum autem ecclesiam ierusolimitanam per annos multos rexisset et centesimum et vicesimum annum ageret tempore trayani imperatoris ab attyco consulari ierusalem ut legitur in romana cronica a beo capitur. Et in iuriis multis afficitur ad ultimum in cruce ipsum affigi iussit. Omnibus qui aderant et ipso iudice mirantibus quod ut centum viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Non nulli vero dicunt sicut est rei veritas quod non fuit iste symon qui crucis martirium pertulit sed fuit alius symeon filius cleophe quod etiam eusebius cesariensis in sua cronica testatur. Idem dicunt ysidorus et beda in suis cronicis. Ysidorus et eusebius qui prius dixerant postmodum in cronicis correxerunt. Et partem predictam qui sic hec sensisse redarguit eam in retractionibus suis capitulo xiiii.

De sancto Quintino

Quintinus martir genere nobilis et civis romanus ab urbe ambianensi veniens et multa miracula faciens iussu maximiani prefecti urbis capitur et usque ad defectum cedens iubetur carceri mancipatur. Sed solvente eum angelo in media urbe iuit et populo predicat. Iterato unde tunc captus et in eculeo usque ad disruptionem nervorum distentus verberibus ac crudelibus diutissime cesus oleum pice et adipe ferventissimum tolleravit. Et cum prefectum derideret, calce aceto sinape in eius os implicat. Sed quia adhuc immobilis permanet ad urbem vermandum adductus est duobus clavis a capite usque ad crura et deinde inter ungulas et carnem infigens tandem eum decollari fecit. Cuius corpus in fluvio proiectum cum per annos lv latuisset et a quadam matrona nobili romana taliter repertum est. Illa cum assidue oraret vacare nocte ab angelo monita ad castrum vermandi properare iubetur ut in tali loco corpus sancti quintini requirat et honorifice sepeliat. Cum igitur ad predictum locum cum multo comitatu venisset et oratione ibidem effunderet corpus sancti quintini incorruptum redolens [illegible] enatavit. Quod sepeliens pro sepulture beneficio lumine oculorum recepit. Et ibidem edificata ecclesia ad propria remeavit.

De sancto Eustachio

Eustachius ante placidus vocabatur hic erat magister militum traiani imperatoris. Erat autem operibus misericordie valde assiduus sed [illegible]

ydolorum cultui deditus Habebat
aut coniugem eiuſdem ritus et mi
ſericordie exiſtentem Duoſque fili
os genuit quos iuxta ſuam
magnificentiam magnifice edu
cari fecit Et quia opibus miſe
ſedulus inſiſtebat adiuua uirtu
tis meruit illuſtrari Quadam
enim die cum uenationi inſiſteret
gregem ceruorum uidit inter quos unum
ceteris ſpecioſiorem et maiorem con
ſpexit qui a ſocietate aliorum diſ
cedens in ſiluam uaſtiorem proſiliit
Hoc aliis militibus circa ceruos
reliquos occupatis placidus
hunc toto niſu inſequitur et ipſum
capere nitebatur quem cum totis ui
ribus inſequeretur ceruus tandem
ſuper quandam rupis celſitudinem
conſcendit et placidus appropinquans
qualiter capi poſſet cum animo ſedu
lus reuoluebat Qui dum ceruum
diligenter conſideraret uidit inter
cornua eius formam ſancte crucis
ſuper ſolis radios fulgentem et
ymaginem ihesu chriſti qui per os cerui
ſicut per os aſini balaam locutus
eſt ei dicens O placide quid me perſe
queris ego tui gratia in hoc animali tibi
apparui Ego ſum chriſtus quem tu
ignorans colis elemoſine tue
coram me aſcenderunt et ob hoc ueni
ut per hunc quem uenabaris ceruum
ego hic te uenarer Hec audi
ens placidus nimio timore cor
reptus de equo in terram cecidit et
poſt unam horam ad ſe rediens de
terra ſurrexit et ait Reuela mi
chi quod loqueris et ſic credam in te Et
ait chriſtus Qui celum et terram cre
aui qui lucem oriri feci et a tene
bras diuiſi qui tempora dies et annos
conſtitui Qui hominem de limo
terre formaui Qui propter ſalutem huma
generis in terris in carne apparui
Qui crucifixus et ſepultus tercia
die reſurrexi Hec audiens
placidus iterum in terram procidens
ait Credo domine quia tu es qui omnia
feciſti et qui errantes conuertis
Et dixit ad eum dominus Si credis
et uade ad epiſcopum ciuitatis et te
facias baptizari Cui placidus
uis domine ut hec eadem uxori mee
et filiis meis indicem ut et
ipſi poſtea mecum credant Cui dominus
Renuncia illis ut et ipſi tecum
mundentur tu autem die craſtina
uenias huc ut ego rurſum appa
ream et que futura ſunt plenius
tibi pandam Cum ergo domum ueniſſet
et hec uxori in lecto renunciaſſet
exclamauit uxor in lecto dicens
Domine mi et ego eum uidi tranſacta
nocte dicentem michi Cras tu et vir
tuus et filii tui ad me uenietis
et nunc cognoui quia ipſe eſt dominus ihesus
chriſtus Perrexerunt autem media
nocte ad epiſcopum rome qui eos cum
magno gaudio baptizauit et
placidum uocauit euſtachium et
uxorem eius theoſpitam et filios
eius agapitum et theoſpitum
Mane facto euſtachius ſicut
prius ad uenationem perrexit et prope
locum ueniens milites ſuos quaſi
ſub optentu inueſtigande uena
tionis diſperſit Statimque in loco
forma prime uiſionis aſpexit
cadenſque in faciem ſuam dixit Sup
plico te domine ut manifeſtes que
promiſeras ſeruo tuo Cui dominus
Beatus es euſtachi qui accepiſti
lauacrum gratie mee quia modo
dyabolum ſuperaſti modo eum qui te de
ceperat conculcaſti modo apparebit

fides tua. Dyabolus enim eo quod ipsum
relinqueris contra te seuiet arma-
bitur. oportet igitur te multa susti-
nere ut accipias coronam glorie
et victorie et oportet te multa
pati ut de alta seculi vanitate
humilieris et rursus tu spirituali-
bus diuiciis exaltaberis tu ergo ne
diffidas nec ad gloriam pristinam re-
spicias quia per temptaciones oportet
te alterum iob monstrari. Sed cum humi-
liatus fueris veniam ad te et in glo-
riam pristinam restituam te. Dic
ergo si nunc modo temptacionem accipere
aut in fine vite. Dixit ei eusta-
chius. Domine si ita fieri oportet
modo nos accidere iube temptaciones
sed virtutem paciencie tribue. Cui dominus.
Constantes estote quia gracia mea
custodiet animas vestras. Et sic
dominus in celos ascendit. et eusta-
chius domum rediens hec vx-
ori sue nunciauit. Post paucos
autem dies morbus pestifer
omnes suos et ancillas suas in-
uasit et vniuersos occidit. Dein-
de post aliquos dies omnes equi
et omnia eius pecora subito inter-
ierunt. Quidam autem celesti depredacione
uenientes cuncta que repperierunt
asportauerunt et totam domum
auro et argento et rebus aliis
spoliauerunt. Et ipse cum vxore sua
et filiis gracias domino agens nocte
nudus aufugit. Qui rubore uen-
tes egiptum pergebant totaque eius
possessio per rapinam malorum ad
nichilum est redacta. Rex autem
totusque senatus pro magistro milicie
tam dolebant eo quod nullum de eo in-
dicium reperiri poterant. Cum uero
iter agerent appropinquauerunt
mari et inuenientes nauem sup-

eam nauigare ceperunt. Videns autem
dominus nauis vxorem eustachii que pul-
cra esset nimis ipsam plurimum desid-
rauit. Cum uero transfretassent naulum
ab eis exigebat. Quo non habentibus uero
illis unde soluerent iussit pro naulo
detineri vxorem uolens illam sibi
habere. Quod ut eustachius audiuit
nullatenus assentire voluit. Dum
uero eo contradicente innuit dominus
nautis ut eum in mare precipitaret
et sic vxorem suam habere posset. Quod
cum eustachius comperisset vxore eis
tristis relicta et duos infantes
accipiens ingemiscens ibat ac
dicens. Ve michi et uobis quia mater vestra
alienigene marito tradita est.
Perueniensque ad quoddam flumen propter
aquarum habundanciam quod non est ausus
cum duobus filiis transire sed
vno circa ripam fluuii relicto al-
terum transportauit. Qui cum flu-
men transuadasset illum infantem quem
baiulauerat super ripam posuit et
accipiendum alium festinauit. Cum
autem circa medium fluuius peruenisset
ecce lupus concitus venit et infantem
quem deposuerat rapiens in siluam
aufugit. Qui de eo desperans ad
alium festinabat. Sed cum abiret leo
aduenit et alterum filium rapiens
abiit. Unde cum consequi non valeret cum
esset in medio fluuii cepit plangere et
capillos suos euellere volens
se in aqua precipitare nisi ipsum dei pro-
uidencia continuisset. Pastores autem
videntes leonem viuum puerum por-
tantem cum canibus insecuti sunt.
Diuina autem dispensacione leo pue-
rum illesum abiciens recessit. Qui
dam uero aratores post lupum in-
clamantes ipsum puerum de eius faucibus
illesum liberauerunt. Utrique
uero pastores et aratores de vno uico

fuerunt et penes se pueros nutrierunt. Hec vero Eustachius nesciebat sed gemens et plorans ibat dicens: Heu mihi quia ante ut arbor pollebam sed modo penitus sum nudatus. Heu me quia multitudine militum circumdari solebam sed nunc solus remanens nec filios concessus sum habere. Memini domine te dixisse mihi quia oportet te temptari sicut Iob sed ecce plus aliquid in me fieri video. Ille enim etsi possessionibus nudatus fuit tamen stercus habuit super quod sedere potuit, mihi autem nil horum remansit. Ille amicos et compatientes habuit, ego comites feras habui que meos filios rapuerunt. Illi uxor est relicta a me vero ablata. Da requiem domine tribulationibus meis et pone custodiam ori meo ne declinet cor meum in verba malicie et eiciar a facie tua. Et hec dicens cum lacrimis ad quendam vicum adiit et data mercede sibi agros illorum per annos xv custodivit. Filii autem eius in alio vico educati sunt nec se fratres esse sciebant. Dominus autem uxorem Eustachii conservavit nec illam alienigena cognovit sed post eam in terram dimittens vitam finivit. Imperator autem et populus romanus plurimum ab hostibus molestabatur et recordatus Placidi quomodo strenue contra ipsos hostes sepius dimicasset de eius subita mutatione plurimum contristabatur. Misitque multos milites per diversas mundi partes promittens omnibus qui eum invenirent divicias multas et honores optimos. Duo autem ex militibus qui aliquando Placido ministraverunt in ipsum vicum in quo degebat venerunt. Quos Placidus de agro veniens considerans eos ex incessu protinus agnovit et veniens in memoriam dignitatis sue perturbari cepit et dicere: Domine Ihesu Christe sicut hos qui aliquando mecum fuerunt preter spem vidi sic da ut aliunde coniugem meam videre possim. Nam de filiis scio quod a feris comesti sunt. Et venit ad eum vox dicens: Confide Eustachi quia cito honorem tuum recuperabis et filios et uxorem recipies. Cum igitur militibus obviasset ipsi eum minime cognoverunt. Cumque eum salutassent quesierunt si aliquem peregrinum nomine Placidum cum uxore et filiis cognosceret. Ille autem nescire se professus est. Ad preces tamen eius in hospicium eius diverterunt et Eustachius eis serviebat. Et recolens pristinum statum suum lacrimas continere non potuit. Egressus autem foras faciem suam lavit et iterum rediens eis serviebat. Illi vero considerantes ad invicem dicebant: Quam similis est homo hic illi quem querimus. Et videns alter dixit: Valde similis est. Consideremus igitur si habeat signum cicatricis in capite quod sibi in bello accidit ipse est. Et respicientes et videntes signum ipsum esse quem querebant cognoverunt protinus. Et insilientes et osculantes eum de uxore sua et filiis sciscitati sunt. Qui dixit eis quod filii mortui essent et uxor detenta. Convicini autem omnes quasi ad spectaculum concurrebant dum milites virtutem eius et priorem gloriam predicabant. Et tunc milites preceptum imperatoris ei exponebant et optimis vestimentis eum induerunt et per xv dies ad imperatorem venerunt. Qui eius adventum audiens

patrimque eidem occurrit. et videns
ipsum in oscula eius ruit. Narrauit-
que omnibus cuncta que sibi per ordinem
acciderant. Staticque ad magisterium
translatus est. et idem quod prius officium
exercere compellitur. Qui numeratis mi-
litibus et paucos contra tot hos-
tes esse cognoscens iussit tyrones
colligi per omnes ciuitates et uicos.
Contigit autem illam ciuitatem et
terram in qua filii educati sunt
describi ut darent duos tyrones.
Vniuersi autem eiusdem loci incole
illos duos iuuenes tamquam
cunctis aptiores magistro militum
assignauerunt. Videns uero magister
militum iuuenes elegantes et
morum honestate compositos tunc sibi
plurimum placuissent. inter primos
suos quinatos ordinauit eosdem
et sic perfectus ad bellum subiectis
hostibus exercitum suum tribus diebus
in quodam loco ubi uxor sua pau-
per hospita manebat requiescere
fecit. Illi uero duo adolescentes
in thabernaculo matris sue dei nu-
tu hospitati sunt. nescientes
tamen quod mater eorum esset et sedentes
circa meridiem et mutuo confabu-
lantes exponebant sibi inuicem
de infantia sua. Mater uero eorum
de contra sedens que ipsi referebant
attentius audiebat. Dicebat
enim maior minori. Ego dum infans
essem nichil aliud recolo nisi
quod pater meus magister militum erat et
mater mea speciosa ualde. Duosque
filios habuit me et alium minorem
qui et ipse erat speciosus ualde.
Accipiensque nos de domo egres-
si sumus nocte. Ingressique nauem
nescio quo euntes. Cum autem de
naui egrederemur mater mea nescio

quo in mari relicta est. Pater uero
meus portans nos duos flens per-
gebat. peruenientesque ad quedam
flumina transiuitque cum fratre meo
minore et me super ripam fluminis
dereliquit. Cum autem reuerteretur ut me
acciperet. lupus uenit et illum in-
fantem rapuit et antequam ad me
appropinquaret leo de silua exiens
et in siluam me deduxit. Pastores
uero eruerunt me de ore leonis
et nutritus sum in illa possessione
in qua ipse scis. et non potui scire
quid factum sit de patre meo neque
de infante. Hec audiens minor
cepit flere ac dicere. Per deum ut au-
dio frater tuus sum ego. quoniam et qui
educauerunt me hec dicebant. De
lupo eruimus te. et inuicem amplexantes
ruentes osculabantur se inuicem
et fleuerunt. Audiens hec mater
eorum considerans quod cuncta sua in-
seriatim dixissent apud se tractabat
an si quod illi filii sui essent. Altera
autem die magistrum militum adiit et
interpellauit eum dicens. Deprecor
te domine ut me ad patriam meam
reduci facias. ego enim de terra
romanorum sum. Et hec dicens
vidit in eo signum mariti sui et eum
cognoscens tunc se iam continere non pos-
set procidit ad pedes eius et dixit. Pre-
cor te domine ut exponas mihi pris-
tinam vitam tuam. puto enim quod tu
sis placidus magister militum qui
alio nomine diceris eustachius quem
saluator conuertit et tales tempta-
tiones sustinuit. Cuius uxor que
ego sum in mari sibi ablata fui
que tamen ab omni corruptione saluata
sum. qui et duos filios agapitum
et theospitum habuit. Hec audiens
eustachius et ipsam diligenter

considerans vxorem suam recognouit
et lacrimans pre gaudio ipsam con-
solatus est glorificans dominum qui
consolatur afflictos Tunc dixit ei
vxor sua Domine vbi sunt filij nostri
Qui ait a feris capti sunt et expo-
suit ei quo perdidit eos Et inquit
illi vxor eius Gracias agamus deo
puto enim quod quemadmodum deus do-
nauit nobis ut inueniremus
nos inuicem donabit eciam nobis
recognoscere filios nostros Et ille
Dixi est quia a feris capti sunt
Et illa Hesterna die in orto sedens
audiui duos iuuenes infanciam
suam sic et sic exponentes et credo
quod filij nostri sunt Interroga igitur
infanciam eorum et dicent tibi Et quo-
ciens eos eustachius audiens
quod a feris in infancia eorum recessis-
sent quod filij sui essent et amplec-
tens eos ipse et mater eorum super
eos plurimum fleuerunt et crebri-
us eos osculabantur Omnis igitur
exercitus plurimum gaudebat et
de inuencione eorum et de victoria
barbarorum Cum autem rediret
contigit iam traianum imperatorem
obisse et successisse ei peyorem
in scelcribus adrianum Qui pro vic-
toria obtenta et inuencione vx-
oris et filiorum magnifice eos sus-
cepit et magnum conuiuium parauit
Alia autem die ad templum ydolorum
accessit ut ibi sacrificaret pro victo-
ria barbarorum Videns autem quod
eustachius nec pro victoria nec pro
inuencione suorum sacrificare vellet
hortabatur ut sacrificaret ymolaret
Cui eustachius Ego xpm pro
deo colo et illi soli sacrifico Tunc
imperator ira repletus ipsum cum

vxore et filijs in arena statuit et le-
onem ferocem ad eos dimitti fecit
Accurrens vero leo et demisso ca-
pite quasi eos adorans ab eis hu-
militer recessit Tunc imperator bo-
uem eneum incendi fecit et eos
immitti viuos mandauit Oran-
tes igitur sancti et se domino commendantes
bouem intrauerunt et ibidem deo spiritum
tradiderunt Tercia autem die cebo
ue coram imperatore extracti sunt et ita
penitus intacti inuenti sunt quod nec
capillos nec quicquam eorum vapores
incendij aliquatenus contigerunt
Xpiani vero eorum corpora tulerunt
et in loco celeberrimo recondentes
ibidem oratorium construxerunt Pas-
si sunt autem kl' nouembris vel secundum quos-
dam xij kl' octobris etc De dedicacione

Omnium sanctorum festiuitas quatuor
de causis instituta fuisse
videtur Primo enim propter cuius-
dam templi dedicacionem Secundo propter
obmissorum supplecionem Tercio propter
negligenciam expiacionem Quarto
propter faciliorem oracionum nostrarum im-
petracionem Primo igitur institu-
ta est propter cuiusdam templi dedicacionem
Romani enim cum vniuerso orbi do-
minarentur quoddam templum
maximum construxerunt in cuius me-
dio suum ydolum collocantes
Omnium prouinciarum symulacra per
circuitum statuerunt respiciencia
a rectis vultibus ydolum ro-
manorum Et si qua prouin-
cia rebellaret continuo ut aiunt
arte dyabolica illius prouin-
cie symulacrum ydolo romanorum
posteriora vertebat tamquam innu-
ens quod ab eius dominio recessis-
sisset Contristati igitur romani edill…

provinciam copiosum exercitum destina
bant et ipsam suo dominio subiuga
bat. Verum non sufficiebat romanis
quod omnium provinciarum simulacra in ur
be sua haberent quin potius et singulis
diis templa singularia construxe
runt tamquam qui eos cunctarum pro
vinciarum victores et dominos effecis
sent. Sed quia omnia ydola templum
habere non poterant ad maiorem
sue vesanie ostensionem vel
ostentationem unum templum cunctis
mirabilius et sublimius in ho
nore omnium deorum erexerunt. et
pantheon quod sonat toti dii vo
caverunt. a pan quod est totum et theos
quod est deus. Pontifices enim ydolo
rum ad maiorem populi deceptionem finxe
runt quod berecinthia que mater omnium
deorum vocabatur fuit imperatrix
ut si de omnibus gentibus victo
riam vellent obtinere filiis
suis templum magnificum fabrica
rent. Fundamentum igitur ipsius tem
pli in circuitu iacitur ut expressa for
ma deorum eternitatis demonstraret.
Sed quia latitudo testudinis insus
tentabilis videbatur cum super
structuram in edificatione altitudinis
processissent totum intus terra
replebant simul ut dicitur cum terra
denarios iacientes. et sic quo
usque predictum templum mirabiliter
est consummatum. Tunc data licentia ut
quicumque terram exportare vellet
totam pecuniam quam in ipsa terra inveniret
propria sua esset. festinanter tur
ba terram templi cito evacuavit.
Deinde romani pineam eneam
fabricaverunt et in summitate collocave
runt. Erant etiam in hac omnes provincie
mirabiliter erant sculpte ut
qui romam venissent ubi unusquisque sua
esset provincia scire possent. Hec autem
tempore procedente nunc accidit unum et
in predicto templo aptum remansit.
Tempore igitur foce imperatoris cum iam
dudum roma fidem christi recepisset
Bonifacius papa quartus a magno
gregorio predictum templum a foca cesa
re impetravit. et ydolorum omni
eliminata spurcitia ipsum quarto
ydus maii ad honorem beate ma
rie virginis et omnium sanctorum martirum
consecravit. Et sancte marie ad mar
tires appellavit quod nunc sancta ma
ria rotunda a populo appellatur. Eo
die enim confessorum sollempnia ab
ecclesia agebantur. Sed quia ad hoc fes
tum multitudo maxima confluebat
et propter defectum victualium celebra
ri commode non poterat. Ideo gregorius
papa gregorius hoc festum in novembri
quando maior copia victualium esse
videtur messibus et vindemiis
celebrationis fieri instituit. Hanc
per universum mundum hac die in hono
rem omnium sanctorum celebrari sollemp
niter ordinavit. Et sic templum
quod fabricatum fuerat omnibus ydolis. Et
nunc dedicatum est omnibus sanctis. Et
ubi multitudo celebrabatur ydo
lorum ibi modo devote laudatur mul
titudo sanctorum. Tertio hec est instituta
propter obmissorum supplementum. Nos
enim multos sanctos obmittimus de
quibus nullam festivitatem sive
memoriam facimus. Non enim possu
mus omnium sanctorum festa agere. tum propter
sanctorum multitudinem. quia multi et quasi
infiniti sunt. tum propter nostram infirmi
tatem quia infirmi et debiles sumus
nec ad hoc sufficere possemus. tum
propter temporis brevitatem quia etiam
nobis tempus non sufficeret. Ideo

ecclesia rationabiliter ordinavit ut
quia festum omnium sanctorum singulariter facere
non possemus saltem omnes generaliter
et in simul honoraremus. Quare
autem institutum sit ut festivitatem
agamus, in tribus magister Wilhelmus
Altisiorensis in summa de officio
ponit VI rationes. Prima est propter
honorem divine maiestatis. Cum enim
sanctis honorem impendimus, deum in
sanctis honoramus et ipsum in eis mi-
rabilem predicamus, quia qui sanctis
honorem tribuit illum specialiter hono-
rat qui eos sanctificavit. Secunda
est propter auxilium nostre infirmitatis,
quia enim per nos salutem habere non
possumus, ideo sanctorum intercessionibus
indigemus, quibus ut adiu-
vari mereamur merito ipsos hono-
rare debemus. Legitur enim III Reg.
quod Bersabee, que interpretatur puteus
sacietatis, id est ecclesia triumphans,
filio suo id est ecclesie militanti
regnum suis precibus optinuit.
Tertia est propter augmentum nostre secu-
ritatis, ut scilicet per gloriam sanctorum que
nobis in eorum festivitate proponitur,
nostra spes et securitas augmentetur.
Si enim homines mortales nobis
similes potuerunt ita per sua me-
rita sublimari, constat quia nos
similiter poterimus, cum manus domini ab-
breviata non sit. Quarta est propter exemplum
nostre imitationis. Cum enim eorum
festivitas recensetur, ad eorum
festivitatis et sanctitatis imitationem
provocamur, ut scilicet eorum exemplo
terrena contempnamus et celestia
desideremus. Quinta est propter debitum
vicissitudinis mutue. Sancti enim
de nobis in celo faciunt festum

quia gaudium est angelis dei et animabus
sanctis super uno peccatore etc. Est igitur
eis vicissitudine ut reimpenda-
mus, iustum est quia ipsi de nobis festum
agunt in celis et in terris nos festum
agamus de ipsis. Sexta est propter cura-
tionem nostri honoris. Cum enim sanctos
honoramus, tunc nostram rem agimus
et nostrum honorem procuramus, quia eo-
rum festivitas est nostre dignitatis.
Nam cum honoramus fratres nostros
honoramus nosmetipsos. Caritas
namque facit omnia quia esse communia. Omnia
eadem nostra sunt celestia, terrestria
et eterna. Preter autem has VI ra-
tiones Johannes Damascenus ponit a-
lias rationes in libro IIII ca. VII quare
scilicet sancti pariter et eorum corpora sive
eorum reliquie debeant honorari.
Quarum quedam assumuntur quantum
ad eorum dignitatem, quedam quantum ad
corporis ipsorum preciositatem. Dig-
nitas autem ipsorum ut ibidem dicitur
quadruplex est. Quia ipsi sunt amici
dei, filii dei, heredes dei et duces
nostri. Et ponit istas auctorita-
tes de I° Joh. XIIII°: Iam non di-
cam vos servos sed amicos meos
etc. De II° Joh. I°: dedit eis
potestatem filios dei fieri etc. De III°
Rom. VIII°: Si filii et heredes etc. De
IIII° sic dicit: Quantum laborares
si ducem invenires qui coram mor-
tali rege te adduceret et pro te ad
ipsum sermonem faceret. Duces igitur
generis humani totius qui pro nobis
ad dominum interpellationem faciunt non
honorandi? sed utique honorandi,
templa erigentes deo et eorum
memoriam venerantes ipsos ho-
noramus. Alie sumuntur quantum
ad corporis eorum preciositatem. Et
ponit idem Damascenus quatuor
et magister addit quintum per quam ma-

nifestat̃ ꝑciosissime corporis sctõꝝ
siue reliquiarꝫ Ipsa eni sctõꝝ
corpa fuerunt promptuariu
dei templu xp̃i alabastru
spũalis vngenti fontes diui
ni ⁊ organu spũs sci Primo
eni promptuariu dei Vn dr̃
Hij eni promptuaria dei puri
tenacula sci sũt Secdo teplu
xp̃i vn sequitur qm ꝑ intellec
tu i corporibus eorꝫ habitant
deus dicit aplũs Nescitis qm
corpa vra teplu i habitantis
i nobis spũs sci sunt Deus
aut spũs scũs ē quare ergo
nõ honorant aiata tepla
dei ⁊ aiata dei tabnacula ?
Vnde etiã crisosto⁹ lib̃o i edifi
catõne pictu delectat deus
aut i quersatõne sctõꝝ Vnde
ps Dñe dilexi decore dom⁹
tue Quẽ decore nõ que di
uersis marmoꝝ splendet ti⁹
s3 que ꝑstant vdictis uiuenti⁹
gratiꝫ Ille decor carnẽ delectat
Iste uiuificat aiam Ille pro
tpe deicit ⁊ decipit oculos
Iste aut ꝑpetuu edificat itel
lcm Tercio Alabastru spũa
lis vngeti Vn an̄ Vngentu
boni odoris exse manans sctõꝝ
reliquie tribuentes ⁊ nullus
hec discredat Sicut eni ex rupe
⁊ firma petra aqua i heremo
emanauit et maxilla asini
sampson sicienti ex mirtice
reliquijs vngetu beneoleñs
emanare i credibile neqq̃
ē sicientibus demu dei uirtute
⁊ sctõꝝ q a dño ē honoꝝ Quarto
fontes diuini Vnde ait Isti
uincẽtes i uitate cu libera
pietate deo assistũt fontes

nobis salutares Saluator xp̃c sctõꝝ
suoꝝ ꝑbuit reliquias misericordi
a bñficia irrigantes Quinto or
ganu spũs sci Hanc ratõnem
assignat aug⁹ i libo de ciuitate
dei dicens Non sũt contepnenda
s3 plurimu reuerenda sctõꝝ corpa
quibus dũ adhuc uiuerent spũs
scũs q̃i quibusdam organis ad
omne opus bonu usus ē Vnde
aplũs An experimetu queritis eius
qui i me loquitur xp̃s Et de stepho
dr̃ qa nõ poterant resistere sapie
⁊ spũi qui loquebatur Ite ambo
in exa. hec ē ꝑciosu q̃ hõ diuine uo
cis sit organu ⁊ corporalibꝫ labijs
exprimit celeste oraculu Sexto
i stitũta ē ꝓpter neglienciaꝫ ex
piatõm. licz eni paucoꝝ sctõꝝ
festa agim⁹ adhuc tñ illa pau
ca neglient sepe agim⁹ ⁊ mul
ta ibidem ꝑ ignoranciaz ul negli
enciaz obmittim⁹ Si q̃ igr̃ i tali
is sollepnitatibus sctõꝝ quas a
gim⁹ neglexim⁹ In hac gñali fes
tiuitate supplere possim⁹ ⁊ de
neglicencia nos purgare ualem⁹
Hec ratio tangitur i simone q̃ hac
die ꝑ ecclias agitur ⁊ recitatur In
quo sic dicitur Decretu ē i hac die
ut sctõꝝ om̃ memoria habeatur ut
quicquid mortalis fragilitas et
humana ꝑ ignorantia ul neglien
ciaz seu ꝑ occupatõm rei secularis
i sollepnitatibus sctõꝝ ꝑegisset
hac sca obseruatõne seruat Et
notandu aut q̃ quadruplex est
ordo sctõꝝ noui testamenti quos ꝑ
anni circulu recolim⁹ ⁊ quos
hodierna die i simul recolimus
ut eis q̃ que neglienter fecim⁹
suppleam⁹ scz aplimi eis confessores

vgines P rima igr̄ dr̄a
ē aplor̄ quor̄ excellencia ex
eo manifestat̄ q̄ omēs alios
sc̄os p quatuor excedunt. Primo
i p̄eminencia dignitatis. ipi eni
sunt sapientes principes ecclie
militantis. Potentes assessores
etni iudicis. Dulces pastores
dnici gregis. Unde Tales decebt
humano generi pastores et doctores
institui qui et dulces essent et bn
blande et miscorditer susciperent
potentes ut fortiter ptegerent
sapientes ut ad viam et p viam
ducerent q ducit ad ciuitatem
Scdo i p̄eminencia ptatis sicut
dicit aug9 qa aplis deus ded̄ pta
tem sup naturam ut ea curarent
Sup demones ut eos eicerent Sup
elementa ut ea i mutarent Sup
aīas ut eas a peccatis soluerent Sup
mortem ut eam ̄cterent Sup
anglos ut corp9 dnicu ̄csecrarent
rent Tercio i progatiua sancti
tis Unde appt eor̄ sanctitatem magi
ma et gre plenitudinem ita ut
conspectu xpi i eis tamq̄ i specu
lo relucebat et cognoscebat i
eis sicut sol i suo splendore sicut
rosa i suo odore sicut ignis in
suo calore Unde hoc dicit crisosto9
induit xpus aplos q̄ sol radi
os suos q̄ rosa suauitatis
sue odorem q̄ ignis scintillas
suas dispsit. ut sicut sol radiis
suis apparet sicut rosa odoribus
suis sentitur. sic ignis i scintil
lis suis aspiciatur. Sic i illorum
v̄tutibus xpi potencia ̄cgnoscatur.
Hec crisosto9 Qrto i efficacia
vtilitatis De quor̄ efficacia dicit
aug9 loquens de aplis. Ex ab
iectissimis. eximpitissimis. ex
paucissimis nobilitantur. illu
minantur. multiplicantur. dulcissima
eloquia pclarissima ingenia. co
piosissima agmina. acutor̄ fa
cundor̄. atqz doctor̄ ¶ Scda dr̄a
ē mrtir̄ quor̄ dignitas et excel
lencia manifestatur. ex eo q̄ pas
si sunt multiplicat̄. utilit̄ et ̄cstant
multiplicat̄ qui p̄t sanguinis effu
sionem mrtirium passi sunt. Applicat̄
aliquis mrtirium sine sanguine fit deq̄
triplici mrtirio dicit. Unde Triplex
ē mrtirium sine sanguine scz pari
tas i liberalitate qua habuit da
uid Largitas i paupertate quam
exhibuit thobias et vidua Cas
titas i iuuentute q̄ usus ē yoseph
i egipto Scdm aut greg9 tri
plex ē mrtirium sine sanguine scz
paciencia ad usus aliorum Unde dicit
sine ferro mrtires ee possum9
scz paciam i aio uaciter custodi
amus Compassio afflictor̄ Unde
dicit Qui dolorem exhibet i alie
na necitate crucem portat i me
te Dilco i inimicor̄ Unde dicit
ferre ̄ctumelias. odiente dilige
re mrtirium ē i occulta cogitatione
¶ Scdo utilit̄. ̄q utilitas ex pte
mor̄ mrtir̄ ē omni peccatis re
missio. meritor̄ cumulacio. eterne
glorie pcepcio Ista enim duo pro
sui sanguinis emerunt et ideo eor̄
sanguis dicitur preciosus id ē pcio
plenus Unde ps. et scdo Aug9 i libro
de ciuitate dei Quid ē preciosius
qua mors ppt quam delicta di
mittuntur merita cumulantur Idem
sup Joh Preciosus ē sanguis xpi
sine peccato fecit tn ipe suor̄ sanguine.

preciosum pro quibus dedit sanguinis
precium. Item si suorum sanguinem non
faceret preciosum non diceretur. preciosa
in conspectu domini etc. Item Ciprianus
Martirium est delictorum finis, periculi
terminus, dux salutis, paciencie magister,
domus vite. De iii bonis. Tria
sunt que mortem sanctorum preciosam fa-
ciunt: quies a labore, gaudium de vibrata
novitate, securitas de eternitate.
Ex parte nostri duplex est utilitatis
racio, quia dati sunt nobis in exem-
plar ad certandum. Crisostomus. Tu
christiane delicatus es miles si
putas te posse sine pugna vin-
cere sine certamine triumphare. Ex-
ere vires fortiter dimica atro-
citer in prelio isto concerta. Consi-
dera pactum, condicionem attende,
miliciam nosce. Pactum quod spospon-
disti, condicionem qua accepisti,
miliciam cui nomen dedisti. Hoc
enim pacto cuncti pugnant. Hac
condicione universi vicerunt. Hac mi-
licia triumpharunt. Item Crisostomus
Secundo dati sunt nobis in pronos
adauxiliandum. Adiuvant enim nos
et meritis suis et oracionibus. Unde super(?)
Aug. In mensa dei pietatis mar-
tires minia(?) nostra vult esse suffragia
Illos examinat ut nos erudiat
Illos conterit(?) ut nos acquirat. Illorum
cruciatus nostros vult esse pro-
fectus. De secundo. Leo. Quod vigilan-
tiam sancti apostoli et martires adhuc
in corpore positi possent orare ergo
pro ceteris qui desunt adhuc debent
esse solliciti, quanto magis post
coronas victorias et triumphos.
Si unus homo Moyses sex centis
milibus armatorum impetravit
veniam a deo et Stephanus suis
persecutoribus veniam deprecabatur. Et
postquam cum Christo esse ceperunt minus
valebunt. Paulus apostolus cclxxvi
animas in navi donatus(?) et postquam
resolutus cepit esse cum Christo nunc ora
clausurus est. Ceterum constanti(?) Aug.
firmitas est animi(?) mentis splendidi ca-
ritate, acuta veritate dei pugnan-
tibus in beata virtute quam bella fecit, que
contradiccionum certitas(?) redarguen-
do superavit, percussit infestos pos-
uit adversos. Item Crisostomus. Torti tor-
quentibus fortiores steterunt ac
lacerantes ungulas laniata mem-
bra vicerunt. Tercia dicitur est con-
fessorum quorum dignitas et magnifi-
cencia manifestatur ex eo quod deum con-
fessi sunt tribus modis scilicet corde
opere et ore. Confessio cordis non
sufficit sine confessione oris sicut
probat Crisostomus quatuor racionibus. Pri-
ma ad primum sic dicit. Radix confessio-
nis fides est cordis, confessio autem
fructus est fidei. Sicut ergo quamdiu
est viva radix necesse est ut ra-
mos producat aut folia. Si autem
non produxit sine dubio intelligitur
quia radix eius in terra siccata est. Sic
et quamdiu fides cordis integra
est semper germinat confessionem in ore. Si
autem confessio mutuata(?) fuit oris
intellige sine dubio quia fides cor-
dis eius iam ante siccata est. Secun-
da ad secundum sic ait. Si enim prodest corde
credere et coram hominibus non
confiteri, Greg. infideli et ypocrite si
Christum prodest confiteri etiam si corde
non credat. Sicut autem ille nichil pro-
ficit sine fide confitens, nec tu pro-
ficis credendo sine confessione.
Tercia ad tercium sic dicit. Et si suffi-
cit Christo quia cognoscis eum etiam,

7.iii

si confessus non fuus coram hominibus cum ergo et tibi sufficiat si corde credit te xpus etiam si confessus non fuus coram deo et tibi aut non sufficit cognito cuius nec illi sufficit fides tua. Quantum ad quartum sic dicit: Cui enim sufficeret tibi fides cordis, cor tantummodo tibi creasset. Nunc autem et os tibi creavit deus ut corde credas et ore confitearis. ¶ Tertio confessi sunt deum opere. Qualiter autem quis deum opere confiteatur aut neget ostendit Leo in originali super illud Confitentur se deum nosse dicens: xpus est sapientia, iusticia, veritas, fortitudo, sanctitas. Negatur per insipienciam sapientia, per iniquitatem iusticia, per mendacia veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quociens

et prius vincimur viciis potestatis deum tociens negamus, et econverso quocienscunque bene quid agimus deum confitemur. ¶ Quarta dona est virginum quantum dignitas et excellencia manifestatur sic. Primo quia ipse sunt sponse eterni regis. Ambrosius: Pulcritudinem eius potest maiorem estimare decore eius que amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur a deo, semper sponsa, semper innupta. Secundo quia comparantur angelis. Ambrosius: Virginitas condicionem humane nature supergreditur per quam homines angelis assonantur. Maior est tamen victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne vivunt, virgines vero in carne triumphant. Tertio quia illustriores sunt fidelibus omnibus. Cyprianus: Virginitas est flos ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum

gracie spiritualis, leta indoles laudis et honoris, opus integrum atque incorruptum, dei ymago respondens ad sanctimoniam dei, illustrior porcio gregis xpi. Quarto quia preferuntur coniugatis respectu copule coniugalis, patet ex multiplici comparacione ad ipsam. Illa enim impregnat ventrem, ista mentem. Augustinus: Gloriosius eligit in carne vitam iam imitari angelorum quam excrescere vitam augere mortalium. Est autem uberior felicitatis fecunditas non ventre gravescere sed mente grandescere. Illa parturit filios doloris, ista filios gaudii et exultacionis. Idem Augustinus: Ipsa continencia nequaquam sterilis est sed fecunda mater filiorum, id est gaudiorum, de marito de te domine. Illa replet filiis terram, ista celos. Leo: Nuptie terram replent, virginitas paradisum. Illa est mater sollicitudinis, ista quietis. Bernardus: Celibatus virginitatis est amicus silencii, pax carnis, quidem redempcio viciorum, principatus virtutum. Illa est bonum, ista melius. Leo ad paramarium: Tantum est inter nuptias et virginitatem quantum inter non peccare et benefacere, ymmo ut levius dicam quantum inter bonum et melius. Illa comparatur spinis, ista rosis. Ieronimus ad Eustochium: Laudo nuptias sed quia mihi virgines generant. Lego de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritam. Quinto quia multis gaudent privilegiis. Hec namque virgines coronam aureolam habebunt, canticum novum soli cantabunt, vestimentis eisdem cum xpo gaudebunt, post ipsum agnum semper ambulabunt. ¶ Sexto et ultimo instituta est propter faciliorem oracionum virtutis impetracionem ut sicut

omnes sanctos in simul hac die honoramus sic et ipsi omnes in simul pro nobis intercedunt ut sic fautoribus dei omnium impetremus. Impossibile enim est multorum preces non exaudiri. Hec ratio tangitur in oratione cum dicitur: Ut desideratam nobis tue propiciationis habundanciam multiplicatis intercessoribus largiaris. Intercedunt enim pro nobis sancti merito et effectu. Merito dum eorum nobis merita suffragantur. Effectu dum nobis vota nostra cupiunt adimplere que tamen non faciunt nisi voluntati dei adimplenda didicerunt. Quod autem in hac sollempnitate omnes sancti ad intercedendum pro nobis universaliter conveniant ostenditur in quadam visione que sequenti anno ab huius sollempnitatis institucione contigisse narratur. Cum enim in hac die custos ecclesie sancti Petri ex devocione omnia altaria circuisset et omnium sanctorum suffragia implorasset demum ad altare sancti Petri rediisset ibi conquiescens paululum extra se raptus est et ecce vidit regem regum in sublimi solio consistentem et omnes angelos in eius circuitu commorantes. Tunc virgo virginum diademate adveniens fulgenti quam innumerabilis multitudo virginum continenciumque sequebatur. Huic rex protinus assurrexit et posito solio iuxta se sedere fecit. Post hec advenit quidam vestitus de pilis camelorum quem sequebatur multitudo venerabilium seniorum. Deinde venit et alius pontificali habitu decoratus quem aliorum chorus in habitu simili sequebatur. Postea vero processit innumerabilis milicie multitudo post quos venit turba diversarum gencium infinita. Omnes igitur ad regis solium advenerunt et ipsum flexis genibus adoraverunt. Is autem qui pontificali habitu erat matutinas ceteris se sequentibus inchoavit. Angelus autem qui predictum custodem ducebat eidem visionem exposuit asserens virginem Mariam in prima acie matrem dei esse. Et vestitum de pilis camelorum Iohannem baptistam cum ceteris patriarchis et prophetis. Pontificali vero vestitum habitu Petrum cum ceteris apostolis. Milites martires. Turbam reliquam confessores. Qui ideo omnes ante regem venerunt ut pro honore sibi hac die a mortalibus exhibito gratias agerent et pro orbe universo orarent. Deinde ad locum alium ipsum duxit et utriusque sexus homines alios in stratis aureis alios in mensis gaudentes diversis deliciis alios nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit autem hunc locum esse purgatorii, habundantes vero animas esse quibus ab amicis plurima suffragia copiose subveniebant. Egentes vero quorum cura a nullo tamen habebatur. Iussit ergo ut omnia summo pontifici intimaret ut post festum omnium sanctorum diem statueret animarum et ut saltem generalia suffragia pro illis illa die fieret qui specialia non recipit habere. animarum

Commemoratio omnium fidelium defunctorum hac die ab ecclesia fieri instituta est ut generalibus beneficiis adiuvetur qui specialia habere non prevalent sicut predicta revelacione monstratur. De duobus autem specialiter hic videri potest: primo de ipsis purgandis, secundo de eorum suffragiis. Circa primum tria videnda: primo qui sunt illi qui

vestitus

purgantur. Secundo propter quos purgantur. Tercio ubi purgantur. Illorum autem qui purgantur tria sunt genera. Primi qui satisfactione sibi iniuncta sed non dum completa decedunt. Verumptamen si tam haberent cor contritum quod sufficeret ad delendum peccata, libere advolarent. Transirent etiam si satisfactionem minime complevissent, quia contritio est maxima pars et precipua satisfactionis et maxima peccati deletio. Licet apud deum non valeat tantum mensura temporis quantum doloris, nec abstinentia tantum ciborum quantum mortificatio viciorum. Secundi qui non adeo contriverunt et ante expletionem penitentie moriuntur, igne purgatorii gravissime puniuntur, nisi forte eorum satisfactio ab aliquibus caris suis perficienda assumatur. Ad hoc autem quod commutatio valeat quatuor requiruntur. Primum est ex parte commutantis, scilicet eius auctoritas, quia de sacerdotis auctoritate fieri debet. Secundum est ex parte illius pro quo fit commutatio, scilicet eius necessitas, quia in tali statu debet esse quod per se satisfacere non valet sed adiuvari indiget. Tercium est ex parte illius in quem fit commutatio, scilicet caritas, quia necesse est ipsum esse in caritate ut satisfaciat ipsam satisfactionem esse meritoriam et satisfactoriam. Quartum est ex parte pene, scilicet pena debita proportionalibus, ut videlicet minor commutetur pena in maiorem, quia plus satisfacit deo pena propria quam aliena. Est enim triplex pena, scilicet propria et aliena voluntaria, et hec maxime satisfacit. Secunda est propria et non voluntaria que est in purgatorio. Tercia voluntaria et non propria sicut est in predicta commutatione, et hec minus satisfacit quam

prima, ex eo quod non est propria, et magis quam secunda, ex eo quod est voluntaria. Verumptamen si iste pro quo satisfactio est assumpta decedit, nichilominus tamen in purgatorio cruciatur. Sed tamen per penam quam ipse sustinet et quam alii pro eo solvunt citius liberatur, quia dominus penam suam et penam illorum computat in sortem. Unde si debuit penam sustinere duorum mensium in purgatorio, talis sic potest adiuvari quod in uno mense liberatur. Nunquam tamen inde eripitur quousque debitum sit solutum. Quo soluto illud quod solvitur deinceps est premium qui facit et in sinum suum [illegible]. Et si ipse non indiget [illegible] in sinum ecclesie vel valet aliis qui in purgatorio sunt. Secundi qui in purgatorium descendunt sunt qui satisfactionem quidem sibi iniunctam compleverunt, sed tamen illa penitentia ignorantia vel negligentia sacerdotis sufficiens non fuit. Hii enim nisi magnitudo contritionis suppleat totum in purgatorio implebunt quod minus in hac vita fecerunt. Deus enim qui modos et mensuram peccatorum novit et penarum, addit penam sufficientem ne aliquod peccatum in[illegible]. Unde penitentia iniuncta aut equalis est aut maior aut minor. Si maior tunc illud quod plus fecit cedit ei ad augmentum glorie. Si equalis tunc sufficit ad dimissionem ipsius culpe. Si minor tunc illud quod restat suppletur ex divine iusticie. De hiis vero qui in fine penitent audi quid Augustinus sentiat. Baptizatus ad horam securus hinc exit. Fidelis bene vivens agens penitentiam et reconciliatus cum sanus est securus hinc exit. Agens

primam et reconciliatus ad ul-
timum si securus hinc exeat
ego non sum securus. quare tene
certum et dimitte incertum. Hec au-
tem ideo dicit augustinus quia tales con-
fuerunt ex necessitate potius pe-
nitentes quam ex voluntate. potius
timore pene quam amore glorie
Tercio qui in purgatorium descendunt
sunt. qui lignum. fenum. stipulam
secum ferunt. quod scilicet terrena sua et di-
uicias carnali tenent affectu
Affectiones enim carnales quibus
dediti sunt domibus coniugibus
possessionibus ita ut nil deo
preponant. Illis tribus signatur
qui secundum suos amandi mo-
dos vel diuiciis ut lignum vel
minus ut fenum vel minimum
ut stipula cremabuntur. Qui
ignis ut dicit augustinus et si eternus
non sit miro modo tamen grauis est
Excellit enim omnem penam quam
unquam aliquis passus est in hac vita
Nunquam in carne inventa est tan-
ta pena licet mirabilia passi sunt
martires tormenta. ¶ Circa
secundum scilicet per quos purgantur. Sci-
endum quod illa purgacio et punicio
fit per malos angelos et non per
bonos. Boni enim angeli non
vexant bonos. sed boni malos
et mali bonos et mali malos
Pie tamen credendum est quod boni an-
geli fratres et ciues suos frequenter
visitant et consolantur. ut paci-
encius sufferant exhortantur. Ha-
bent etiam aliud consolacionis re-
medium ex eo scilicet quod certi gloriam
futuram expectant. Habent enim
certitudinem de gloria minorem quidem
quam illi qui sunt in patria. maiorem
quam illi qui sunt in via. Certitudo illorum
qui sunt in patria est sine expectacione et ti-
more. quia nec illam futuram exspec-
tant cum presentem habeant. nec illam
de facto amittere formidant. Cer-
titudo autem illorum qui sunt in via cum
timore est. Sed certitudo illorum qui sunt in
purgatorio medio modo est. Est
enim cum expectacione quia ipsam futuram
expectant sed tamen sine timore quia
cum habeant liberum arbitrium confir-
matum de facto peccare se non posse
cognoscunt. Forte tamen verius est quod
illa punicio fit per malos angelos
sed diuina iusticia iubente et flatu
eius succendente etc. ¶ Circa ter-
cium ubi scilicet purgantur. In quodam lo-
co iuxta infernum posito qui purga-
torium dicitur secundum pociorem plurimorum sa-
piencium. Licet alii videatur quod sit
in aere vel in torrida zona sed tamen
per diuinam dispensacionem diuersa loca
diuersis animabus aliquando deputantur.
et hoc multiplici de causa. Aut
propter eorum leuem punicionem. Aut propter
eorum celerem liberacionem. Aut propter
nostram instruccionem. Aut propter culpe
in loco perpetracionem. Aut aliquorum sancto-
rum oracionem. Primo propter eorum le-
uem punicionem sicut aliquibus secundum
gregorium reuelatum est quasdam
animas in umbra puniri. Secundo
propter eorum celeriorem liberacionem ut
scilicet possint aliis sua indigencia
reuelare et ab eis suffragia pe-
tere et sic de pena celerius ex-
ire. Dicitur enim quod quidam piscato-
res beati theobaldi in autumpno
frustum glaciei pro pisce pren-
diderunt de quo magis quam
de pisce gauisi sunt. maxime
quia episcopus dolorem pedum labora-
bat ipsam glaciem pedibus eius

ſuppoſuerunt et magnū ei ꝯ fri-
gꝰ ꝓſtabꝫ. Quadam uero vi-
ce de glacie hoīs uocē audiuit.
Qui adiuratus ab epo quis eſſet
dixit. Sum quedam aīa q̄ in hᶜ geli-
cidio ꝑ peccatis meis affligor ⁊ libe-
rari poſſem ſi triginta miſſas ſine
interuallo xxx diebus ꝯtinua-
tas hēre poſſem. Quas epc pro
ipa redimenda ꝯtinuare ꝓmiſit.
Qui cū medietatem miſſarū ꝯple-
uiſſꝫ et ſciam ad miſſam aliam
ꝑaſſꝫ dyabolica ſuggeſtiōe ꝯtigit
q ſeditionis hoīes illius ciuitatis
inter ſe bellarent. Unde uocatꝰ e-
piſcopꝰ ad ſedandū diſcordiam.
Qui ſacras deponens ueſtes miſ-
ſam illa die intermiſit. Alteram re-
incipiens ⁊ duas ptes complens
exercitus magnꝰ ut uidebatur ciui-
tatē obſedit et compulſus miſ-
ſe officiū intermiſit. Deinde rein-
cipiens cū omnes ultima excep-
ta dixiſſꝫ ⁊ cū ultimā inchoare
uellꝫ tota uilla et domꝰ epi ac-
cenſa ē. Cui cū ſerui dicerent ut
miſſam intermitteret ille dixit Si tota
uilla cremari debet miſſam nō.
Qua celebrata glacies ꝓtinus
reſoluta ē ⁊ ignis quē ſe vidiſ-
ſe credebat fantaſma receſſit
et nullū dampnū intulit. Ter-
tio ꝓpter auaram inſtructionē ut ſcilicet mag-
nā penā poſt hanc uitā infligi
peccantibus ꝯſtituimꝰ ſicut pryſius
ꝯtigiſſe legitur. Magr enim ſylo quendā
ſuū ſcolarē ſociū egrotantē ob-
nixe rogauit ut poſt mortē ad
ſe rediret ⁊ ſtatū ſuū ei renun-
ciaret. Poſt aliquot igitur dies ei ap-
paruit cū capa de pgameno
tota ſophiſmatibus deſcripta et
intꝰ flamma ignis tota ardens.
Qui requiſitus a magro quomodo eſſet
ait ille. Utiqꝫ ſū qui ad redire
ꝓmiſi. Qui de ſtatu ſuo inquiſitꝰ
ait. Hec capa plus ſuper me pon-
derat et plus me premit quā ſi
una turri ſuper me hērem. ⁊ ē m-
data ut eam portē pro gloria quā
in ſophiſmatibus habui. Porro
flamma ignis qua coopta eſt
pelles ſunt delicate ⁊ varie quas
ferebam. que flamma me cruciat et
exurit. Cū autem magr penā illam
ſaualem iudicarꝫ dixit ei defunctꝰ
ut manū extenderet et ſic ſuauli-
tate ſue pene ſentire poſſet. Cūqꝫ
manū extendiſſꝫ ille guttam
ſui ſudoris emiſit que pcedēs magri
manū ſagitta citius pforauit
ita q cruciatū mirabilem ſen-
ſit. Et ait. Talis ſū totus. Ille
igitur magr ex acerbitate pene illius
pteritus ſeculū deliberauit de ſe-
rere et religionē intrare. Unde
mane ſcolaribus ꝯgregatis du-
os uerſus compoſuit dicens Linquo
~~coaxat~~ coax ranis · cra coruis · vanaqꝫ vanis · Ad logica
pgo que mortis nō timet ergo.
Et ſic ſtatim deſerens ad religionē
ꝯfugit. ¶ Quarto ꝓpter culpe in lo-
co ꝑpetratorꝫ ſicut aliquā ſcđm aug
aīe purgantur ⁊ puniuntur in locis
in quibꝰ deliquerunt. Unde patꝫ per
exemplū q recitat gregorius in 4to
dyalagorum. Quidam naqꝫ pſbiter
dū balneū frequentarꝫ quendam
virū incognitū ad ſuū obſequium
officioſe ꝑatum inueniebat qui
ſemp ſedulo ei miniſtrabat. Qui
dū quadam die pro benedictione ⁊ la-
boris mercede quendam panem bene-
dictum ei exhiberet Ille merens
dixit Michi iſta quare das pater.

Iste panis sanctus est. ego autem man-
ducare non possum. Ego enim aliquando
huius loci dominus fui sed pro culpis me-
is hic post mortem deputatus sum
sed quaeso ut omnipotenti deo pro peccatis
meis hunc panem offeras et pro
me ores. tunc autem te exauditum
esse cognosces cum huc ad lavandum
veneris et minime me invenies.
Praestitit autem per unam ebdomadam
salutarem pro eo cottidie hostiam
optulit et reversus eum minime
invenit. Quanto autem prosit alicuius sa-
cerdotis oratio legitur quod sanctus Patri-
cius in quodam loco in terra qui-
busdam purgatorium impetra-
vit. Cuius historiam post festum sancti
Benedicti invenies. Circa secundum
quae sunt de suffragiis videnda sunt.
Primo de ipsis suffragiis quae fiunt.
secundo de his pro quibus fiunt. tertio
de his per quos fiunt. Circa suffra-
gia quae fiunt notandum quod quadruplex
sit genus suffragiorum quae maxime
defunctis prosunt scilicet fidelium et ami-
corum oratio. elemosinarum largitio
salutaris hostiae ymolatio. ieiu-
niorum observatio. Quod primum
genus suffragiorum scilicet amicorum
oratio eis prosit patet per exemplum de Pas-
casio de quo Gregorius in quarto libro
dyalogorum narrat. Quod cum vir
mirae sanctitatis et virtutis existeret
et duo viri in summos pontifices
electi fuissent. et tamen tum postmodum
in unum illorum ecclesia convenisset. iste
Paschasius ipsius errore aliud
semper praetulit et in hac sententia usque
ad mortem permansit. Qui cum
defunctus esset et dalmaticam
feretro superpositam demoniacus
tetigisset statim sanatus est.
Post multum vero tempus cum Germanus
capellanus episcopi balneum ob gratiam
sanitatis

petiisset praedictum Paschasium dyaconum mi-
nistrantem et obsequentem invenit. Quo
viso vehementer extimuit et quid
iste tantus vir ibi faceret requisivit.
Qui pro nulla alia causa se in hoc
loco penali deputatum asseruit
nisi quia in tali causa plus iusto sen-
sit et addidit dicens. Quaeso te ut pro
me dominum depreceris. atque in hoc cog-
nosces quod exauditus fueris si huc
rediens me non invenies. Qui cum
pro eo orasset et illuc post paucos
dies redisset praedictum Paschasium in
eodem loco minime invenit. Quam
grate in defunctis orationes mino-
rum sint patet per hoc etc. Quidam
dum cymiterium transiret semper psal-
mum pro defunctis scilicet De profundis di-
cebat. Qui cum ab inimicis per-
cymiterium fugiens insequeretur con-
tinuo mortui surrexerunt et unus-
quisque instrumentum sui officii in ma-
nibus habens ipsum viriliter defenderunt
et inimicos territos fugaverunt.
Quod vero secundum genus suffragi-
orum scilicet elemosinarum largitio eis
prosit manifeste habetur per exemplum in libro
Machabeorum legitur. Nam vir fortis-
simus Iudas collatione facta duodecim
milia dragmas argenti misit
Ierosolimam offerre ea ibi pro peccatis mor-
tuorum iuste et religiose de resurrectione
cogitans. Quantum etiam elemosinae
valeant defunctis colligitur per il-
lud exemplum quod narrat Gregorius quarto libro
dyalogorum. Quidam namque miles
de corpore eductus exanimis iacuit
sed citius rediens quae cum eo gesta
erant narravit. Dicebat enim
quod pons erat sub quo niger et caligino-
sus et fetidus fumus decurre-
bat. transacto autem ponte amena
erant prata odoriferis herbarum
floribus exornata in quibus alba-
torum hominum conventicula videbantur.

quos mira florum suavitas spirabat. Iter vero in predicto ponte erat
probatio ut quisquis iniustorum vellet
transire in tenebrosum fetidumque
fluvium laberetur. Iusti vero secure
transitu ad loca amena pervenirent.
Ibi quendam nomine petrum deorsum
positum magno ferri pondere ligatum
se vidisse asseruit. Qui dum re-
quireret cur ille esset dictum est ei:
Hic ideo patitur quia si quid ei faciendum
agenda ultione iubebatur ad in-
ferendas plagas plus crude-
litatis desiderio quam obedientia
serviebat. Ibi etiam quendam pere-
grinum se vidisse fatebatur qui ad pre-
dictum pontem veniens tanta cum
auctoritate transiit quanta hic sin-
ceritate vixit. Alter vero stephanus
nomine dum transire voluisset eius
pes lapsus est ut ex medio cor-
pore iam extra pontem deiectus
esset. Tunc quibusdam teterrimis
viris ex flumine surgentibus per coxas
ad deorsum atque a quibusdam
albatis et speciosissimis viris
cepit per brachia sursum trahi.
Cum luctamen hoc fieret is qui vide-
bat ad corpus rediit. Et quis
in illo occulti arbitrii examine
optinuit scire non potuit. In quo
datur intelligi quia in illo mala car-
nis cum elemosinarum operatione certa-
bant. Quod enim per coxas deorsum
per brachia trahebatur sursum patet
minus quia elemosinas amaue-
rat et carnis viciis recte non re-
sistebat. ¶ Quod autem tertium genus
suffragiorum scilicet sacre hostie ymo-
latio plurimum defunctis prosit ex
multis exemplis apparet. Refert
enim gregorius in iiii° dyalogi: Quod
cum quidam monachus suus
nomine iustus ad extremum veniens
tres se occultos aureos indicasset
habere et de hoc ingemiscens mor-
tuus fuisset precepit sanctus gregorius fra-
tribus ut corpus eius cum tribus
aureis in sterquilinio sepelirent
dicentes: Pecunia tua sit tecum
in perditionem. Tandem cum corpus eius
cum corpus eius cum tribus aure-
is in sterquilinio sepelirent gregorius
precepit ut usque ad triginta dies omni
die pro eo hostiam ymolaret. Quod
cum iussa implesset is qui defunctus
erat in die xxx° cuidam fratri appa-
ruit qui sibi requisivit dicens:
Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc usque
male fui sed iam bene sum quia ho-
die communionem accepi. Iter autem hos-
tie ymolatio non solum mortuis
sed vivis plurimum profuisse inventa
est. ¶ Quidam enim cum in qua-
dam rupe argentum foderet sub-
bito rupis cecidit et fundit eos et
alios extinxit. Unus autem eorum in
quodam sinu ipsius rupis mor-
tem evasit sed inde exire non
valuit. Uxor autem illius eum de-
functum estimans omni die missam
pro eo celebrari faciebat et panem
vinum et intrum unum cum candela
offerebat. Cui dyabolus invidens
per tres dies eidem continuo in for-
ma humana apparuit et quo ten-
deret requisivit. Cum illa
sui itineris causam exponeret
aiebat: Noli frustra vexari quia
iam missa celebrata est. Et sic illa
tribus diebus missam intermisit
nec ipsam celebrari fecit. Quadam
autem post hec in predictam rupem arge-
ntum fodientes quandam vocem audi-
erunt desubter dicentem: plane per-
cutias quia meo capiti iminet

magnus lapis. Cum ille timeret et ad hanc vocem audiendam plurimos convocasset, iterum fodit et similem vocem audivit. Tunc omnes pariter accedentes dixerunt: Quis enim es tu? Cui respondens dixit: Plane fodiatis quia magnus lapis quasi mons super me cecidit. Qui alacriter fodientes et ad eum usque pervenientes eum sanum et incolumem extraxerunt. Et sciscitantes quomodo ibi tamdiu vixisset, dixit quod qualibet die panis unus et urceus vini cum candela mihi oblatus fuit nisi tantum tribus diebus oblatus non fuit. Quod uxor eius audiens et vehementer exultans agnovit quod oblatione sua fuit sustentatus et quod dyabolus eam decepit ne illis tribus diebus missam cantari faceret. ¶ Gregorius etiam refert quod quidam nauta dum in mari naufragium perpessus fuisset et quidam pro eo sacerdos hostiam ymolasset, ipse tandem de mari sanus exivit. Cum autem qualiter evasisset interrogaretur, dixit quod cum in medio mari existeret et iam pene fatigatus deficeret, quidam ad eum venit et quendam panem dedit. Quem cum ille comedisset confortatus statim vires recepit et a quadam navi inde transeunti receptus fuit. Inventum est quod ea illa hora panem habuit qua pro eo sacerdos hostiam ymolavit. ¶ Quod vero quartum genus suffragiorum scilicet ieiuniorum observatio proficiat, testatur Gregorius agens de isto tamquam de aliis tribus dicens:

Anime defunctorum quatuor modis solvuntur, scilicet oblationibus sacerdotum, precibus sanctorum, elemosinis carorum, ieiunio cognatorum. ¶ Circa tertium scilicet illos pro quibus fiunt quatuor videnda sunt. Primo qui sunt illi quibus possunt prodesse. Secundo qualiter eis debeant prodesse. Tertio si omnibus equaliter prosunt. Quarto qualiter suffragia que ipsis fiunt scire possunt. De primo scilicet qui illi sunt quibus prodesse possunt sciendum quod sicut dicit Augustinus omnis qui de hac vita decedit aut est bonus valde aut malus aut mediocriter bonus. Suffragia igitur facta pro valde bonis sunt gratiarum actiones, pro valde malis sunt miserorum consolationes, pro mediocriter bonis sunt expiationes. Valde autem boni sunt qui statim evolant et ab utroque igne tam purgatorii quam inferni liberi sunt. Quorum autem sunt tria genera scilicet pueri baptizati et martires et viri perfecti qui scilicet tamen supra fundamentum edificaverunt aurum argentum lapides preciosos id est dilectionem dei et proximi ac bona opera et ut non cogitent placere mundo sed tantum deo. Qui et si aliquid venialiter peccaverunt, fervore tamen caritatis ita in eis peccatum extinguitur et consumitur sicut gutta aque in camino ignis penitus absorbetur et ideo secum cremabilia nichil ferunt. Qui igitur pro aliquo istorum trium generum oraret ut aliqua suffragia eis impenderet, iniuriam eis faceret, quia sicut dicit Augustinus iniuriam facit martiri qui orat pro martire. Si aliquis pro valde bono oraret qui tamen an evolasset ignoraret, ~~tunc ille~~ orationes essent gratiarum actiones, ad ipsum tamen oracionem redeunt secundum illud: Oratio mea in sinu meo convertetur. Hii enim tribus generibus celum protinus

tunc ille orationes cedunt etc.

aperitur cum decedunt nec aliquem purgato-
rii ignem senciunt. Quod significatum est
per illos tres quibus celum apertum est.
Apertum est enim Christo baptizato. Luce iii.
Ihesu baptizato et orante apertum est
celum. Per quod significatur quod celum aperitur om-
nibus baptizatis sive sint parvuli
sive adulti. Ita quod si decederent pro-
tinus evolarent. Baptizatus enim
virtute passionis Christi emundatur
ab omni peccato et originali et morta-
li et veniali. Secundo apertum est Stepho
lapidato. Actuum vii. Ecce video ce-
los apertos etc. Per quod significatur quod a-
peritur omnibus martiribus ita quod statim
evolant cum decedunt et si aliqua
venialia habeant omnia falce mar-
tirii resecantur. Tercio apertum est
Iohanni persanctissimo. Apocalipsis iiii. Vidi
et ecce hostium apertum est in celo. Per quod
significatur quod viris perfectis qui totaliter
penitentiam peregerunt nec venialium ad-
miserunt vel si aliqua admittunt
fervore caritatis protinus consumuntur
celum ipsum continuo aperitur et illud ~~perpe~~- mox i
tuo regnaturi ingrediuntur. Valde
enim sunt mali qui continuo in infernum
barathrum demerguntur. Pro quibus
si de eorum dampnatione constaret nulla
suffragia aliquatenus essent facien-
da vel fienda secundum quod dicit Augustinus.
Si scirem patrem meum esse in inferno
non plus orarem pro eo quam pro dyabolo.
Si autem pro aliquibus dampnatis
de quorum dubitatur dampna-
cione dubitatur aliqua suffragia
fient nichil tamen eis proderunt nec
quantum ad liberationem ut scilicet ab eis penis
liberentur nec quantum ad mitigationem ut
scilicet pena ab eis mitigetur vel dimi-
nuatur. Vel quantum ad suspensionem
ut scilicet ad tempus vel ad horam eorum

dampnatio suspendatur. Nec
quantum ad confortationem ut scilicet
ad tollerandum levius roborentur.
Quantum enim ad aliquos in inferno nul-
la est redemptio. ¶ Mediocriter autem
boni dicuntur qui venialia aliqua
scilicet lignum fenum stipulam secum
ferunt scilicet quod penitentiam vel iniunctam
vel etiam sufficientem morte pre-
occupati complere non possunt
qui nec adeo boni sunt quod suffra-
giis egeant nec adeo mali quod
eis prodesse valeant. Suffragia
igitur facta pro hiis sunt eorum expia-
tiones. Unde isti sunt illi quibus
ipsa suffragia solum prodesse possunt.
Huiusmodi suffragiis autem
faciendis ecclesia consuevit triplicem
numerum dierum maxime observare
scilicet septenarium, tricenarium et an-
nualem et ratio horum assignatur
in libro mitrali. Observatur sep-
tenarius ut Deo ad eterne qui-
etis salutem ac sabbatum perveniant
vel ut eis omnia peccata remittantur
que in vita egerunt quod per vii ducitur
vel ut remittantur peccata que egerunt
in corpore quod consistit ex quatuor
humoribus cum anima habeat tres
vires. Observatur tricenarius
qui constat ex tribus denariis ut
scilicet purgentur in eis que contra fidem
trinitatis et in transgressione de-
calogi deliquerunt. Observatur
anniversarium ut de annis cala-
mitatis perveniant ad eternita-
tis annos. Sicut enim anniversa-
rium sanctorum celebramus ad honorem
ipsorum et nostram utilitatem sic et
etiam anniversarium defunctorum ad
ipsorum utilitatem et nostram devo-
cionem. ¶ ii De secundo scilicet quare
eis suffragia debeant prodesse

Sciendum quod triplici racione eis prodesse debet. Primo racione unitatis: sunt enim unum corpus cum illis de ecclesia militanti, et ideo bona sua eis debet esse communia. Secundo racione dignitatis: quia cum adhuc viverent meruerunt ut hec eis prodessent. Et item dignum est ut qui alios iuverunt ipsi ab aliis iuventur. Tercio racione necessitatis: quia scilicet sunt in statu in quo se iuvare non possunt.

De tercio, scilicet utrum omnibus equaliter prosint. Sciendum quod si ipsa suffragia in speciali fiunt, magis prosunt illis pro quibus specialiter fiunt quam aliis. Si autem in communi fiunt, magis prosunt eis qui plus meruerunt in hac vita ut eis prodessent, si in equali vel maiori necessitate existunt.

¶ De quarto, qualiter scilicet suffragia que pro eis fiunt scire possunt. Sciendum quod hec secundum Augustinum scire possunt tribus modis. Primo per divinam revelacionem, cum scilicet hoc eis revelat deus. Secundo per bonorum angelorum revelacionem. Angeli enim qui hic nobiscum sunt et omnes actus nostros considerant in instanti quasi ad eos possunt ascendere et eis protinus nunciare. Tercio per animas hinc exeuntium intimacionem. Anime enim que de hoc mundo exeunt et transeunt hec et alia eis nunciare possunt. Quarto nichilominus scire possunt per experienciam et revelacionem. Cum enim a penis se relevatos senciunt, suffragia pro se fieri recognoscunt.

¶ Circa quintum, scilicet per quos fiunt. Sciendum quod ipsa suffragia si prodesse debent, oportet quod fiant per eos qui sunt in caritate. Nam si per malos fiunt, prodesse non possunt. Unde legitur quod dum quidam miles in lecto cum uxore esset et lunam valde lucentem per fenestras intrare miraretur, quomodo racionalis homo creatori suo non pareret cum ~~idem~~ eidem creature irracionales parerent. Et dum cuidam militi qui defunctus erat ei familiaris detraheret, subito ille qui mortuus fuerat in thalamum intravit. Dixitque illi: Amice, noli male suspicari de aliquo et condona michi si aliquid in te peccavi. Cumque super statu suo interrogaret, dixit: Variis penis affligor, precipue quia tale cimiterium violavi et ibi quendam comprehendens cum cappa sua exspoliavi, que me uno monte magis premit. Rogavitque ut pro se oraciones fieri faceret. Cumque ille diceret si an vellet quod a tali sacerdote ipsas oraciones faceret fieri, ille ad hec nichil respondens caput more detrahentis concussit. Deinde dixit si vellet quod talis heremita pro se oraret. Cui ille: Utinam pro me ille oraret. Quod cum ille promitteret se facturum, ille ait: Et ego tibi dico quod ab hac die usque ad duos annos et tu morieris. Sicque ille disparuit. Et miles vitam suam mutatam in melius obdormivit in domino.

¶ Quod autem dictum est, suffragia facta per malos intelligendum est ubi sunt opera sacramentalia, ut est celebracio misse, que a malo ministro violari non potest. Vel ubi ipse defunctus vel aliquis eius amicus aliquibus eciam malis aliqua dispensanda reliquisset, que tamen continuo dispensare deberent, ne eis contingat quod cuidam contigisse legitur. Miles quidam in bello Karoli magni contra Mauros pugnaturus rogavit cognatum suum

ut si in bello karoli moreretur equum suum venderet et pauperibus precium daret. Quo mortuo cum equus ille nimis placeret eum ille retinuit et post modicum temporis defunctus ei tamquam sol fulgens apparuit dicens: Cognate bene per viii dies me fecisti penas pati in purgatorio propter equum tuum ut peccaram precium pauperibus non dedisti. Sed impune non feres hodie enim dyaboli animam tuam ferent in infernum et ego purgatus vado in regnum dei etc.

iiij°r coronatorum

Quatuor coronatorum festum qui fuerunt hii: Severus, Severinus, Carpoforus et Victorinus. Qui iubente dyocleciano usque ad mortem ictibus plumbatorum cesi sunt. Horum nomina cum reperiri non possent, que tamen post multos annos domino revelante reperta sunt. Statutum fuit ut in eorum memoria sub nominibus aliorum martirum v. scilicet Claudii, Nicostrati, Castorii, Simphoriani, Simplicii recolerentur qui post duos annos a martirio predictorum passi sunt. Isti enim artifices cum omnem sculpture artem haberent et dyocleciano ydolum quoddam sculpere nollent nec aliquatenus sacrificare consentiret iussu ipsius dyocleciani in loculos plumbeos vivi missi sunt et in mare precipitati. Sub nominibus igitur istorum v. statuit melchiades quatuor honorari et coronatos quatuor vocari antequam sciretur eorum nomina reperirentur. Et licet postmodum nomina eorum reperta fuerunt usus tamen optinuit ut quatuor coronati vocarentur etc.

de sancto theod

Theodorus sub urbe marmaritanorum sub dyocleciano et maximiano martirium passus est. Cui cum prefectus diceret ut sacrificaret et pristinam miliciam reciperet. Ait theodorus: Ego milito deo meo et filio eius ihesu christo. Cui prefectus: Ergo deus tuus filium habet? Cui theodorus: Etiam. Aliquem prefectus: Possemus eum cognoscere? Et theodorus: Potestis eum utique cognoscere et ad eum accedere. Datis igitur induciis scilicet sancto theodoro ut sacrificaret templum martis sequenti nocte introivit et igne supposito totum illud succendit. Qui a quodam eius super hoc iudici accusatus et in carcere ut ibi fame moreretur reclusus est. Cui dominus apparens dixit: Confide fili mi theodore quia ego tecum sum. Tunc turba multa dealbatorum virorum clauso hostio ad eum veniens cum eo psallere cepit. Quod videntes custodes territi fugierunt. Cum autem inde eductus fuisset et ad sacrificia invitaretur ait: Si carnes meas igne cremaveris et variis consumas suppliciis donec fuit spiritus in naribus meis non negabo dominum meum ihesum christum. Tunc ad preceptum presidis in ligno suspenditur et ungulis ferreis tam crudeliter latera eius raduntur ita ut etiam eius coste nudarentur. Ad quem prefectus: vis theodore nobiscum esse aut cum christo. Cui ille: Cum christo domino meo fui et sum et ero. Tunc iussus est igne cremari. In quo quidem igne spiritum emisit, sed tamen corpus eius ab igne illesum permansit etc.

de sancto martino

Martinus dicitur quasi martem tenens id est bellum contra vicia et peccata. Vel martinus quasi martirum unus. Fuit enim martir saltem voluntate et

carnis mortificatione [L]Eius vi-
tam seuerus cognomine sulpicius
discipulus sancti martini quam ger-
uardus inter illustres viros con-
numeratus scripsit. [M]artinus saba-
rie pannonie oppido oriundus
sed intra ytaliam papie alitus cum
subtribuno militum sub constantino
et iuliano imperatore militauit
non tamen sponte quia ab infantia
erat diuinitus inspiratus [C]um
esset annorum x. inuitis parentibus
ad ecclesiam confugit et cathecu-
minum se fieri postulauit et ex
tunc heremum intrasset nisi corporis
infirmitas obstitisset [S]ed cum cesa-
res decreuissent ut veteranorum
filii pro patribus militarent mar-
tinus cum esset annorum xv. admi-
litandum urgetur uno tamen seruo
contentus [C]ui tamen martinus ser-
uiens ministrabat. sepiusque cal-
ciamenta detrahebat atque ter-
gebat [Q]uodam hyemali
tempore per portam ambianensium
transiens. pauperem quendam nudum
obuiam habuit. qui cum a nullo ele-
mosinam accepisset. martinus
hunc sibi seruatum intelligens. arrep-
to ense clamidem que super erat sibi
bipartitum diuidit et pauperi partem tribuens
reliqua rursus se induit [S]equen-
ti igitur nocte xpm clamidis sue
parte vestitum qua pauperem texerat
vidit. [I]psum quoque ad circumstantes
angelos sic loquentem audiuit
[M]artinus adhuc cathecuminus
hac me veste contexit. [U]nde vir
sanctus non in gloriam elatus sed dei
bonitatem cognoscens [C]um esset
annorum xviii. se baptizari fecit
et adhuc tribuno suo qui tribuni-
tatus expleto seculo ab-
renunciaturus promittebat per
biennium militauit [I]rruentibus

intra gallias barbaris iulianus
cesar contra eos pugnaturus
pecuniam militibus erogauit [S]ed
martinus nolens deinceps mili-
tare donatiuum recipere noluit sed
cesari dixit. [C]hristi ego miles sum
pugnare mihi non licet [I]ndignatus
iulianus dixit quod non religionis
gratia sed metu belli imminentis
militiam resignaret [C]ui mar-
tinus intrepidus respondit [S]i hoc
ignauie non fidei ascribitur crasti-
na die ante aciem inermis asta-
bo. et in nomine xpi signo crucis
non clipeo protectus aut galea
hostium cuneos penetrabo secu-
rus. [U]nde custodiri iubetur ut crasti-
na die sicut dixerat barbaris obice-
retur. Sed die sequenti hostes legationem
miserunt omnia sua seque dantes
[U]nde non dubium est meritis sancti viri
talem victoriam sine sanguine ob-
tentam esse. [E]xinde relicta mili-
tia ad sanctum hylarium pictauien-
sem episcopum perrexit et ab eo aco-
litus ordinatus. [M]onitus autem in
sopore ut parentes adhuc gen-
tiles visitaret [P]rofectus igitur mul-
ta mala se passurum esse predixit
[E]tiam inter alpes incidit in la-
trones. cumque vnus securim in cap-
ut eius vibrasset. ictum ferientis
dextere sustinuit. Alter vinctis
inde post tergum manibus uni
eorum custodiendus traditur. [Q]ui
tandem ab eo latrone an timuisset
[R]espondit se nunquam ita securum fu-
isse quia sciret misericordiam dei maxime
in temptationibus affuturam [I]nci-
piensque latroni predicauit et
ipsum ad fidem conuertit. qui mar-
tinum ad viam reducens laudabi-
lem postmodum vitam duxit [C]
Cum autem mediolanum perrexit
dyabolus in humana specie ei obuius

fuit et quo tenderet requisivit. Cui cum dixisset se quo dominus eum vocaret ire, et ille ait: Quocumque ieris dyabolus tibi adversabitur. Cui autem Martinus: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Statimque ille disparuit. Itaque matrem suam convertit, pater vero semper in errore permansit. Sed cum heresis Ariana per totum mundum pullularet, et ille solus pene obsisteret, publice cesus et de civitate eiectus Mediolanum rediit et ibi sibi monasterium statuit. Sed inde ab Arrianis eiectus ad insulam Gallinariam cum uno solo presbytero perrexit, ubi elleborum gramen venenatum inter alias herbas manducans sumpsit, et vicinam mortem sentiens et omne periculum et omnem dolorem virtute orationis fugavit. Audiens vero quod beatus Hylarius de exilio rediret, obviam ei profectus est, et iuxta Pictavium monasterium ordinavit. Ubi cum quidam cathecuminus haberetur, patre Martino a monasterio discedente et rediens repperit eum sine baptismo defunctum. Quem in cellam ducens et super corpus eius se prosternens ipsum sua oratione ad vitam pristinam revocavit. Idem vero homo referre consuevit quod super eum data sententia obscuris locis deputatus fuisset, per duos angelos iudici est suggestum hunc esse pro quo Martinus oraret. Iussum est igitur ut per ipsos reduceretur et Martino vivus redderetur. Alium insuper qui laqueo vitam finierat vite restituit. Cives cum plebibus Turonica episcopo careret ipsum plurimum renuentem perrexit ordinari. Quidam autem ex episcopis qui convenerant eo quod deformis esset habitu et vultu despicabilem resistebant, inter quos precipuus fuit quidam nomine Defensor. Dum enim lector deesset, tunc quidam accepto psalterio primum quem invenit legit psalmum ubi versus hic erat: Ex ore infantium etc. et ut destruas inimicum et defensorem. Et sic ille Defensor est ab omnibus confusus. Ordinatus itaque episcopus cum populi tumultum non ferret, duobus fere miliaribus extra urbem monasterium constituit, ubi cum lxxx discipulis in multa abstinentia vixit. Nam ibi vinum nemo noverat nisi quem infirmitas coegisset. Mollior vestitus ibi de criminibus erat. Plurime civitates de ipsis episcopos eligebant. Cum quidam sub nomine martiris coleretur et a Martino nil de eius vita vel merito inveniri posset, quadam die super sepulcrum stans oravit dominum ut quis esset vel cuius meriti indicaret. Conversus ad levam vidit umbram nigerrimam stare, qui cum a Martino adiuratus dixit se latronem esse et ob scelus peremptum. Continuo Martinus altare destrui fecit. Legitur quod in dyalogo Severi et Galli discipulorum sancti Martini ubi multa suppleta sunt que eius vita Severus omisit, quod Martinus quodam tempore Valentiniani imperatorem pro quadam necessitate adiit. Sciens ille quod vellet petere quod prestare nolebat, fores palacii sibi claudi fecit. At Martinus semel et iterum passus repulsam, cilicio obvolutus et cinere conspersus per unam ebdomadam cibo et potu abstinentia maceratur. Tunc monente angelo ad palacium venit et nullo sibi prohibente ad imperatorem usque pervenit. Qui cum venientem iratus viderit eo quod fuisset admissus ei assurgere noluit donec sellam regiam ignis

operiret et ipm̄ imperatorē apte
poſtiori ignis ſuccenderet. Tunc
martinus ſedo aſſurgens ū tutē
diuinā ſe ſenſiſſe ꝯfeſſus ē. Mul
tūqꝫ ipm̄ ꝯplectens quod orā nun
quā rogauerat ꝯceſſit. Multiqꝫ
munerā optulit ſed martinus
nō accepit. ¶ In eodē qꝫ dyala
go legitur qualiter triū mortuum
ſuſcitauit. Cū enī quidā iu
uenis defunctus fuiſſet et ma
ter eius p̄ reſuſcitacōne filij beatū
martinū exoraret. Ille in medi
o campi ubi erāt innumerabiles
multitudo gentium genua flexit
et cunctis uidentibus puer ſur
rexit. Qua ꝓpter omnes gentiles
ad fidē ꝯuerſi ſunt. ¶ Eidē quoqꝫ
uiro ſcō obediebant inſenſi
bilia. uegetabilia et irrona
bilia. Inſenſibilia ſicut ignis et
aqua. Nā cū in quodam phano
ignē miſiſſet in domo ꝓxima et
adherente et agente uento flā
ma ferebatur. Tunc martinus ſup
domꝰ tectū aſcendens obuiā
ſe aduenientibus flammis iſte
tit. Mox contra uim uenti flā
ma torqueretur ut ꝯflictus quedā
pugnantiū inter ſe elementorum
uideretur. ¶ Nauis etiā quedā
cū periclitaretur ut in pdcō dyalogo
legitur quidā negociator nec dū
xpianus exclamauit. Deus mar
tini adiuua me. et ſtatī tran
quillitas magna ſucceſſit. Si
militer et uegetabilia. Nā cū in quo
dam loco templū antiquiſſimū
diruiſſet et arborē pini dyabo
lo dicatam uellet excidere obſiſte
ntibus ruſticis et gentilibus
unus eorum dixit. Si de deo tuo
fiduciā habes nos hanc arborē
ſuccidemus et illam tu ſuſcipe
et ſi tecū ē deus tuus ut dicis

euades. Quo annuente ſucci
derunt arborē et iā ruens cū ſi
gnatū eidem cadenti ſignū cru
cis oppoſuit et in aliam ꝑtē re
diens ruſticos qui in tuto loco
erant fere oppreſſit. Irronabilia
qꝫ aīalia ſibiqꝫ plurieſ obedi
erunt ſicut legitur in pdcō dyalogo.
Cū aūt canes lepuſculum inſe
quentes uidiſſet. imperabat canibus
ut aīal inſequi deſiſterent
mox illi ꝯſtiterunt. et quaſi uincti
in ſuis ueſtigijs fixi permanſerunt.
Serpens etiā quondā cū flumi
num quoddam natando tranſiret.
Ait martinus ad ſerpentem. In no
mine dnī iubeo te redire. Mox
ſe ad uerbū ſci martini retorſit
et in ripam aliam tranſmeauit.
Et ingemiſcens martinus ait
Serpentes me audiunt et homines
me nō audiunt. ¶ Canis cuiuſ
dā ſup quendam diſcipulum mar
tini latraret. Ille ad eū conuerſus
ait. In noīe martini iubeo te
obmuteſcere. et canis ꝯtinuo ob
mutuit ac ſi linguā habuiſſet abſci
ſam. ¶ Fuit aūt beatus martinus
multe humilitatis. Nā leproſū quē
dam cunctis horribilem viſibus
obuiū habens ipm̄ oſculatus ē
atqꝫ benedixit et ſtatī mundatus
ē. ¶ In ſecretario quoqꝫ reſidens nū
quā kathedra uſus ē. Nam
in eccia nemo unquā illum ſedere
ꝯſpexit. Sedebat aūt in ſellula
ruſticana quā tripodias uocant.
¶ Multe dignitatis fuit quia par
apoſtolis dicens ē et hoc ꝓpter gratiam
ſpūs ſci q in eū in ſpē ignis ad
robur deſcendit ſicut in apl̄os
Unde et apli frequenter cū eo tanqꝫ
comparē viſitabant. ¶ Legitur

cum in predicto dyalago quem quidam uite
domini martini intexuit solus sederet
et seuerus et gallus eius discipuli
pre foribus expectarent subito mi-
rabili perfusi sunt horrore plures
audiunt insimul colloquentes. Deinde
quo domini postmodum martinum re-
quisissent Ille ait Dicam uobis
sed uos queso nulli dicatis Agnes
et tecla et maria ad me uenerunt.
Nec tamen illo die sed sepius se ab
eis confessus est uisitari et petrum
et paulum apostolos a se uideri sepius
perhibuit. Multe fuit iusticie
Cum enim ab imperatore nomine maxi-
mo inuitatus fuisset et martino
poculum primo fuisset oblatum sperantibus
tibus cunctis ut post se regi tribu-
eret presbytero suo dedit nullum
estimantes digniorem qui post se
deberet bibere et indignum iudicans
si aut regem aut regis proximos
presbytero pretulisset. Multe patien-
tiam enim in omnibus obseruabat
paciam quod cum esset summus sacerdos
impune sepius clericis ledebatur
nec a sua caritate eos propter hoc
repellebat. Nemo uidit illum
unquam iratum. Nemo merentem
nemo ridentem. Nunquam in illius ore
nisi xpus nunquam in illius corde nisi
pietas nisi pax et misericordia erat.
Legitur in predicto dyalago quod cum mar-
tinus quadam uice in ueste hispi-
da nigro et pendulo pallio cir-
cumtectus super asellum sederet
equis de contra uenientibus
expauescentes milites in terram saltu
preceps se dederunt et martinum ar-
ripientes grauiter uerberauerunt.
Ille autem mutus tacentibus terga
prebebat sed magis illi feriebant

eo quod ille quasi non senciens uerbera
illata contempnere uidebatur. Pro-
tinus autem animalia adeo humo fixa
permanebant ut quamuis cum flagel-
latum moueri non possent quousque
ad martinum redeuntes peccatum suum
quod ignorant in eum commiserant
confitentes Ille eis licenciam dedit
et grandi gradu animalia processerunt
Multe assiduitatis in orando.
Nam in legenda sua dicitur nunquam illa
hora momentumque preteriit quo non
aut orationi aut lectioni incumberet
Inter legendum et operandum nunquam
animum ab oratione laxabat. Nam
ut in fabris ferrariis moris est
qui inter operandum pro quodam
laboris leuamine incudem feri-
unt. ita martinus dum aliquid
ageret semper orabat. Multe
austeritatis in se ipso. Refert
enim seuerus in epistola ad eusebi-
um quod cum martinus in quandam
sue dyocesim uenisset et clerici
lectum ei multo stramine parassent
ille ibidem requiescens insue-
tam mollitiem perhorrescit.
quippe qui nuda humo tantum
cilicio subiecto cubare consueue-
rat. Itaque permotus iniuria sur-
gens stratum omnem reiecit et se
super nudam humum collocauit.
Circa uero mediam noctem totam illam
paleam ignis accendit. Et mar-
tinus excitatus dum exire tem-
ptaret sed nequiret ab igne cap-
tus et eius iam uestimenta urit.
Rediens uero ad solitum orationis
confugit et crucis presignaculo
in medio ignis intactus perman-
sit et flammas sensit roratas
quas male expertus erat urentes.
Monachi igitur excitati concurrunt

et Martinum quem iam consumptum
putabant de medio flammarum
illesum educunt. Multe com-
passionis erga delinquentes:
quos nolentes penitere compassio-
nis sinu recipiebat. Cum autem
diabolus Martinum reprehenderet
cur semel lapsos ad penitentiam
reciperet, eidem respondit: Si tu
ipse o miserabilis ab hominum in-
festatione desisteres et te de factis
tuis peniteres, ego tibi confisus
in domino misericordiam Christi pollicerer.
Multe pietatis erga paupe-
res. Legitur in predicto dyalogo
quod Martinus in quadam festivi-
tate ad ecclesiam tendente pau-
per quidam nudus secutus est
Martinum. Archidiacono precepit
ut egentem vestiret. Sed cum hoc
ille facere distulisset, ingressus
Martinus secretarium tunicam suam
illi exuit et continuo abscedere
iussit. Cum igitur archidiaconus
ipsum moneret ut ad sollempnia
peragenda procederet, ille dixit se lo-
quens vidit se ire non posse
donec vestem pauper reciperet.
Archidiaconus autem non intelli-
geret quod exterius eius sola capa
esset tectus ipsum nudum intus
vestiebat et pauperem adesse non
videbat, ait ille: Nisi vestis
deferatur, pauper non deerit ves-
tiendus. Compulsus ille ad forum
vadit et quinque argenteis tu-
nicam vilem et curtam que dicitur
penula rapiens ante pedes
Martini iratus proicit. Quam ille
secrete induit cuius manice us-
que ad cubitum et longitudo usque
ad genua protendebatur. Et sic mis-
sam celebraturus procedit.

Dum autem missam celebraret
globus igneus super caput eius
apparuit et a multis ibidem visus fuit.
Fuit autem miraculo addit magister
Joh. Beleth quod cum in missa manus
ad deum ut moris est levaret, mani-
cis brevibus retro labentibus, cum
nec brachia eius essent grossa nec
multum carnosa nec predicta tunica
protenderetur nisi ad cubitum, remanserunt
eadem brachia nuda. Tunc miracu-
lose torques aurei et gemmati de-
feruntur ab angelis et brachia de-
center operiuntur. Quendam etiam
tonsum quadam vice conspiciens
evangelicum implere mandatum ista com-
plevit: Duas tunicas habuit et u-
nam non habenti largitus est; ita et
nos idem facere debemus. Multe
potestatis erga demones ex hominibus
expellendos. Legitur enim in predicto dyalogo
quod quedam vacca a demone agita-
ta que ubique seviret et multos con-
foderet, et visus Martinus et soci-
os eius in itinere furibunda occur-
reret. Ille manu elevata ipsam
sistere iubet. Qua immobili perma-
nente vidit demonem dorso illius
insistentem. Quem increpans: Disce-
de, inquit, funeste de pecude et innoxi-
um animal agitare desine. Quo
protinus discedente vacca ad pedes
illius procumbit et ad eius imperi-
um cum omni mansuetudine ad gregem
suum revertitur. Multe subtilita-
tis erga eos cognoscendos. Demo-
nes enim ei ita conspicabiles red-
debantur ut apte a beato viro sub qua-
cumque ymagine viderentur. Nam inter-
dum quidem demon in Jovis personam
plerumque in Mercurii, aliquando vero in Veneris
et Minerve transfiguratum se eius
vultibus preferebat. Quos ille eos
suis nominibus increpabat. Mercurium

maxime patiebatur infestum yonem
brutum atque ebetem esse dicebat
Quadam etiam die dyabolus in
forma regis purpura et dyade-
mate et aureis caligis ornatus
sereno ore atque facie sibi apparuit
leta Cumque diu ambo tacuissent
Agnosce inquit martine quem co-
lis xpus ego sum descensurus ad
terras prius me tibi manifestare
uolui Ad hec cum adhuc martinus
admirans taceret rursus ait
martine cur dubitas cum me
videas qa xpus ego sum Tunc
martinus a spiritu sancto doctus ait
Dominus ihus xpus non se in purpura
nec dyademate renitentem
se esse venturum predixit Ego xpm
nisi in eo habitu et forma qua pas-
sus est nisi crucis signata pre-
ferentem uenisse non credimus Ad
hanc uocem dyabolus disparuit et totam
cellam fetore repleuit Mar-
tinus igitur obitum suum longe an-
te presciuit quem eciam fratribus reuela-
uit Interea condatensem dyoce-
sim causa sedanda discordia
visitauit Mergos igitur uidens in
gurgite flumine pisces [illegible]
tes et quosque capientes Forma
inquit hec demonum est Insidiantur
incautis capiunt nescientes cap-
tos deuorant saturarique nequeunt
deuoratis Imperat igitur ut relic-
to gurgite desertas peterent
regiones Statimque grege facto mon-
tes siluasque petierunt In illa igitur
dyocesi aliquamdiu commoratus ui-
ribus corporis cepit destitui et
discipulis se indicat resolui Tunc
omnes flentes Cur nos pater in-
quiunt deseris aut cui nos
desolatos relinquis Inuadent enim
gregem tuum lupi rapaces

Et ille motus fletibus flens
quoque sic orauit Domine si adhuc
populo tuo sum necessarius non recu-
so laborem fiat uoluntas tua Du-
bitauit enim plene quid uellet
qa nec hos deserere nec a xpo diu-
cius separari uolebat Cumque cum
aliquamdiu molestia febrium
teneretur et a discipulis rogaretur
ut in lectulo suo ubi in cilicio et
Si vero inquit nos insanimus hec
vera sunt At illi confricantes fa-
ciem aiunt Nos sumus faustinus
et faustus quos mater in mari existimat
interiisse et accurrentes in amplexus
matris ruunt et eam crebrius oscu-
lantur Ac illa ait Quid hoc vult
esse Ad quam petrus Isti sunt filii
tui scilicet faustinus et faustus quos
in mari periisse putabas Hec audi-
ens mater pre nimio gaudio velud
amens effecta corruit et postquam ad se
reuersa ait Obsecro vos dilectissi-
mi filii narrate in quo euasistis
Qui dixerunt Cum nauis fuisset
resoluta et nos supra quandam tabu-
lam veheremur quidam naute
nos inuenientes in suam nauicu-
lam posuerunt et mutatis no-
minibus cuidam nos honeste vidue
nomine iustine vendiderunt que nos
habuit tamquam filios et liberalibus artibus
nos erudiri fecit Tandem philoso-
phie operam dedimus et symoni cuidam
mago nobiscum conuersato adhesi-
mus Cumque eius fallaciam cognouissemus
ipsum omnino deseruimus et petri dis-
cipuli per zacheum effecti sumus Sequen-
ti igitur die assumptis petrus tribus
filiis scilicet clemente aquila et ni-
cheta ad quendam secretiorem locum
orationis gratia descendit Quos vene-
randus quidam senex sed tamen pau-
per alloqui cepit dicens Misereor

veri fictos quia sub specie pietatis vos
graviter errare considero. Neque
enim deus est neque cultus hic aliquis
est neque providencia in mundo sed for-
tuitus casus et genesis omnia agunt
sicut ego experimento manifeste
comperi in disciplina matheseos
preceteris eruditus. Nolite ergo
errare sive oretis sive non quia
quod vestra genesis continet vobis erit.
Clemens autem in eum respiciens dio
pectus pulsabatur et quia se alias eum
videbatur vidisse. Cumque de manda-
to petri clemens aquila et niche-
ta cum eo diucius disputassent et
providenciam apertis racionibus ostendis-
sent. Cumque ob reverenciam crebro
patrem vocarent dixit aquila. Quid
necesse est ut eum patrem vocemus cum
in mandatis habemus neminem super
terram patrem vocare. Et post hec
ad senem respiciens dixit. Non
iniuriose accipias pater quod fratrem
meum culpavi quia te patrem voca-
ret. habemus enim tale mandatum
ne aliquem isto nomine vocemus. Cum
ergo aquila hec dixisset risit omnis
circumstancium cetus una cum petro
et sene. Et cum ille causam risus in-
quireret dixit ad eum clemens.
Quia facis hoc de quo alios cul-
pas senem patrem vocando. At
ille negavit dicens. Vere nescio si
eum patrem vocaverim. Hi ex cum
satis de providencia disputassent
dixit eis senex. Crederem utique
providenciam esse sed propria consciencia prohibe-
or huic fidei accommodare assensum.
Novi enim meam et coniugis mee
genesim. Et scio quia quod unicuique
nostrum dictabat genesis acci-
disse. Audite igitur coniugis mee
thema et invenietis consenta-
neum exitum accidisse. Habuit namque
in ortu suo martem cum venere super centrum
lunam vero in occasum in domo ma-
rtis et finibus saturni. Quod sce-
ma adulteras facit et servos pro-
prios adamare et peregre in aquis defungi
quod et ita factum est. Incidit namque in
amorem servi et periculum atque oppro-
brium metuens cum ipso aufugit
et in mari periit. Nam sicut frater meus
retulit ipsum primo adamavit sed
ipse ei assentire noluit in servum
sue libidinis amorem retorsit.
Nec tamen ei imputandum est quia eam
genesis hoc facere compulit. Nar-
ravit quoque sompnium finxisse
et quomodo cum filiis athenas vadens
naufragio periit. Cum filii vellent
irruere et rem aperire prohibuit
petrus dicens. Quiescite quo-
usque ei placeat. Dixitque petrus.
Si hodie coniugem tuam castissimam
cum tribus filiis consignavero cre-
des quia genesis nichil sit. Cum
ille diceret impossibile est sicut hec
te promisit ita impossibile est
extra genesim aliquid fieri. Dix-
itque petrus. Ecce iste est filius
tuus clemens et hii duo gemi-
ni faustinus et faustus. Tunc senex
resolutis menbris cecidit et
quasi exanimis factus est. Filii autem
irruentes in eum osculabantur
verentes ne spiritum revocare
possent. Tandem ad se rediens
omnia ut acciderant per ordinem eis
enarravit. Tunc subito uxor
advenit et cum lacrimis clamare
cepit. Ubi est vir meus et dominus meus.
Hec cum illa clamaret senex oc-
currit et cum lacrimis eam amplex-
ari et stringere cepit. Dum igitur simul
manerent advenit quidam
nuncians apionem et ambionem
faustiniani amicissimos cum symone

mago hospitium. De quo Faustinianus valde gavisus adeos visitandos ivit. Et ecce preco venit qui diceret ministros cesaris Antiochie advenisse ut magos omnes quereret et morte puniret. Tunc Symon magus in odium filiorum qui ipsum reliquerant vultus sui similitudinem in Faustinianum impressit ut non Faustinianus ab omnibus crederetur. Hec autem fecit ut ministri cesaris loco sui teneretur et occideretur. Ipse autem Symon de partibus illis abscessit. Cum autem Faustinianus ad Petrum et ad filios redisset, expaverunt filii vultum filii Symonis in eo intuentes, vocem autem patris audientes. Solus autem Petrus eius naturalem videbat. Cumque filii et uxor refugerent eum et execrarentur, dicebat eis: Cur execramini et refugitis patrem vestrum? Qui responderunt quod ideo eum refugerent, quia in eo vultus Symonis magi appareret. Confecerat enim Symon quoddam unguentum et faciem eius perunxerat et vultum suum arte magica in eum impresserat. Ipse igitur miserabiliter lamentabatur et dicebat: Quid mihi misero accidit, ut una die recognitus ab uxore et filiis lectari non potuerim cum eis. Uxor vero crinibus sparsis et filii plurimum flebant. Symon autem magus cum adhuc esset Antiochie Petrum plurimum infamaverat, magum maleficum et homicidam eum ostendens. Denique in tantum populum adversus Petrum concitaverat ut ipsum invenire affectarent carnes eius dentibus laniare. Dixit ergo Petrus Faustiniano: Quoniam quasi Symon magus esse videris, perge Antyochiam et coram populo me excusa ac ea que de me dixit Symon ex persona me a retractia. Postea licet ego Anti

ochiam veniam et alienum hunc vultum effugabo et proprium omnino reddam. Hoc tamen nullo modo credendum quod beatus cum Petrus dominum mentiri mandaverit, cum deus non indigeat nostro mendacio. Ideo itinerarium Clementis in quo hec scripta sunt liber apocrifus est, non suscipiendus in talibus. Perrexit autem Faustinianus pater Clementis Antiochiam et populum convocans dixit: Ego Symon annuncio vobis et confiteor omnia me fefellisse de Petro, nequaquam enim seductor vel magus est, sed ad salutem mundi missus. Quapropter si deinceps aliquid contra ipsum dixero me tamquam seductorem et maleficum expellatis. Nunc ego penitentiam ago et male me dixisse cognosco. Moneo igitur vos ut in ipsum credatis, ne vos et civitas vestra pereatis. Cumque hec omnia que Petrus iusserat implesset et in amorem Petri populum incitasset, Petrus adveniens et oratione facta effigiem vultus Symonis ab eo penitus effugavit. Populus autem Antyochenus Petrum benigne recepit et ipsum in kathedra sublimavit. Quod audiens Symon illuc perrexit et populum convocans ait: Miror quod cum vos salubribus preceptis instruxerim et a seductore Petro vos caverem monuerim, cur non solum ipsum audistis, sed ipsum in cathedra episcopali sublimatis. Tunc omnes cum furore adversus eum dixerunt: Monstro nos es similis, nudius tercius te penituisse dicebas et nunc te et nos pariter conaris. Et impetum in eum facientes cum ignominia eum protinus expulerunt. Hec omnia Clemens in libro suo de se ipso narrat et hanc historiam ibidem inseruit. Post hec autem cum Petrus Romam venisset et sua

paſſionem Petri in minime videtur Clemen-
tem, Petrus ſibi epiſcopum ordinavit. Aper-
tum igitur in principe apoſtolorum Clemens
vir prudens praemunivit in futurum ne
per hoc exemplum quilibet vellet
ſibi in eccleſia ſucceſſorem ſtatuere et he-
reditarie ſanctuarium Dei poſſidere.
Lynus ceſſit et poſt hunc Cletus. Poſt-
modum autem Clemens eligitur et prae-
ſidere compellitur. Qui ita mo-
rum ornamento pollebat ut Iu-
daeis et gentilibus et omnibus chriſti-
anis populis complaceret. Singulas
inopes regionibus nominatim ſcrip-
tos habebat, et quos baptiſmi
ſanctificatione mundaverat non ſinebat
publicae fieri mendicitati ſubiec-
tos. Cum itaque domicellam virginem
neptem Domiciani imperatoris
ſacro velamine conſecraſſet et
Theodoram uxorem Syſynnii impe-
ratoris amici ad fidem convertiſſet
et in caſtitatis propoſito manere pro-
mitteret, Syſynnius zelo ductus poſt
uxorem ſuam eccleſiam occulte intra-
vit, ſcire volens quid illa ſic ec-
cleſiam frequentaret. At ubi a ſancto
Clemente oratio finita eſt et populus reſ-
pondiſſet Amen, et Syſynnius caecus
et ſurdus penitus effectus eſt,
qui ſtatim pueris ſuis dixit: Cito
me tollite et foras educite. Duce-
bant eum per totam eccleſiam et gyra-
bant, et ad ianuam pervenire non
poterant. Quos cum vidiſſet Theo-
dora ſic errantes, primo quidem
ab eis declinavit putans quod vir
ſuus ipſam cognoſcere poſſet. Poſt-
modum autem quid hoc eſſet eos interro-
gavit. Qui dixerunt: Dominus noſter dum
vult videre et audire quod non licet, caecus
et ſurdus factus eſt. Tunc illa in oratio-
nem ſe dedit deprecans ut vir
ſuus inde exire poſſet, et poſt oratio-
nem dixit pueris: Ite modo et perdu-
cite dominum veſtrum ad domum ſuam.

Cumque abiſſent, Theodora ſancto Cle-
menti indicat quid acciderit.
Tunc ſanctus rogatu Theodorae ad
eum venit et ipſum invenit apertis o-
culis nichil videntem et nichil
penitus audientem. Cumque Clemens
pro eo oraſſet et ille auditum et lumen
recepiſſet, videns Clementem iuxta con-
iugem ſuam ſtantem amens efficitur
et ſe illuſum magicis artibus ſuſpi-
catur. Praecepit quoque ſervis ſuis ut
tenerent Clementem dicens: Ut
ingrederetur ad uxorem meam me
magicis artibus excaecavit.
Praecepitque militibus ut Clementem li-
garent et ligatum traherent. Sed illi
cum ligarent columpnas iacentes
et ſaxa, putabant ſicut etiam Syſy-
nio videbatur quod ſanctum Clementem
cum ſuis clericis traherent et liga-
rent. Tunc Clemens dixit Syſyn-
nio: Quia ſaxa deos dicis, ſaxa
trahere meruiſti. Ille autem vere
eum ligatum exiſtimans ait: Ego
te interfici faciam. Clemens autem
inde abſcedens Theodoram ro-
gavit ne ab oratione ceſſaret do-
nec virum ſuum iuſtificaret. Orante
igitur Theodora Petrus apoſtolus ap-
paruit ei dicens: Per te vir
tuus ſalvabitur ut impleatur
quod dixit frater meus Paulus: Salva-
bitur vir infidelis per mulierem fide-
lem. Et haec dicens abſceſſit. Sta-
timque Syſynnius uxorem ſuam ad
ſe vocavit obſecrans ut pro ſe o-
raret et ſanctum Clementem ad ſe vo-
caret. Qui cum veniſſet ipſum in
fide inſtruxit et cum eo ccc. xiij
de domo ſua baptizavit. Per hunc
autem Syſynnium multi nobiles et
amici Nervae imperatoris Domino
crediderunt. Tunc comes ſacrorum
pecuniam multis dedit et quoſdam

clementem seditionem excitaverunt. Tunc mamertinus prefectus urbis ipsam seditionem non ferens ad clementem se adduci fecit. Quem cum redargueret et ad se inclinare attemptaret. Ille ait. Optarem te ad rationem accedere. Nam si canes multi contra nos latraverint et morsibus attrectaverint numquam hoc nobis possunt auferre quod nos sumus racionabiles homines et ipsi sunt irracionabiles canes. Sedicio autem ab imperitis incepta ostendit se nichil habere certum vel verum. Tunc mamertinus de eo traiano imperatori scribens rescriptum accepit quod aut sacrificaret aut transpontum mare ipsum in exilium mitteret. Tunc prefectus clementi cum lacrimis ait. Deus tuus quem pure colis te adiuvet. Cui et navem tribuit et omnia necessaria ministravit. Multi autem clerici et layci cum in exilium sunt secuti. Perveniens autem in insulam invenit ibi plus quam duo milia christianorum a longo iam ductum ad secanda marmora dampnatorum. Qui sanctum clementem videntes statim in fletum et lacrimas proruperunt. Quibus ille consolans ait. Non meis meritis me misit ad vos dominus vestre corone participem me fieri. Et cum ab eis didicisset quod a sexto miliario aquam suis humeris deportarent dixit eis. Oremus omnes dominum nostrum ihesum christum ut confessoribus suis fontem in isto loco et venas aperiat. Et qui percussit in deserto montis syna et fluxerunt aque in habundancia ipse nobis latices affluentes impertiat ut de eius beneficiis gratulemur. Cumque orasset sanctus hinc inde conspiciens vidit agnum stantem qui pede dextro erecto quasi locum episcopo ostendebat. Et intellexit dominum ihesum christum esse quem solus ipse

videbat precessit ad locum et dixit. In nomine patris et filii et spiritus sancti in isto loco percutite. Et cum nullus in isto loco in quo agnus steterat contingeret ipse arrepto brevi sarculo brevi ictu locum sub pede agni percussit et statim maximus fons erupit et in flumium crevit. Tunc universis populis gaudentibus sanctus clemens ait. Fluminis impetus letificat civitatem dei. Ad huius modi famam multi confluxerunt et una die quingenti et amplius baptisma ab eo susceperunt. Et ydolorum templa destruentes per totam provinciam infra unum annum lxxv ecclesias edificaverunt. Post tres autem annos traianus imperator hoc audiens quendam ducem illuc misit qui cum omnes mori conspiceret multitudini cessit et solum clementem ligata ad collum eius anchora in mare precipitavit dicens. Iam non poterunt ipsum pro deo colere. Stante autem omni multitudine circa litus maris cornelius et phebus discipuli eius et omnibus populis orare ceperunt ut dominus corpus sui martiris eis monstraret. Statimque mare per tria miliaria recedente omnes per siccum ingressi invenerunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum et ibi in archa corpus sancti clementis et anchoram iuxta eum. Revelatum est discipulis ne tunc corpus eius tollerent. Omni autem passionis eius anno per vii dies ad tria miliaria mare recedit et siccum iter advenientibus prebuit. Cum in una sollempnitate quedam mulier cum filio parvulo ad locum accessisset completis autem festivitatis sollempniis cum puer obdormivisset in undancium aquarum strepitu subito fragore

Mulier autem tradita et filij sui
oblita cum reliqua multitudine
ad ripam aufugit. Que postmo-
dum filij memor cum eiulatu maxi-
mo flebat et usque ad celos la-
mentabiles dabat voces ac
plictorum clamoribus et eiulatibus dis-
currebat si forte filij corpus
a littore eiectum videret. Sed cum
in ea spes omnis deficeret ad domum
rediit et totum illum annum in fletu
et merore duxit. Post annum igitur
aperto mari omnibus anticipatis ad
locum cito venit si forte de filio
aliquod vestigium invenire posset. Cum
igitur ante tumulum sancti clementis
se dedisset in oracione surgens vidit
infantem in loco in quo eum reliq-
uerat dormientem. Estimans autem
eum esse defunctum accessit propius
quasi corpus collectura exanime.
Sed cum eum dormientem cognovis-
set excitavit velociter et spectan-
tibus populis in columne in ulnis
levavit et ubi tam parvum fuerit
requisivit. Ille autem se nescire
videt si annus integer preterisset
sed tamen unius noctis spacio se su-
aviter dormivisse putabat. Et
Ambrosius in prefatione sic ait. Cum
autem iniquissimus imperator persecu-
tor beatum clementem penis af-
ficeret et idolis cogeret non ei tor-
mentum intulit sed triumphum. Iac-
tatur ergo martir in fluctibus
ut mergeretur et ex hoc pervenit ad
premium. Unde petrus magister eius
pervenit ad celum. Ergo xpistus in
fluctibus approbans meritum
ut clementem ad palmam victorie
revocaret. Petrum ad celestia
regna in eodem clemente necnon
ergo elevat. Refert leo hos-
tiensis episcopus quod tempore quo michael
imperator nove rome rege-
bat imperium sacerdos quidam philoso-
phus cum chersonem pervenisset et de hiis que
narrantur in historia clementis ha-
bitatores interrogasset et quia advene
magis erant potius quam indigene se
nescire professi sunt. Siquidem mira-
culum marini recessus obcesserat
in habitantibus iam diu cessaverat et
ob incursum barbarorum templum
destructum fuerat et archa cum cor-
pore marinis fluctibus obtu-
ta fuit quo miratus philosophus. Et acce-
dens ad civitatem nomine georgiam
cum episcopo et clero et populo accessit
ad quendam fluctibus reliquias ad
insulam in qua existimabant
esse corpus martiris. Ubi cum ympnis
et oracionibus fodientes di-
vina revelacione invenerunt
corpus et anchoram cum qua fuerat
in mare precipitatum et deportave-
runt chersonam. Deinde predictus
philosophus romam cum corpore sancti
clementis venit et multis osten-
sis miraculis in ecclesia dei que nunc
ecclesia sancti clementis est honorifice
collocatum fuit etc. De sancto Crisogono.

Crisogonus iussu dyocleciani
in carcere includitur ubi a sancta
anastasia alimonijs fovebatur. Er-
go anastasiam virginem in artis-
sima custodia posuisset grisogo-
no qui eam erudierat talia
scripta direxit. Sancto confessori xpisti
grisogono anastasia sacrilegum
iugum mariti suscepi a cuius deo
miserante thorum vitavi in infirmi-
tate declinans die noctuque domini
nostri ihesu xpisti amplector vestigia.
Cum iste patrimonium meum expendat
illustrius cum indignatione ac tem-
poribus ydolatrias exhauriat me
quoque velud magam atque sacrilegam
custodia tam gravissime
mancipavit ut me vitam temporalem

amitte suspiter. Anchilem
sup e nisi ut amisso spu mor
ti succubam. In qua morte ti
cet gloier tn mea mes ualde
contentur qa opes mee qs deo
deuoueram a turpibus consumun
tur. Vale vir dei et memento
mei. Cui grisogonus sic rndit
In fide ne turbaris i tribul p pie
uincti inferantur aduersa
nd enim decipis si probaris. cito
ad te placidum tpus quenet et
qz post noctis tenebras flori
du dei lume aspicies atqz post
glaciei frigus aurea et tpa et
serena succedet. Vale in dno
et ora p me. Demu qz cu bta
anastasia sit i custodia arta
retur ut vix ei panis q dimis
daretur existimans se moritura
sco grisogono eplam i hec uba
scripsit. Confessori xpi grisogo
no anastasia. Finis uenit corpis
memento mei ut egredientem
aiam mea ipe suscipiat pro cuius
amore ista sustineo que ex ore
suis fructuli i ecognouis. Cui
ille respdit. Semp e ut lume
tenebre pcedant. Sicut etiam
post infirmitate salus reuer
tit et uita post morte pmit
titur. Vno enim fine cludimur
et aduersa huius mundi et pspa ne
uel tristibus desperatio uel letis
elatio ducatur. Vnu mare e i quo
nauicule corpis nri uelificant
et sub uno corpore gubnatore
aie nre nautico fungunt offi
cio. Quorundam igitur naues for
tissimis clauis nexibus soli
date et crebros equoris agi
tatos fluctus illese ptereunt.
Quorunda uo fragilib iunctura
lignorum etiam in tranquillo ui

cinu morti pficiunt cursu. Tu
aut o xpi famula crucis tro
pheo tota mete constringe et te
ipam ppara ad opus dei. Igit
dyocletianus aquilegie positus
reliquos xpianos occidens sibi gri
sogonu sibi pntari iussit. Cui ait
Accipe pfecturam et consolatum et gnis tui et
tue et consolatu a gentib tui et
sacrifica diis. Rndit grisogonus
unu dm in celo adoro et digni
tates tuas qz lutu cterno. Dat
igr sup eu snia et ad quenda loca
ducitur et ibi decollatur.
Cuius corpus cu capite scs zeno pr
sepeliuit. De sca kathrina

Katherina dr a catha qd e v
niuersum et ruina qz uniuersa
lis ruina. Omne enim edificium
dyabolicum p toto corruit. Illa
i ea ruit edificium superbie per
humilitate quam huit. Carnis
libs concupiscencie p uirginitatem
qua seruauit. Cupiditatis mu
dane qa omnia mundana despexit.
Vel kathina qz cathenula q a
cum ex bona opa quibs cathe
na fecit p quam usqz ad celum
ascendit. Katherina costi regis
filia omnibus liberalium studiis
fuit erudita. Cu aut maxen
cius imperator omnes tm diuites
qua paupes ad allexandriam
conuocasset ut ydolis ymolaret
et xpianos ymolare nolentes pu
niret Katherina ann etatis
xviij i palacio diuiciis et puis
plena sola remanens audiens
diuersorum mugitus et can
tancium plausus misso illuc
nuncio inquiri fecit celeriter
qd hoc esset. Quod cu didicisset assup
tis aliquibus de palacio signo
crucis se muniens illuc acces
sit ibiqz multos xpianos metu

mortis ad ſacrificia duci conſpexit
et vehementi dolore cordis ſauci-
ata ad imperatorem ſe audacter in-
geſſit et ſic ait Salutacionem te im-
perator conferre et ordinis dignitas
et racionis via monebat Si creatorem
celorum noſceres ab hijs falſis animum
revocares Conſtitutus autem in ianua tem-
pli predictas concluſiones ſillogiſ-
morum allegorice et methaphorice
ac miſtice multa cum ceſare diſ-
putavit Deinde rediens ad
communem collocucionem dixit Hec tibi tamquam
ſapienti conferre curavi Nunc
autem quare incaſſum congregaſti hanc
multitudinem ad colendam ſtulti-
ciam ydolorum miraris hoc templum
manu artificum operatum. miraris
ornamenta precioſa que velud
pulvis ante faciem venti extitit
Mirare celum et terram mare et omnia
que in eis ſunt mirare ornamen-
ta celorum ſolem videlicet et lunam
et ſtellas. mirare famulatum eorum qualiter
ab inicio mundi uſque ad finem nocte
et die currunt ad occidentem et rede-
unt ad orientem et nunquam fatigantur
Et cum hec animadverteris interroga et
diſce quis eorum ſit potencior Cum autem
ipſum ipſo donante intellexeris nec
ſimilem invenire illi valueris ipſum ad-
ora ipſum glorifica Ipſe enim est deus
deorum et dominus dominancium Cumque de filij
incarnacione diſputaſſet ſtupefactus
ceſar non valuit ad hec reſpondere tamen
ad ſe reverſus dixit ad eam Sine
mulier ſine nos finire ſacrificium
et poſtmodum hec tibi reſpondemus Precepit
igitur eam ad palacium duci et cum
omni diligencia cuſtodiri admirans
nimis eius prudenciam et corporis
pulchritudinem Erat enim ſpecioſa et
incredibili pulchritudine omnium oculis
admirabilis videbatur Veniens
igitur ceſar ad palacium dixit Kathe-
rine Audivimus tuam eloquenciam

et admirati ſumus tuam prudenciam
ſed in deorum ſacrificijs occupati omnia
plene nequivimus intelligere Nunc
autem ab inicio progeniem tuam re-
quirimus Et ſcu ad hec Nec te
collaudas ne te ſuſpanus ipſum
hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat
vanus Confiteor tibi meam progeni-
em non tumore iactancie ſed humili-
tatis amore Ego enim ſum Katheri-
na coſti regis filia que quamvis in
purpura nata et liberalibus diſci-
plinis non mediocriter inſtructa
hec tamen omnia contempſi et ad dominum ihesum
christum confugi Dij autem quos co-
litis nec tibi nec aliis iuvare poſſunt
Cui rex Si ita est ut aſſeris quod totus
mundus errat et tu ſola verum
dicis cum tamen omne verbum in ore duorum
teſtium vel trium conſiſtere debet Si an-
gelus eſſes et ſi celica virtus ad
credendum nemo debet quanto minus
cum femina fragilis eſſe probaris Cui
illa Ne obſecro ceſar a furore
te vinci permittas Inſipienti animo
non ſit turbacio dira Hic namque
poeta ait Tu ſi te animo regis rex eris
eris Si corde ſervus et rex Sicut
videtur peſtifera callidiutate nos il-
laqueare diſponis tamen per exempla
philoſophorum protrahere videris Videns autem
imperator quod eius ſapiencie obviare
non poſſet miſit occulte plures
ut dicitur gramaticos et rethores ad
pretorium allexandrie feſtinanter ve-
nirent in momento munera recep-
turi ſi concionatricem virginem ſuis aſ-
ſertionibus ſuperarent Quos ob
ergo ſuperans ad chriſtum convertit Ad-
ducti ſunt igitur ex diverſis provincijs
L oratores qui omnes mortales
in omni mundana ſciencia et ſapiencia excel-
lebant Quibus interrogantibus
cur tam de remotis partibus evo-
cati fuiſſent Ceſar ait Est apud
nos puella nobilis ſenſu et

prudentia in topicis quod omnes
sapientes confutat et deos nostros
demones esse affirmat quam si
superavitis cum honore magno ad
propria redibitis. Cui illi dixerunt
Adducatur coram nobis puella ut
sua temeritate convicta nunquam se sapi-
entes vidisse cognoscat. Sed cum virgo
certamen quod sibi imminebat didicisset
totam se domino commendavit. Et ecce an-
gelus domini astitit et ut constanter
staret admonuit. asserens quod non
solum ab illo vinci poterat sed insuper
illa ipsos conversos ad palmam mar-
tirii destinaret. Cum igitur coram ora-
toribus adducta fuisset dixit im-
peratori Quali iudicio contra unam
puellam quinquaginta oratores opponis
quibus et pro victoria remunerandos
promittis et me sine mercede pugna-
re compellis. Erit tamen dominus ihesus
xpistus mihi remunerator qui est spes
et corona pro se certancium. Cum igitur virgo
cum oratoribus sapientissime
disputaret et deos apertis rationibus
confutaret obstupefacti illi et quid dicerent
non invenientes muti penitus sunt
effecti. Tunc imperator nimio contra
eos furore repletus increpare
cepit eos cur a bona puella tam
turpiter se vinci permitterent. Unus
illorum magister sic ait Noveris imperator
quod nullus unquam ante nos stare po-
tuit quin continuo vinceretur. Hec autem
puella in qua spiritus dei loquitur sic
nos in admirationem convertit ut contra
xpistum aliquid dicere aut omnino nesciamus
aut penitus formidemus. Unde
imperator constanter fatemur quod nisi proba-
biliorem sententiam de hiis quos hactenus coluimus
protuleris ecce omnes ad xpistum convertimur.
Audiens hec tyrannus nimio

furore succensus omnes in medio ci-
vitatis cremari iussit. Sed virgo
ipsos confortans ad martirium con-
stantes effecit et de fide diligenter
instruxit. Cum igitur signo crucis
muniti flammis fuissent iniecti
ita animas domino reddiderunt ut nec
capilli nec vestimenta ab igne
in aliquo lederentur. Cum autem a xpistianis
fuissent sepulti tyrannus
virgini ait O virgo generosa iuven-
tuti tue consule et post reginam
secunda in palatio meo notaberis
et ymaginem tuam in medio civi-
tatis fabricatam a cunctis veluti
deam adorabis. Cui virgo Desi-
ne talia dicere que scelus sunt etiam
cogitare. Ego me xpisto sponsam
tradidi. ille gloria mea. ille amor
meus. ille dulcedo et dilectio mea.
Ab eius amore nec me blandimenta
nec me tormenta poterunt revo-
care. Tunc ille furore repletus ius-
sit eam spoliari et scorpionibus
cedi et cesam in obscuro carceri
recludi. ibique diebus xii fame
cruciari. Rege autem pro quibusdam
causis instantibus extra regio-
nis confinia procedente regina cum
nimio amore cum principe militie
militum nomine porphirio media
nocte ad carcerem virginis properavit.
Quo cum regina introisset vidit
carcerem ineffabili claritate ful-
gentem et angelos plagas virginis
ungentes. Incipiens igitur virgo
gloriosa katherina regine et por-
phirio eterna gaudia predicare ipsos
convertit et ad fidem convertens martirii
coronam eisdem predixit. Sicque usque
ad mediam noctem sermonem protraxe-
runt. Que cum porphirius audivisset

ad pedes ugis pdidit et cu ductis
militib fidem accep^t. Na uo p
xij dies sine cibo tyrann' eã
esse iusserat. xpus p hos dies
missa de celo candida columba ce-
lesti cibo eã refouebat. Post hec
dns cu multitudie angeloy & vir-
ginu eidem appuit dicens Agnosce
filia creatoz tuu p cui noie la-
boriosu subisti ctame. Constans
esto qa ego tecu su. Rediens igr
impator eã b' pntari iussit & vi-
dens sup eam splendoz quẽ tanto
ieiunio estimabat afflictã pu-
tabat q aliqs i carce eã susten-
tasset & furore repletus custodes
torqueri pcep^t. Illa uo ait Ego
cibu ab homie no accepi s; xpus
me p suu angl'm enutriuit Cui
impator Recõde orc q moneo
i corde tuo & noli dubijs rnde-
re sermoibus no te qsi famulã possi-
dere cupimus s; regina p omib po-
tens & clara decore i regno meo
triuphabis Cui ugo Attende & tu
obsecro & iudicij examie vindicta
sanctione diffine quẽ magis elige-
re debeo aut potetez eternu glosum
& decoru vel i firmu morta-
lem & ignobilez atq deforme Tuc
impator indignatus ait Ex duob'
tibi vnu elige aut sacrificãe ut
viuas a' exquisita tormeta su-
bire ut peas Et illa Quecuque
tormeta potis excogitãe ne dif-
feras qa carne & sagine meu xpo
offre desidero sicut ipe pme semet
ipm obtulit Ipe eni e amator meus
deus ms & vnicus sponsus meus
Tuc quidam pfectus furenti regi p-
suasit ut i tribus diebus quatuor rote
serris ferreis & clauis acutissi-
mis circumseptas pparaz ut tã terri-
bile tormetu virgine dissecaret
et ceteros xpianos tã dire mortis

exemplo terrez. Quod et fem est
Tuc ugo btã dnm exorauit ut ad
laudem sui nois & couersioz sup pu-
trustantis ipaz machiam dissipa-
ret Et ecce angelus dni mola illa
tu tanto impetu diuellendo concus-
sit q quatuor milia gentiu iteremit
Regina aut desup hec aspiciebat
& usq huc se celauit. statim descen-
dens impatoz de tanta seuitia in-
crepauit Rex aut nimio furore
repletus cu regina sacrificare cotep-
neret iussit eã euulsis pus ma-
millis decollari Que cu ad marti-
riu duceretur katherina rogauit ut
p se dnm depcaret Cui illa
Ne timeas adeo dilcã regina qa
tibi hodie pro transitorio regno mu-
tabitur eternu. et rege mortali i-
mortalem & acipies Tuc illa
constans effecta tortores hortatur
ne q iussi fuerant facere morarent
Ministri igitur extra ciuitate eam
ducetes ferreis hastilibus mamil-
las ei euellunt & pt modu cap^t
pscidunt Cuius corpus porphiri'
rapiens sepeliuit Sequenti die
cu de corpe regine questio fieret et
multos ex hoc ad suppliciu tyrannus
pertrahi iuberet porphirius pro-
rupens i mediu exclamauit
Ego su qui xpi famulã sepeli-
ui & fidem xpi recepi Tuc maxen-
cius amens effectus rugitum
terribilem emittens exclamauit
O me miseru & miserrimum
ecce porphiri' q erat vnicus cu-
stos & totius laboris so-
lacium deceptus e Qui hoc cu
suis comilitonibus referz illi
omnes i xpm crediderunt Et nos xpiani
sumus & mori pari parati sum' Tuc
cesar furore ebrius pcepit omes
cu porphirio decollari & corpora
eorum canibus dimitti

Deinde katherinam advocans
ait: Quamvis arte magica plurimos
mori feceris si non respueris prima
in palacio meo eris. Hodie igitur aut
diis sacrificia offeres aut caput amit-
tes. Cui illa: Fac quecumque volueris
paratam enim me invenies ad omnia
sustinenda. Data igitur super eam sententia
decollari iubetur. Que cum ad locum
adducta fuisset erectis in celum ma-
nibus oravit dicens: Spes et
salus credencium, decus et gloria
virginum, ihesu xpe bone, obsecro te
ut quicumque passionis mee me-
moriam egerit sive in exitu anime sue
vel in quacumque necessitate me invoca-
verit tue propiciacionis consequatur
effectum. Facta est vox ad eam dicens:
Veni dilecta mea sponsa mea,
ecce ianua celi aperta est. Et a-
his qui passionem tuam celebrave-
rint optata subsidia promitto de
celis. Deinde cum decollata fuis-
set, de eius corpore lac pro sanguine e-
manavit. Angeli autem corpus
eius accipientes ab illo loco ad
montem Synay itinere dierum xx de-
duxerunt et ibidem honorifice sepe-
lierunt. Ex cuius ossibus oleum ema-
nat quod cunctorum debilium membra sa-
nat. Qualiter autem maxencius pro huius
scelere et aliis que commisit punitus fuit
in historia de invencione sancte crucis
habetur. Notandum quod beata kathe-
rina admirabilis apparet in quinque.
Primo in sapiencia. Secundo in eloquencia.
Tercio in constancia. Quarto in mundicia.
Quinto in privilegio. Primo igitur ad-
mirabilis apparet in sapiencia. In ipsa
enim fuit omnis species philosophie. Philosophia enim
dividitur in theoricam, practicam et
logicam. Theorica secundum quosdam
dividitur in tres scilicet in intellectualem
et methamaticam et methaphisicam.
Hanc habuit ergo beata katherina sapi-
enciam intellectualem circa divinas
qua maxime usa est in disputacione
contra rethores quibus unum so-
lum deum esse probavit et deos falsos
omnes esse convicit. Secundo naturalem in
cognicione omnium inferiorum qua maxime usa
est in disputacione contra cesarem
sicut patet ibidem. Tercio methama-
ticam in contemptu terrenorum. Hec enim
sciencia secundum boecium speculatur formas
sine materia. Hanc enim scienciam beata
katherina habuit cum animum suum ab
omni materiali amore abstraxit. Hanc habere
ostendit cum imperatori interroganti
respondit: Ego sum katherina costi
regis filia. Que quamvis in pur-
pura nata fuit hac maxime usa
est cum reginam ad contemptum mun-
di et despectum sui et desiderium re-
gis animavit. Practica autem
dividitur in tres: methicam, me-
thanoicam, politicam. Prima docet
mores informare et se virtutibus
exornare et pertinet ad omnes. Secunda
docet familiam bene componere et perti-
net ad patres familias. Tercia do-
cet urbes et populos et rem publicam
bene regere et pertinet ad rectores
urbium. Hanc triplicem scienciam etiam
beata katherina habuit. Primam enim
habuit cum se omni morum honestate
composuit. Secundam cum familiam que
sibi relicta fuit laudabiliter
rexit. Terciam cum imperatorem sapi-
enter instruxit. Logica dividitur
in tres: in demonstrativam, probabilem
et sophisticam. Prima pertinet ad
phylosophos, secunda ad rethores et dya-
lecticos, tercia ad sophistas. Hanc
etiam triplicem scienciam in ipsa habuisse
cum de ea scribitur pluribus conclusio-
nibus sylogismorum allegorice et me-
thanomice discrete et mistice mul-
ta cum cesare disputavit. Secundo
fuit admirabilis in eloquencia. Ha-
buit enim eloquenciam facundissimam
in predicando sicut patet in suis predica-

conibus Disertissima voz
reddendo sicut patz cu dicebat
impatori cur tuus hic teplu ma
nu artificu fabricatu. Tercio Sua
uissima i attrahendo sicut patz
i porphirio et regina quos eloqi
sui suauitate ad fidem attraxit
Itē efficacissima i quincendo sicut
patet i rethoribus quos tam po
tent devicit. Tercio in constantia
fuit em constantissima. Nā i mini
allatis qua ipas contepsit Vnde
impatori se minati sic ind. Que
cuqz tormēta potes excogitare
ne differas. quia carne et saguinem
meu xpo offerre desidero Itē
quecuqz aio concepisti fac patri
em mei i nemies adqua sustine
re. Scdo i donis oblatis qa ea
respuit Vn cu impator sibi pro
mitteret q ea i palacio secudum ha
beret Rn dt Desine talia loqui
que scelus est eciā cogitare Tco
i suppliciis irrogatis qa ea supa
uit sicut patz cu fuit posita i car
cē et sup rota Quarto i mudicia
castitatis Servauit aut castita
tem inter ea p que castitas pi
clitari solz Quinqz em sut i quib
castitas piclitatur. scz affluentia
resoluens. oportunitas inducens
Iuuentus lasciuiens. libertas effre
nans. pulcritudo alliciens Ista ergo
habēs bta katherina castitatē sua
uit Fuit em i maxima affluentia
rerum utpote q tam ditissimis pntibus
successit. Fuit oportunitate i du
cente utpote que sui dna tota
die int suos famlos qūsabatur
Fuit eciā iuuenilem etate Fuit
etiā sui libertate qa sola et libera in
palacio remansit Vn Dehis quatuor
dr sup katherina cu esset annorum
xviij i palacio diuiciis et pueris
plena sola remansit et cetera

Habuit eciā pulcritudinem Vnde
dicitur Qa erat speciosa valde et in
credibili pulcritudine om oculis ad
mirabilis videbatur Quinto in
priuilegio dignitatis. quedam em pri
uilegia specialia fuerut i aliqui
bus sanctis dum decederet. ut xpi vi
sitatio q fuit i bto johe euangelista
Olei emanatio q fuit i bto nico
lao. Lactis effusio q fuit i beato
paulo Sepulcri paratio q fuit in
bto clemēte Peticionum exauditio
q fuit i btā margaretā qn orauit
p pngentibus sui memoria. Hec
aut sil fuerut fun i bta kathe
rina sicut patz i legenda et cetera

Saturninus ab apostolis De saturnino.
discipulis ordinatus epus in
urbe thelosana directus est Cum
aut ipso ingrediente demones
a vnsis cessaret Vnus gentilium
dixit q nisi saturninu occiderent
adiis suis nichil penitus obtine
rent Apprehendentes igitur sa
turninu nolente sacrificare ad pe
des thauri ligauerunt cu eum
famlis suis agitantes a summa
arce p gradus capitolii precipita
uerunt Sicqz capite confracto
et cerebro excusso martirium consumauit
Cuius corpus due femine rapi
entes i pfundo loco ppt metu
gentilium condiderunt q postea
successores eius ad locum reuerencio
rem transtulerunt ¶ Fuit alius
saturninus que rome pfectus diu
i carcere maceratu i eculeu leua
ri. neruis et fustibus et scorpi
onibus cedi fecit Demum lateribus
adustis depositum de eculeo decol
lari precepit ¶ Fuit et alius satur
ninus apud affrica frater sancti satiri
qui cu pdco frē suo et felicitate
i reuocato sorore dca reuocati ui
no et cu ppetua que nobili martirum

3m

passus est. Quorum passio alio tempore potissime recolatur. Cum igitur proconsul eis dixisset ut ydolis ymmolaret et illi nullatenus assentiret, in carcerem missi sunt. Quod audiens pater Perpetue ad carcerem flens cucurrit dicens: Filia, quid fecisti? Dedecorasti genus tuum. Nunquam aliquis de genere tuo in carcerem missus fuit. Cum autem audisset quod christiana esset, in eam cum impetu cum digitis ad oculos irruit et ei oculos eruere voluit et exclamans egressus est. Vidit autem beata Perpetua huiusmodi visionem quam Saturnino sociis enarravit dicens: Vidi scalam auream mirabilis altitudinis usque ad celum erectam que adeo angusta erat ut non nisi unus ascendere posset. In dextera vero et leva erant fixi cultri et gladii ferrei limati et acuti ita ut qui ascenderet circa vel iuxta ita ut qui ascendens circumquaque nullatenus respicere posset infra se nullatenus respicere poterat sed semper ad celum erectum stare oportebat. Sub ea draco teterrimus et ingentis forme iacebat et pre timore eius quilibet ascendere formidabat. Vidi et Saturum per eam ascendentem usque sursum et respicientem ad nos et dicentem: Ne timeatis hunc draconem sed secure ascendite ut mecum esse possitis. Hoc audientes omnes gratias egerunt quia se vocatos ad martyrium cognoverunt. Presentati igitur iudici cum sacrificare nollent fecit iudex Saturninum cum aliis viris et mulieribus separari et dixit Felicitati: Habes virum? Et illa: Habeo sed contempno. Cui ille: Miserere tui puella ut vivas, maxime cum infantem in utero habeas. Ad quem ait: Fac de me quod vis quia ad tuam voluntatem nunquam trahere me valebis. Parentes autem beate Perpetue cum viro advenientes infantem parvulum quem beata Perpetua quem adhuc lactabat adduxerunt. Et videns eam pater stantem ante prefectum cadens in faciem dixit: Filia mea dulcissima, miserere mei et huius mestissime matris tue et huius miserrimi viri tui qui post te vivere non valebit. Perpetua vero immobilis stabat. Tunc pater filium ad collum eius iactavit et ipse et mater et maritus eius manus tenentes et flentes osculabantur eam dicentes: Miserere nostri filia et vive nobiscum. At illa proiciens puerulum et illos repellens ait: Discedite a me inimici Dei quia non novi vos. Videns vero prefectus constanciam eorum diutissime verberatos in carcerem posuit. Erant vero diu plurimum mesti esset de Felicitate que octo iam mensibus pregnans erat, pro ea oraverunt et dolores partus in eam subito irruerunt et peperit filium vivum. Quidam vero de custodibus dixit ad eam: Quid facies cum ante prefectum venies? Ut nunc tam graviter cruciaris. Respondit Felicitas: Hic ego patior, ibi pro me Deus patietur. Extracti igitur de carcere ligatis post tergum manibus et nudatis vultibus per plateas ducuntur et dimissis bestiis Saturus et Perpetua a leonibus devorantur et Felicitas a leopardis comeduntur. Beatus vero Saturninus capite gladio truncatur etc.

Leonardus

Leonardus odor populi, a leos quod est populus et nardus quod est herba valde redolens, quia odore bone fame ad se populum attrahebat. Vel Leonardus quasi legens ardua. Vel Leonardus dicitur a leone. Leo enim quatuor habet in se: fortitudinem quia sicut dicit Ysidorus habet in pectore et in capite. Sic beatus Leonardus habuit fortitudinem per malarum cogitationum refrenationem in pectore et in capite per infatigabilem supernorum contemplationem. Sagacitatem a duobus

scilicet in apertione oculorum cum dormit
et in deletione vestigiorum cum fugit.
Sic beatus Leonardus vigilavit
per laborem actionis et vigilando
dormivit per quietem contempla-
tionis et in se delevit vestigia
totius mundane affectionis. Vir-
tuositatem in voce quia eius vox
terribilis suscitat leunculum natum
mortuum et omnem bestiam fugere
facit gradum. Sic beatus Leonar-
dus mortuos multos in precibus
suscitavit et multos bestialiter
viventes in operibus bonis fixit.
Timorem in corde quia secundum Ysa-et
Ysidorum duo timet scilicet strepitum
rotarum et ignem accensum. Sic beatus
Leonardus timuit et timendo
vitavit strepitum mundane sol-
licitudinis et ideo in desertum
fugit et ignem terrene cupiditatis
et ideo thezauros sibi oblatos
contempsit. Leonardus dicitur fuis-
se circa annum domini d. Hic a sancto Re-
migio Remensium archiepiscopo de
sacro fonte levatus est, ab ipso
salutaribus disciplinis instructus
est. Cuius parentes primi in palacio re-
gis Francie habebant. Hic tantam
graciam a rege obtinuit quod omnes
in carcere quos ipse visitabat pro-
tinus absolvebantur. Cum igitur fama
sanctitatis eius excresceret et rex mul-
to tempore cum secum manere fecit donec
oportuno tempore ei episcopatum daret
quod ille renuit et solitudinem desi-
derans relictis omnibus Aure-
lianum predicando cum fratre suo Li-
phardo devenit ubi per aliquam
in quodam cenobio aliquamdiu
vixerunt. Dum Lifardus super ripam
Ligeris solitarius manere vel-
let et Leonardus per spiritum sanctum ad-
monitum in Aquitania predicare dis-
poneret osculantes se ab invicem
discesserunt. Leonardus igitur
ubique predicans et multa miracula

exercens in quadam silva Lemovi-
cense vicina habitavit ubi erat aula
regia causa venationis constructa.
Accidit autem ut quadam die
rex ibi venaretur et regina il-
luc causa delectationis ingressa
partu periclitaretur. Cum igitur rex et fa-
milia propter regine periclitationem lu-
gerent et Leonardus per nemus tran-
siret et gementium voces audiret
pietate commotus illuc perrexit
et a rege vocatus protinus intro-
ivit. Cum igitur a rege interrogatus
quis esset et se sancti Remigii dis-
cipulum esse narraret, rex spem
bonam concipiens et a bono magistro
ipsum bene instructum existimans
ipsum ad reginam induxit rogans
ut pro rebus suis de recuperata
coniuge et edito prole duplex gau-
dium obtineret. Tunc ille oratione
effusa quod petebat protinus impe-
travit. Cum autem rex multa in au-
ro et argento sibi offerret, ille
protinus recusavit admonens ut
hec pauperibus daret dicens: Ego
nullis horum indigeo sed tantum in
aliqua silvarum contemptis huius
mundi diviciis soli Christo famu-
lari desidero. Cum autem rex totum
illud nemus tradere vellet ille
ait: Non totum illud accipio sed tantum
quantum cum meo asella asello cir-
cuire potero in exopto. Quod
rex libentissime adimplevit.
Constructo itaque ibidem mo-
nasterio diu ibi cum adiunctis ibi
duobus sociis monachis in absti-
nencia multa degebat. Cum autem
aqua uno a se miliario dis-
taret puteum ibidem ponitus siccum
fodi iussit quem aqua orationibus suis
implevit. Locum autem illum nobi-
liacum appellavit eo quod a rege
nobili traditus sibi fuisset. Ibi

Ibi tantis miraculis choruſca-
uit quod quicumque eius nomen in car-
cere inuocaſſet mox ruptis uin-
culis nullo contradicente liber
abiret. et ſuas ibidem cathe-
nas uel compedes preſentaret. Horum
plures ſecum manebant et ibidem domino
ſeruiebant. Septem quoque familie
de eius nobili ſtirpe venditis omnibus
ad eum uenerunt et diſtributo ſingu-
lis nemore ibi cum ipſo manentes
exemplo ſuo plurimos attraxerunt
Denique vir ſanctus leonardus
multis clarus uirtutibus. viij.
ydus nouembris ad dominum feliciter
migrauit. Ubi poſtquam multa fie-
rent miracula clericis illius eccle-
ſie reuelatum est. ut quia locus ille propter
multitudinis frequenciam artus erat
alibi eccleſiam fabricaret et illuc cor-
pus ſancti leonardi honorifice ſepe-
liret ſeu transponeret uel transpor-
taret. At illi cum populo triduano ie-
iunio et orationibus inſiſtentes re-
ſpicientes totam inuenerunt patriam
niue coopertam. Locum autem illum
in quo ſanctus leonardus requieſcere
uolebat omnino uacuum conſpexerunt.
Ibi itaque tranſlatus eſt. Quanta miracula
per eum operatus fuerit dominus per
eum ſuam in menſa ferri uarie-
tas ante eius tumulum dependen-
tis teſtis exiſtit. Vicecomes
lemouicenſium ad terrorem malorum
quandam grandiſſimam cathenam fecit
quam in capite ſue turris affigi
mandauit. Qua cathena quicumque
tunc collo cingebatur. cuiuſlibet diei
intemperiei expoſitus non una ſed
mille mortibus angebatur. Ac-
cidit autem ut quidam ſeruus ſancti le-
onardi illa cathena ſine culpa
ligaretur. qui iam cum fere ultimum
ſpiritum exhalaret. inter ſe quo potuit
voto ſanctum leonardum rogauit ut
qui alios liberaret ſibi quoque ſer-
uo ſuo ~~in veſte candida~~ ſubueniret.

Statimque ſanctus leonardus in veſte
candida ei apparens dixit noli ti-
mere quia non morieris. Surge et hanc
cathenam tecum ad eccleſiam meam deferas
ſequere me quia ego precedam te. Qui
conſurgens et cathenam accipiens
ſanctum leonardum precedentem uſque ad
eccleſiam ſuam ſecutus eſt. Statimque ut
ante fores fuit beatus leonardus
ipſum dimiſit et eccleſiam introiens quid
ſanctus leonardus ei fecerit omnibus
enarrauit. Et cathenam illam ibi
grandiſſimam ante tumulum eius ſuſpe-
dit. Vir quidam in loco ſancti leo-
nardi nobiliaco habitans eidem
ſancto ualde fidelis exiſtens a quo-
dam tyranno captus eſt. Qui quidem
tyrannus intra ſe cogitans dicebat
leonardus iſte omnes compeditos
abſoluit et omnis uis ferri ante ipſum
uelud cera ante ignem liqueſcit. Si
hunc igitur uinculis ligauero protinus
leonardus adeſt et ipſum liberabit.
Si autem ipſum cuſtodire poſſem mille
ſolidis ipſum redimere faciam. Scio igitur
quid faciam. Intra terram meam faciam pro-
fundam foueam et hominem hunc compedi-
tum aggrauatum ibidem ſubmergam.
Deinde ſuper os fouee ligneam ar-
cham conſtruam in qua armatos
milites accubare faciam. Licet enim
leonardus ferrum confringeret tamen non-
dum ſubterraneum intrauit. Qui cum totum
ut cogitauit compleuiſſet et ille ho-
mo ſanctum leonardum ſepius inclamaſ-
ſet. leonardus nocte adueniens
archam in qua latebant milites
reuoluit et tamquam mortuos in
ſepulcro ita eos ſub ipſa concluſit.
Denique cum multa luce foueam in-
greſſus fidelis ſui manum tenuit
ac dixit. Dormis an vigilas. ec-
ce leonardus quem tu deſideras. At
ille admirans ait. Domine adiuua
me. Confeſtim confractis catho-
nis apprehenſum cum ipſis ulnis ex-
tra turrim portauit. Deinde
ſecum ſicut amicus cum amico fabu-

lans usque ad locum suum et ad domum ipsum
deduxit. Peregrinus quidam cum a
visitatione sancti leonardi rediisset
et in alvernia captus in caveam qui du-
sus esset eos plurimum deprecabatur ut a-
more sancti leonardi cum in nullo unquam
eos offendisset eum relaxare deberent.
Qui responderunt quod nisi copiose re-
dimeret non exiret. Et ille: Sit inter
nos et sanctum leonardum cui me satis
recommendatum scio. Sanctus leonar-
dus nocte igitur sequenti domino illius
castri apparuit et ut peregrinum suum
dimitteret imperavit. Ille vero mane
evigilans et visionem quasi somnium
parvipendens nullatenus dimittere
voluit. Alia nocte iterum imperans ap-
paruit sed ille iterum obedire con-
tempsit. Tercia vero nocte sanctus le-
onardus peregrinum accipiens extra
oppidum deduxit. Statim turris cum
media parte castri corruens oppres-
sis pluribus solum principem ad sui
confusionem fractis cruribus reservavit.
Miles quidam in britannia in carcera-
tus sanctum leonardum invocabat. qui
statim cunctis custodibus presentibus et viden-
tibus et stupentibus in media domo
apparuit et carcerem intrans et vin-
cula frangens homini cathenas
in manibus posuit et per medium illo-
rum deducens omnes stupore perterru-
it. Fuit et alius leonardus
eiusdem professionis et virtutis cuius
corpus apud corbiacum requiescit.
Hic cum in monasterio esset prelatus tan-
ta se humilitate deiciebat ut omnibus
inferior videretur. Sed cum omnes pene populus
ad eum confluerent quidam invidi regem
totrio suggesserunt quod nisi precaveret
per leonardum qui multos sub optentu
religionis colligebat regnum
francie detrimentum non modicum sus-
tineret. Quibus nimis credulus
eum expelli iussit. Venientes autem
milites adeo eius verbis compuncti sunt
quod se suos discipulos spoponderunt.

sitos. Rex quoque penitenciam petiit et detractores rebus
et honoribus privavit. Sanctum leonar-
dum valde dilexit et vix ad preces
sancti detractores dignitati sue resti-
tuit. Cui adeo sibi impetravit
ut quicumque in carcere teneretur mox
invocato suo nomine solveretur. Appa-
ruit quidam dum orationem incumberet
serpens quidam maximus a parte
pedum usque in sinum eius tetendit qui
cum ipse hoc nullatenus ab oratione sub-
traxit. Completa vero oratione
dixit ei: Scio quod ab initio crea-
tionis tue homines in quantum potuisti
fuisti inquietus. Sed nunc si in me tibi
data est potestas fac in me quicquid
merui. Quo dicto serpens preci-
pitatus ex cuculla eius ad pedes suos
mortuus corruit. Post hoc autem
cum duos episcopos discordantes se-
dasset in crastinum se finiendum
predixit.

Pelagia prima feminarum
~~anthyocene~~ anthiochie
civitatis rebus et divitiis ple-
na. corpore pulcherrima habitu
ambitiosa et vana. animo et corpore
impudica. Quedam vice per civitatem
cum ambitione maxima transibat
ita ut nichil super eam nisi aurum
et argentum et preciosi lapides vide-
rentur. Ita ut quocumque pergeret aerem
diversorum ornatu odore repleret.
Quam precedebat et sequebatur mul-
titudo maxima puerorum et puella-
rum qui et ipsi erant vestimentis pre-
claris induti. Quam quidam sanctus
pater nomine nonnus episcopus eliopo-
leos que nunc damiata vocatur
videns amarissime flere cepit. Ex
eo quod ipsa maiorem curam haberet
placere mundo quam ipse haberet placere
deo. Procidensque super pavimentum
faciem suam cum terra percuciebat
et ipsam terram lacrimis rigans
dicebat: Altissime deus ignosce

in pctori · qa vniꝰ dici mcttis
ornatus totius vite mee i dus-
triam supauit Ne me dne con-
fundat vniꝰ mcttis ornatꝰ an
conspectu tremende maiesta-
tis tue Illa se ꝑ terenis summo
studio decorauit · Ego tibi in
mortali dno placere proposui · et
p mea negligenciam non imple-
ui Dixit et hijs qui secu erant
In veritate dico vobis quia deus
hanc contra nos i iudicio pduc-
tur qi e qm tam sollicite se de-
pingit ut terenis amatoribꝫ pla-
ceat et nos celesti sponso place-
re negligimꝰ Dum hec et hijs si-
milia dixet subito obdormiuit
visusque est sibi quedam columba nigra
et fetida nimis circa eu celebra-
tem uolaret Cum du cathecumi
abscedere pcepisset columba dis-
paruit Et postmissam rediens
a bapto epo i uasa aqua mersa
munda et candida exiens tam
alte uolauit qꝫ uideri no potu-
it · Euigilans igitur du quan-
dam iret ad ecclesiam precedens
pdicauet et pelagia pns esset
ideo compuncta e qꝫ ei litteras p
nuncium misit dicens Sancto epo
discipulo xpi pelagia discipula
dyabli Si uere xpi discipulus com-
probaris quod ut audiuit pro pctorib9
de celo descendit me pctricem
sz penitentem suscipe digneris
Cui ille remisit Rogo ut hu-
militatem mea no temptes qr ho-
pctor sum Uerum si uis saluari desi-
deras solum me uide no poteris sz
inter alios me uidebis Cumque ad
eum coram pluribus aduenisset pe-
des eius apphendit et amarissime
flens dicere cepit Ego sum pela-
gia pelagus iniquitatis ex
undans fluctibus pctorum Ego
sum pdicionis abyssus Ego uora-

go et laqueus aiarum Multos
deceptos decepi que nunc cuncta
p horrui Tunc epus eam interroga-
uit dicens Quod tibi nome est
Cui illa A natiuitate pelagia uocor
sz pp uestimentorum pompam omnes
me margaritam appellant Tunc
epus eam clementer suscipiens
penitentiam ei salutarem iniunxit et
in dei timore diligenter instruxit
et sacro baptismate regenerauit
Dyabolus autem ibidem clamabat
dicens O uiolentia quam patior
ab isto sene decrepito Uae dies
dies in quo contrarius natus es
mi · quia spem mea maximam ab-
stulisti Quadam insuper nocte
cum pelagia dormiret dyabolus
ad eam uenit · et eam excitans
dixit Domina margarita quid
tibi mali feci Nunquid
unquam tibi mali feci Nunquid
no omnibus diuicijs et gloria te ditaui
et ornaui Queso dic mihi i quo
te contristaui et tibi p tmus satis
faciam · tamen obsecro ne me de-
seras ne obprobrium xanis effici-
ar Ipsa autem se signauit et i dy-
abolum sufflauit et statim euanuit
Die autem tercio omnia que habebat
congregauit et pauperibus tribu-
it Post aliquot autem dies cunctis
ignorantibus pelagia inde
noctu aufugit et i monte oli-
ueti deuenit ubi habitu heremiti-
cum accipiens i parua cella ibidem
se collocauit · et deo i multa ab-
stinencia seruiuit Magne autem
fame ab hominibus habebatur
et frater pelagius dicebatur Post
hec quidam dyaconus sup dicti epi
ad iherosolimam causa uisitandi lo-
ca sancta uenit Cui dixit epus ut
post locorum sanctorum uisitacionem quedam
monachum noie pelagium quereret
et ipm uisitaret cum uerus sit seruus dei

esset Quod cum ille fecisset mox
ab illa cognitus nequaquam ipsam
propter nimiam macerationem cognovit.
Cui dixit Pelagia. Habes episcopum. Et
ille. Etiam domine. Et illa. Oret pro
me ad dominum quia vere apostolus Christi est.
Recedens autem inde die tertia ad
eius cellam rediit Sed cum
ad eius hostium percussisset et nullus
sibi aperuisset fenestram aperuit et
mortuum eum vidit. Currensque
tunc hoc episcopo nunciavisset. episcopus et cle
rus omnesque monachi convenerunt
ut tam sancto viro exequias ce
lebrarent. Cumque de cella corpus
eius extraxissent reppererunt quod
mulier esset et plurimum admi
rantes gratias deo reddiderunt
et sanctum corpus honorifice sepe
lierunt. Obiit autem VIII die in
trante octobre circa annos
domini CC lxxx°. etc. Thaysis

Thaysis meretrix ut in vitis pa
trum legitur tante pulchritudinis
erat ut multi propter eam venditis
substanciis suis ad ultimam paupe
rtatem devenirent Sed et amatores
eius prae zelo litibus inter se con
sertis frequenter puelle limina
sanguine iuvenum replebant. Quod
cum audisset abbas paphnutius sump
to habitu seculari et uno solido pro
fectus est ad eam in quandam egyp
ti civitatem deditque ei solidum quasi
precium peccandi. Illa autem accep
to precio ait illi. Ingrediamur simul
in cameram. Cumque ingressus esset
et lectum preciosis vestibus stratum
ascendere invitaretur ait ad eam. Si
est interius cubiculum in ipsum eamus.
Illa autem dixit. Est quoddam cubi
culum ubi nullus ingreditur. Si vero
deum times non est locus qui deita
ti eius absconditur. Quod cum
senex audisset ait ei. Et scis esse
deum. Cumque illa respondisset se scire
deum et regnum futuri seculi necnon
et tormenta peccatorum dixit ei. Si igitur
nosti cur tantas animas perdidisti
et non solum pro tua sed pro illorum red
ditura racione dampnaberis. Illa vero
hec audiens provoluta ad pedes
abbatis cum lacrimis exorabat di
cens. Scio penitenciam esse et confido
remissionem te orante sortiri
tantummodo peto trium horarum inducias
et post hec quo iusseris ibo et que
cumque preceperis faciam. Cumque locum
illi abbas constituisset ubi venire
deberet. Illa collatis omnibus que
cum peccato lucrata fuerat pla
tea in media civitate populo expec
tante igne combussit clamans. Ve
nite omnes qui peccastis mecum et vi
dete quomodo ea que mihi contulistis
exurat. Erat autem precium auri li
brarum quadringentarum. Que omnia
cum incendisset ad locum quem ei abbas
constituerat perrexit. Quam ille
reperto virginum monasterio in cellula
parvam recludens. Ostium celle
plumbo signavit. et parvam relin
quens fenestram per quam ei victus modi
cus inferretur. Iussitque ei omnibus
diebus parum panis et aque ali
quantulum ministrari. Cum autem senex dis
cederet ait ad eum thaysis. Quo
iubes pater ut exinali meatu aquam
meam effundam. Et ille. In cella
sicut digna es. Cumque iterum quomodo
deum adorare deberet requireret
respondit. Non es digna nominare
deum neque in labiis tuis nomen
trinitatis adducere. Sed nec ad celum
manus expande quia labia tua
iniquitate plena sunt. et manus
tue sordibus inquinate. Sed tan
tummodo in cubens contra orientem
respice et hunc sermonem freque
nter iterans. Qui plasmasti me
miserere mei. Cum ergo tribus an
nis fuisset inclusa condoluit

abbas et prefatus est ad abbatem an-
thonium ut ab eo requireret si re-
misisset illi deus peccatum Et narrata
causa sanctus anthonius quotquot
discipulis suis precepit eis ut illa
nocte vigilantes in oratione persiste-
rent sigillatim quatenus ex aliquo ali-
cui deus declararet causam propter
quam abbas p. veniat Cum ergo
incessanter orassent abbas paulus
maior discipulus anthonii vi-
dit subito in celo locum preciose
ordinatum et ornatum quem tres vir-
gines clara facie custodiebant Cum-
que paulus illis diceret quoniam illa
tum esse anthonii vox divina
respondit Non est patris anthonii sed
thaysis meretricis Quod cum mane
paulus abbas retulisset cognita
dei voluntate abbas paroncius
cum gaudio discessit Et mox per-
fectus ad monasterium ostium celle dis-
sipavit Illa vero rogabat ut ad-
huc maneret inclusa Dixit
autem ei Egredere quoniam dimisit deus
tibi peccata tua Et respondit Testor deum
quoniam ex quo huc ingressa sum ex omni-
bus peccatis meis feci velud sar-
cinam et statui ante oculos meos
Et sicut non discessit anhelitus
a naribus meis sic non discesse-
runt peccata mea ab oculis meis
Sed flebam illa semper memorans et
considerans Cui abbas paron-
tius dixit Non propter penitentiam tuam
deus remisit tibi peccata tua sed quia
timorem hunc semper habuisti in anima
Et cum illam inde eduxisset xv
dies supervixit et pausavit in
pace ¶ Abbas quoque effrem
aliam meretricem sibi fere mo co-
nerte noluit Nam illa meretrix
secum effrem ad peccandum impude-
ter alliceret Dixit ei effrem

Sequere me Qua sequente
eum ad quendam locum ubi erat
multitudo hominum dixit ei Vide hic
ut committeam tecum Et illa Quo-
modo possum hoc facere tanta multitudi-
ne hic astante Et ille Si homines
erubescis nonne magis tamen debes
erubescere creatorem qui revelat oc-
culta tenebrarum Illa confusa reces-
sit vitam in melius commutando

De miraculo bono corde percipiendo

Fuit quidam rex egipti rex
super tria regna unicum filium
habens quem ad scolas misit profundus
Mortuo vero rege omnes barones
nobiles milites insurrexerunt
contra reginam detrahentes ei
omnia regna sola civitate ei dimit-
tentes parvula nec consualem Que
in nimio dolore cogitabat se dare dy-
abolis ut ipso consilio et auxilio
ablata reciperet et in suis detractori-
bus vindicaret Quod intelli-
gentes demones xii pulcherrimo-
rum virorum species habentes illi se domi-
num ac in eodem nomine apparuerunt dicentes
Si vis facere quod cogitasti vim nostro
adiutorio ad tuum placitum pervenient
Erat sic nomine demones tales et
pulchriores sunt quia hemus regina
omni gaudio plenum Unde sursum
Que videns Et videt tale gaudium
quod erat ineffabile ad illud dixerunt
te pro vita tua animam cum corpore de-
feras Que se cum corpore separa-
vit Dixerunt autem demones Si vis
esse voluntatis abnegabis patrem
et filium et spiritum sanctum et mariam Que
hiis omnibus abnegavit et fer-
ro linguam eius incidentes et sangui-
nem rapientes dyaboli scripserunt cartam
in testimonium huius pacti et unus
lucifero domino suo deportavit Dixe-
runt autem demones ad illam ¶

In palacio tuo in quo angelis in
uno clauo / Insedo argenti / in tercio
gemmas preciosas / In quarto clinodia
totius mundi meliora inuenies
quibus ad usus tuos superabis
Et per annum unum regnum subiu-
gabis et tunc de regno illo omnes
clericos et religiosos fugabis et
omnes ecclesias destruas et laycos bo-
ne vite ad peccatum cum nuptijs con-
trahis Illa ueniens ad palatium
omnia ut ei dixerant inuenit Auro
et argento omnes ad suum placitum
subiugauit Et post anno dum v-
nius regni factus est Expelles cle-
rum deuastans ecclesias et omnes ad
peccatum pertrahens Secundo anno appa-
ruerunt ei dyaboli dicentes Si secundum
regnum habere uolumus omnes in duobus
regnis a matrimonio desistere compel-
les ut iaceat unusquisque cum matre
sua uel sorore uel cognata et non
sit aliqua lex ut viuant omnes
sicut iumenta Que superata sunt
secundo regno iussa compleuit Tercio
anno iterum dyaboli ei apparuerunt dicen-
tes Superato tercio regno quoadu-
nabis pauperes tuorum regnorum
et quantis possis et dicas te uelle
in sumptibus elemosinas pro remedio
viri tui elargiri cum venerint in pre-
dictas foueas precipitentur Que sub-
iugato tercio regno omnia fecit sic
Modo videamus istam peccatricem que
se tantis peccatis inuoluit quo per
minus dei et sue matris eternam potuit
euadere tormenta Filius eius cum hoc
paperet in studio cum esset sicius peritus
in nigromancia uocauitque dyabolos
et quesiuit eum ut narrarent ei quo
modo sua expulsa esset de regno et
depauperata et modo iterum dna tantum
regnorum Dyabolus ait quia deum et beatam
virginem negauit et se nobis anima et

corpore tradidit et modo in magnitudine
hec omnia euenerunt Filius dolens
multum doluit et iterum dyabolis quesi-
uit ut eum sine lesione infra gal-
liam tantum ad muros eius domum de-
ferret Qui quidem tamen fecit mane
facto introductus est ad matrem et
ciuitate filius absens et vincens
susceptus Illa die in gaudio per du-
rantes mater talium Filius seque-
nti autem die ait Vnde mater tibi hec
omnia prouenire potuerunt Vbi cleri-
ci ubi ecclesie Que respondit De ab-
scondito thezauri patris tui omnes
seruituti mee subiugaui Respon-
dit filius O mater male est acquisi-
ta humana gloria perpetualiter dampna-
ri obligauimus te dyabolis cruciam-
da anima et corpore tradidisti Ces-
sa mater mea dilecta et age penitentiam
Cui mater Quo fili hec omnia pos-
sum emendare cum milia milium
in sumptibus animas miserim ad in-
ferna Et filius maior dei mag-
na est et multum peccatorum contritum de-
spicit Et illa et deum et eius ma-
trem ceteram abnegaui quomodo
consequar abeas Cui filius ac-
quiesce consilijs meis Debes con-
fiteri ex primo corde et penitentiam usque
ad finem uite tue portabis Hijs
et alijs incitauit matrem ad magnam
cum contricione quam uenientes
dyaboli anima et corpore vinxerunt dedux-
erunt Vnde filius dolens ar-
tissimam uitam assumpsit Septemo
annis orationibus ieiunijs et vi-
gilijs faciens penitentiam decennale
Decimo anno venit romam
ad sanctum siluestrum papam et agressus
cum reatibus ei pomum vitam
matris sue rogans auxilium sa-
lutis sue Cui siluester tollens
ramum aridum dedit ei dicens

Hunc ramum pones in monte
celidonio et cum habuerit poma ma
tri tue poteris suffragari. Quod
ille fecit et ibi mansit anno
[...]sonio. Post circulum anni venit
inde iterum et invenit arborem
altissimam habentem septem poma.
Qui cum carpere non posset pre altitu
dine dixit. Opie deus et misericors
deus et piissima mater mea si hoc
indicium mee vere possem habere
de fructu huius arboris et defer
re sancto silvestro qui mihi contulit
hunc ramum aridum. Et mox ar
bor inclinata est donec carperet
tria poma et defens romam
cum gaudio sancto patri silvestro.
Cui sanctus silvester: Vide hec herba
[?] sanctus est et hoc indicium mee
[?] est. Hanc meam sacros or
dines accipies et in orone mis
sarum sanctarum opitulaminis matris tue
animam de penis poteris manu pace.
Qui cum fecisset et primam missam cele
braret infra canonem raptus
vidit matrem suam in spaciali loco in
ineffabilibus penis ita ut
centum cubitis flamma super eam
ascenderet. Et filius doluit et
obstupuit sed mater in tormentis
risum risit. Cui filius: Quo
modo mater in tantis tormentis ridere
potes? Cui mater: Rideo et gaude
o quia digna fui talem filium ge
nerare cuius consilio ad gratiam
inducta sum. Cuius primo tempore
igne inferni per eum evasi et
liberabor trigenta missis tuis
et una missam de beata virgine
perfice quia sola potest catenam sug
[?] septam a lucifero datam re
trahere que cum super altare re
ciderit scias me penitus esse
liberatam. Et filius ad se re

diens fecit omnia et catena re
posita est et mater liberata. Qui
postea predicator egregius
factus per tribus regnis annue
prefuit eadem et cum alia in super
regna ad fidem convertit. Eccle
sias reparavit et ad divinum
cultum omnia laudabiliter restau
ravit etc. Sequitur de sancto iacobo martire

Iacobus martir cognomento
intercisus nobilis genere sed fide
nobilior ex regione persarum et
civitate elape oriundus fuit. Hic
ex parentibus christianissimis ortus est
et uxorem christianissimam habuit. Erat
notissimus regi persarum et inter opti
mates primus. Accidit autem ut a princi
pe nimio amore seductus et ad
colenda ydola flecteretur. Hoc autem
mater et uxor audientes penitus eum
desperunt dicentes: Obediendo
mortali deseruisti eum qui vita est
placendo fure cito putredinem de
servisti sempiternum odorem veritatis
in mendacium commutasti et mor
tali obtemperans vivorum ac mor
tuorum iudicem reliquisti. Noveris
igitur amodo nos a te futuris extra
neas nec tecum dedecto aliquando
moraturas. Cum autem has literas
iacobus legisset amare flevit et ait:
Si mater mea que me genuit et ux
or mea iam extranee facte sunt
quanto magis iam factus sum extra
neus deo meo. Cum ergo pro errore
suo se plurimum affligeret nuntius
venit ad principem qui dicebat ia
cobum christianum esse. Quem princeps
convocans ait: Dic mihi si nazar
enus es. Cui iacobus: Etiam na
zarenus sum. Et ille: Ergo magus
es. Cui iacobus: Absit a me ma
gum esse. Cum ergo ei multa suppli
cia minaretur dixit ei iacobus

Non me conturbat presens mutacio quia tametsi ventus flans fructuum arborum ramos in terram cito permisit. Cui princeps: Noli sed prudenter age ne graviorem penam incurras. Cui iacobus: Hoc non mors sed sompnium potius est dicendum cum post modicum resurrectio tribuatur. Cui princeps: Non te seducant nazareni dicentes mortem esse sompnium quia magni imperatores timent eam. Cui iacobus: Nos mortem non timemus quia de morte ad vitam transire speramus. Tunc princeps de consilio amicorum hanc super iacobum tulit sententiam ut ad aliorum terrorem membratim iacobus puniatur. Cum autem quidam ex compassione super eum flerent ait: Nolite flere super me sed super vos ipsos flete quia ego ad vitam pergo et vos supplicia eterna debetis. Tunc carnifices pollicem manus dextre eius absciderunt et exclamans iacobus ait: Liberator nazarene suscipe ramum arboris misericordie tue. Nam cultor vinee sarmentum abscidit vitis ut potius germinet et uberius coronetur. Cui carnifex: Si assentire vis adhuc tibi parco et medicamentum adhibeo. Cui iacobus: Nonne perspexisti stipitem vitis quia cum amputantur sarmenta ille nodus qui remanet in suo tempore cum terra calescere ceperit per singula abscisionis loca producit germina. Si igitur vitis putatur vicissitudine temporis ut germinet quanto magis fidelis homo qui in vera vite christo operatus est. Tunc accedens carnifex secundum abscidit digitum. Beatus autem iacobus dixit: Suscipe duos ramos quos plantavit dextera tua domine. Abscidit et tertium et dixit iacobus: De triplici temptatione liberatus benedicam patri et filio et spiritui sancto et cum tribus exceptis de camino pueris confitebor tibi domine et in choro martyrum psallam nomini tuo christe. Abscisus est quartus digitus. Et iacobus dixit: Protector filiorum israel qui in quarto filio benedictionem principatus es suscipe a servo tuo confessionem quarti digiti tamquam in iuda benedicta. Absciso quinto digito dixit iacobus: Completum est gaudium meum. Tunc carnifices dixerunt ei: Parce iam anime tue ne pereas nec contristeris si unam manum amiseris quia multi sunt unam manum habentes tamen et multis divitiis et honoribus habundantes. Beatus iacobus dixit: Cum pastores incipiunt pecora tondere nunquid dexteram tantum vellus auferunt et sinistram dimittunt? Et si pecus quod animal brutum est totum vult vellus amittere quanto magis ego homo rationalis non dedignabor pro deo occidi. Accedentes igitur impii ad sinistram manum digitum minimum inciderunt. Et iacobus dixit: Tu domine cum magnus esses minimus et parvus pro nobis fieri voluisti et idcirco tibi reddo corpus et animam quam creasti et proprio sanguine redemisti. Absciditur septimus digitus et ait iacobus: Septies in die laudem dixi domino. Absciditur octavus et dixit iacobus: Octavo die circumciditur hebreus ut transeat ad legales cerimonias et mens servi tui transeat ab hiis incircumcisis et coinquinatum habentibus preputium ut veniam et aspiciam faciem tuam domine. Amputatur nonus digitus et ait iacobus: Hora nona tradidit christus in cruce spiritum unde et ego domine in dolore noni digiti confiteor et gratias tibi ago

Absciditur decimus digitus
Et ait iacobus Decimus numerus est
in preceptis et yota prima littera
nominis ihesu christi. Tunc quidam circum-
stantibus dixerunt O dilecte
quondam noster parce tibi tamen corporis
consule ut viuere valeas. Licet
enim abscise sint manus tue sunt
tamen apud nos periti medici
qui tuis doloribus valeant sub
uenire. Quibus iacobus ait
Absit a me nephanda simulatio
nemo enim mittens manum suam
ad aratrum et aspiciens retro
aptus est regno dei. Tunc indig
nati carnifices accesserunt ad
pollicem pedis dextri et abscide
runt. Et dixit iacobus Pes christi
perforatus est et sanguis exiuit.
Absciditur secundus pedis digitus
Et ait iacobus Magna michi
dies est hec pre omnibus diebus
hodie enim ipse ad deum fortem conuersus
ibo. Absciditur tercius et cum cu
picerunt Et subridens iacobus
dixit Vade tercie digite ad socios
tuos. et quemadmodum granum
tritici multum fructum affert et tu
ita in nouissimo cum sociis tuis
requiesces. Absciditur et quartus
Et ait iacobus Quare tristis es
anima mea et quare conturbas me
spera in deo quoniam adhuc confitebor
illi salutare vultus mei et deus
meus. Absciditur quintus et ait
Iacobus Nunc incipiam dicere ad deum
Quoniam digitus me fecit socium
seruis suis. Tunc accedentes
ad pedem sinistrum digitum primum
absciderunt. Et Iacobus dixit
Digite parue conforte quia
magnus et paruus vnam habent
resurrectionem. Capillus de ca-
pite non peribit quoniam cum sociis
tuis minime separaberis. Abscidit(ur)
secundus et iacobus ait Destrui
te veterem domum quia splendidior
paratur. Absciditur tercius et ait Ia.
tunsionibus firmatur meus.
Absciditur et quartus et ait Ia. Con
forta me deus virtutis quoniam in te
confidit anima mea et in vmbra alarum
tuarum sperabo donec transeat iniqui
tas. Absciditur et quintus et ait
Ia. Care me in domine iudicis primo
tor. Tunc accedentes carnifices
pedem dextrum absciderunt et dixit
Ia. Nunc offeram munus celesti
regi pro cuius amore hec patior. Ab
sciderunt et pedem sinistrum et beatus
Ia. dixit Tu es qui facis mira
bilia exaudi me domine et salua
me. Absciditur et dextram manum
et ait Ia. Misericordie tue domine adiuuet
me. Absciditur et sinistra et ait Ia.
Tu es deus qui facis mirabilia. Abs
ciderunt et dextrum brachium abscide
et ait Ia. Lauda anima mea dominum
laudabo dominum in vita mea psallam
deo meo quamdiu fuero. Absciderunt
et brachium sinistrum et ait Circumde
derunt me dolores mortis et in nomine
domini vindicabor in eis. Tunc acce
dentes absciderunt et suram dex
tri cruris scindentes vsque ad fe
mur. Tunc beatus Ia. ineffabili do
lore grauatus exclamans ait
Domine ihesu christe adiuua me quia
circumdederunt me gemitus mortis
et ait carnificibus Carne noua
me induet dominus quam nulla
macula nequibit. Iam carni
fices defecerunt eo quod a prima ho
ra diei usque ad nonam in eius in
cisione sudassent. Tunc similiter
accedentes sinistri cruris suram
abscidendo vsque ad femur extraxerunt
Tunc exclamans beatus Ia. dixit
Dominator domine exaudi me semi-

Domum tuam dne decz sctitudo i longitudine dier pro

tinum vivor et mortuor digi-
tos dnc no lheo ut ipos ad te por-
rigam ii. manus ut eas ad te ex-
tendam. Pedes mei truncati et ge-
nua demolita ut t genua flecte-
valeam et sum velud easura domus
ablatis quib9 subsistut columpnis.
Exaudi me dne ihu xpe et edu-
cere aiam mea. Het cu dixisset
vnus de carnificibus accessit et capt
eius amputauit. Xpiani igr oc-
culte accesserit et corpus eius ra-
pientes honorifice sepelierunt. Pas-
sus e aut quinto kal decembr
et ceter. Expliciunt.

De dedicacione.

Dedicacio ecclie inter alias
festiuitates sollempniter
ab ecclia celebratur. Et qm
duplex e ecclia siue templum
scz materiale siue et spuale. Ideo
de huius templi duplici dedicacio-
ne hic breuiter e agendum. Cir-
ca dedicacoz aut templi mate-
rialis tria videnda st. Primo quare
dedicatur vel consecratur. Secdo
qualiter consecratur. Tercio p quos
prophanatur. Et qa in templo duo
sut que consecrantur scz altare et
ipm templum. Altare aut consecra-
tur ad tria. Primo ad sacrimentu
dni offerendu. Genes. Edificauit
noe altare dno et tollens de cun-
tis mundis volucribus et pecori-
bus optulit sup altare. Hic aut
sacramentu e corpus et sangs
xpi qui i memoria dnice passionis
ymolatur iuxta qd precepit dns
dicens. Hoc facite i mea comme-
moracoz. Heuius cum templum me-
moriale dnice passionis dnu
scz in scripto. passio xpi ymagi-
nibus figurata. Et hec habz
fieri quantu ad visum. Ipa enim
ymago crucifixi et alie yma-
gines i ecclia fiut ppter rememo-

racionem et ad excitandum de-
uocionem et instructioz que sut
qsi libri laycorum. Secdo in verbo
scz passio xpi predicata. et habz
fieri quantu ad auditu. Tercio in
sacramento tam significat expresse
in quo corpus et sangs xpi conti-
netur et nobis offertur et hic memori-
ale habz fieri quantu ad gustum.
Si ergo affectum nrm accendat pas-
sio xpi descripta et amplius pre-
dicata multo magis inflamari
debz in hoc sacramento tam signiter
expressa. Secdo ad nomen dni
inuocandu Gen xij. Edifica-
uit abraham altare dno deo
qui apparuit ei et inuocauit ibi
nomen dni. Hec aut inuocacio
scdm aplm ad thyo. hic fieri
aut p obsecrationes que fiut
ad imitacoe pmalis remouendis
Aut p orones que fiut p bonis
impetrandis. Aut p gras ac-
tiones q fiut p bonis habitis
conseruandis. In inuocacio q fit sup
altare ppe dr inuocacio misse q
co scz p celeste nuncius scz apre
xpus mittitur q ipam hostiam
consecrat. Et p eude nob pri
mittitur ut p nobis intercedat
Unde hugo. Ipa hostia sacra
missa vocari pt. qa tu smissa
primo apre nob p incarnacom
secdo a nob pri p passione. Si-
milit in sacramento primo a patre
nobis p sanctificatoz qua nobiscum
ee incipit. postea pri a nobis
p oblacoz qua p nobis inter-
cedit. Et nota qd missa in tribus
linguis cantatur scz greca. hebra-
ica et latina ad representandu
tytulu dnice passionis q scriptus
erat greco. hebraice et latine.

Item notandum quod omnis lingua debet deum laudare que per tres principaliores linguas intelligitur. Latina autem sunt evangelia epistole orationes et cantus. Greca sunt kyrie et christe eleyson que novem vicibus cantantur ut ad societatem novem ordinum angelorum perveniamus. Hebrayca sunt alleluia sabaoth osanna amen. ¶ Tertio advertendum Ecclesiastici xlvii. Dedit illi contra inimicos potenciam et stare fecit contra altare cantores et in sono eorum fecit dulces modulos. Et dicit modulos in plurali quia secundum hugonem de sancto victore tres sunt species sonorum que faciunt tres modulos. Fit enim sonus pulsu flatu et cantu. Ad cytharam pertinet pulsus, ad organum flatus, ad vocem cantus. Assignantur et hec consonantia sonorum concordia morum. Ubi refertur ad pulsum cythare manuum operatio, ad flatum organi mentis devotio, ad cantum sermonis vocis exhortatio. Quid prodest dulcedo vocis sine dulcedine cordis. Frangis vocem frange voluntatem. Servas consonantiam vocum serva concordiam morum ut per exemplum concordes proximo, per voluntatem deo, per obedienciam magistro. Hoc quoque triplex genus musicorum refertur ad triplicem differentiam officii ecclesie sicut in tractatu de officio diurni. Nam ipsum officium ecclesie consistit in psalmis in cantu et in lectionibus. Primum igitur genus musicorum est quod fit pulsu digitorum ut in psalterio et similibus et ad illud pertinet psalmodia. Unde psalmista Laudate eum in psalterio et cythara. Secundum est quod fit cantu sicut in voce et ad illud pertinet lectiones. Unde psalmista Psallite ei in vociferatione. Tertium est quod fit flatu sicut in tuba et ad illud pertinet cantus. Unde psalmista Laudate eum in sono tube. ¶ Templum autem sive ecclesia consecratur quibusdam rationibus. Primo ut inde dyabolus et eius potestas penitus expellatur. Unde refert gregorius in dyalogo quod cum quedam ecclesia arrianorum fidelibus reddita consecraretur et reliquie sancti sebastiani et beate agnetis in illud delate fuissent populus ibidem congregatus porcum subito intra suos pedes illuc et illuc discurrere sensit qui fores ecclesie repetens a nullo videri potuit omnesque in admirationem commovit. Quod ideo dominus ostendit ut cunctis patesceret de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus strepitus in eiusdem ecclesie tecto factus est ac si in hac aliquis errando discurreret. Secunda itidem nocte gravior sonus increvit. Tertia vero nocte tanto horrore insonuit ac si omnis ecclesia a fundamentis fuisset eversa. Statimque recessit nec amplius in illa antiqui hostis inquietudo apparuit sed per terrorem soni quem fecit innotuit quod a loco quem tenuerat coactus exibat. Hec gregorius. ¶ Secundo consecratur ut ad eam fugientes salventur. Unde alique ecclesie post dedicationem a principibus privilegiantur ut qui ad eam rei fugerint salventur. Unde dicit canon Reos sanguinis defendit ecclesia ne vitam perdant et membra. Unde ioab dicitur in thabernaculum fugisse et cornu altaris apprehendisse. ¶ Tertio consecratur ut ibidem orationes

exaudiantur. Quod signa-
tum est iij Reg. viij. ubi salomon
dedicato templo ait Quicumque
rogaverit in loco isto exaudies
eum in loco thabernaculi tui in ce-
lo et cum exaudieris propitius
eris. Adoramus autem in ipsis
ecclesiis ad orientem quod fit tripli-
ci ratione secundum damascenum iiij
capitulo libro v. Primo ut patriam nostram
nos ingredi ostendamus. Secundo ut ad
crucifixum Christum respiciamus. Tertio
ut venientem iudicem nos expectare
monstremus. Dicit enim sic Deus paradisum
in eden secundum orientem plan-
tavit et hominem quem finxisset expulit
fecit et ante paradisum ex adverso
deinde habitare fecit. Antiquam igitur
patriam requirentes et ad ipsum
aspicientes deum ad orientem a-
doramus. Secundo et dominus crucifixus
ad orientem respiciebat et ita a-
doramus ad ipsum respicientes.
Et assumptus ad orientem sursum
ferebatur et ita ipsum apostoli adora-
verunt et ita veniet quomodo vide- (tum apostoli et vicit que mandu...)
runt eum euntem in celum. Ipsum igitur
expectantes ad orientem ado-
ramus. Tertio Templo consecratur
ecclesia ut ibidem deo laudes ex-
solvantur. quod quidem fit in septem
horis canonicis scilicet in matutinis,
prima, tertia, sexta, nona et vespere. Et
licet in qualibet hora diei deus sit
laudandus tamen quia ad hoc infir-
mitas nostra non sufficit ordinatum
est ut in his specialiter deum laudemus
eo quod hee hore aliis privilegi-
ate sunt in aliquibus. Nam in media
nocte matutine celebrantur
dum Christus natus, captus et illusus
a iudeis. In hac etiam hora in-
fernum spoliavit. largie accipie-
s secundum ante lucem. Mane resurrexit.

Hora prima apparuit. In me-
dia nocte ad iudicium ventum est
ut asseritur. Unde Ieronimus recorda-
tur traditionem apostolicam permansisse
in die vigiliarum pasche ante noc-
tis medium dimittere non liceat
populos adventum Christi expectantes.
Et postquam advenit illud tempus
securitate percepta festum cunctis
agere diem. In hac igitur hora lau-
des decantamus ut ei de eius na-
tivitate et captione et nostra libe-
ratione gratias agamus et eius ad-
ventum sollicite expectemus. Ad-
dicuntur etiam matutinales laudes
quia in mane egiptios in mari sub-
merserit. et mundum creavit et re-
surrexit. In hac igitur hora deo
laudes reddimus ne in mari huius
mundi cum egiptiis demergamur.
Et pro ista creatione et eius resur-
rectione gratias deo reddamus. In
hora prima Christus ad templum ma-
ne veniebat et plus ibidem
ad eum navigabat. pylato presenta-
tus fuit. In hac etiam hora sur-
gens mulieribus apparuit primo.
Hec est prima hora diei. Ideo in hac
hora etiam deo laudes exsolvi-
mus ut Christum imitemur et eius resur-
genti et apparenti gratias aga-
mus et ut deo tamquam principio
primus diei primicias solvamus.
In hora tertia Christus linguis iude-
orum crucifixus est. a pylato fla-
gellatus. ad columpnam ligatus
et adhuc ut dicitur in historiis u-
bi Christus ligatus fuit vestigia
cruoris ostendit. In hac eadem hora
spiritus sanctus missus est. In hora
sexta manibus clavis confixus
est. tenebre per universum mundum
facte sunt ut in morte domini sui sol
lugens se vestibus nigris con-
tegeret, et ne crucifigentibus

dum| lucu ē p̄bet Et hec hora
in die ascensionis cū xj disci-
pulis discubuit In hora nona
xᵉ emisit spm̄. miles latus eiꝰ
aperuit Cetus angelorum et aplorum
adorandū quenit ꝯsueuit et xᵉ
i celū ascendit apt̄ has progati-
uas dm̄ i hijs laudamꝰ In ves-
pera xᵉ intena sacm̄ētu corporis
et sāguis instituit. pedes discipu-
lorum lauit. de cruce depositus i
sepulcro collocatus. discipulis
i habitu pegrino se manifestauit
et ꝓ hijs in hora uespertina ecia
xpo grās agit In completorio
xpus sāgneas guttas sudauit
In monumēto eiꝰ custodia depu-
tata fuit. et ibidem quenit.
resurgēs pace discipulis nun-
ciauit. et ꝓ hijs grās deo red-
dimꝰ Has aut laudes q̄lit deo
soluē debemꝰ dicit bnꝰ fr̄es
mei ymolantes hostiā laudes
iungamꝰ cū̄ labiis. sensu sensui.
affcm̄ affcui exultacom̄ exulta-
com̄ maturitatē maturitati. hu-
militatē humilitati. libtatē libtati
deuocom̄ deuocom̄i ¶ Quinto co-
secrant ecia ut ibidē sacmēta
ꝯtineant et minist̄ent Vn ipa
ecia efficit̄ q̄i tabna dei i qua
sacmenta ꝯtinet̄ et ministrat̄
Quedā enī dant̄ et ministrant̄
intrantibꝰ ut baptismꝰ Quedā
exeuntibus ut extma vnctio Que-
dam ꝯmorantibus ut pnia
et horum quedam sūt ministrātes hijs
dat̄ ordo Quida pugnātes et
horum q̄dā ne pugne succubāt
hijs dat̄ potencia Quidā re-
sistut et hijs ꝯfert audacia ai-
mi ut roborent̄ et hec p ꝯfirma-
cione Quibusdā dat̄ cibus
ut sustentet̄ et h̄ ꝑ eukaristie sumptorum

Fit ecia remoto impedimenti
ne dedicant̄ et h̄c ꝑ matrimoniū con-
iunctorum ¶ Secdo uidendū ē qualit̄
consecrant̄ scʒ pᵒ de altari. secdo de
ipa ecclia Ad consecracoem altaris
plura concurrūt. Pᵒ enī quatuor cru-
ces de aqua bndcta i quatuor cor-
nibus altaris ꝯfigant̄. Secdo qʒ
altaris separacio ēuit̄ Tercio aqua
bndcta cū ysopo septies aspgit̄
Quarto incensū i ipo cremat̄ Quin-
to ꝯsmate i vngit̄ Sexto mu-
dis pannis opit̄ Hec aut ꝯpon-
tunt ea q̄ debent hr̄e illi qui ad
altare accedūt Debent enī hr̄e
pᵒ caritate quadruplicē scʒ ut di-
ligant deū. seipos. amicos. in-
imicos. et hec signāt quatuor cru-
ces i quatuor cornibus altaris fce
et de hijs quatuor cornibus altaris
ul caritatis dr̄ in genes xxviij.
Dilataberis ad oriente et occide-
tem. septētrione et meridie et ideo
quatuor cruces i quatuor cornibus
altaris fiūt ad signādū qꝛ xpus
i cruce quatuor mūdi ptes saluā-
uit Vel ideo ad significandū qꝛ cru-
cē quatuor modis portare debemꝰ
In corpore p meditacoem In ore per
ꝯfessiones In corpore p mortificacom
In facie p assiduā i pressione ¶
Secdo debent hr̄e curā et vigilā-
ciam qd signat̄ p ēmutus vnde
dr̄ cantic̄ Inuenerunt me vi-
giles et c̄ Debent sollicite vigi-
lare sup gregē suū Vnde negli-
genciā prelati ponit gregorius
mē ridiculosā dicens Ridiculosa
an magis piculosa res ē specu-
lator cecus. venator claudꝰ ne-
gligens platus. pco mutꝰ Vel
p septē deuitꝰ circa altare signat̄
septē meditacōnes et ꝯsideracio-
nes quas circa septēplicē uirtu-
tem humilitatis xpi debemꝰ et
p ipas frequenter circuire

Prima uirtus ē cū diues eſſ
paup factus ē Scda q̄ i pſepio
poitus ē Tercia q̄a puticiſ ſub
ditus fuit Quarta q̄ſi ſup manu
ſua caput inclinauit Quinta q̄
diſcipulū fure et pditorē ſuſtinu
it Sexta q̄ ante i iquū iudicē
tacuit Septima q̄ pcrucifixori
bus clemēt orauit Vel ideo
ſepcies aſpgit. ad ſignadū q̄
ſepte dona ſci ſpūs i baptiſmo
donant. Vel illos ſepte ſaltus
ſepte vie xpi ſignat. Pa fuit
de celo i utero ūgis Scda de u
tero i pſepiū Tercia de pſepio
i mundū Quarta de mūdo i patibu
lum Quinta de patibulo i ſepulcrū
Sexta de ſepulcro i lymbū Sep
tima de lymbo reſurgens i celū
lybum uocat os inferni ¶ Ter
cio debent hr̄e dnice paſſionis
memoriā q̄ ſignat. p aſpſionē
aque Septē em aſpſiones aq̄
ſut ſepte ſāguis xpi effuſiones
quaſ pma i circūciſione Scda
i orone Tercia i flagellacoe Quar
ta i capitis coronacoe Quinta i
manuū pforacoe Sexta i pe
dū crucifixione Septima i lateris
apcone Hec aut ſanguis aſpſi
ones fuerūt cū yſopo humilita
tis et i eſtimabilis caritatis. y
ſopus ē herba humilis et calida
Quarto debent hr̄e oronem
feruentem et deuotā q̄ ſignat.
p concremacoē thuris Thus em
habz uirtutē aſcendendi ex ſumi
tenuitate cōſolidandi ex ſua qua
litate coſtringendi ex glutinuita
te cōfortandi ex aromaticitate
Sic oro aſcendit. in deū mēcorā
diam cōſolidat q̄ntū ad culpam
pteritam impetrando tutelā
Et cōfortat q̄ntū ad pntem
impetrando tutelam. Vel poteſt
dici q̄ deuota oro p thus ſignat.
q̄a habet ad dm̄ aſcendē Eccluſt
xxxv. Oro humiliantis ſe nubes
penetrat odorē deo reddere Apoc
v. hntes ſinguli cytharas et phia
las plenas odoramētorum et c Ex
corde i flamato pcedē. Apoc viij
Datū ſut ei icenſa multa et c
Et infra Et accep. angls thu
ribulū et impleuit illud de igne
et c ¶ Quinto debent hr̄e nitorē
cōſcie et odorē bone fame q̄ ſig
nat. p criſma q̄ conficit. ex oleo
et balſamo. Debet em hr̄e cōſtuz
ut poſſint dicē cū aplo Gloria
nr̄a hec ē teſtimonium cōſcie nr̄e
Itē bonā famā Vnde i thy. iij
Oportz aut et illū teſtimoniū
bonū hr̄e ab hijs qui foris ſut
Criſoſto. Clerici nulla debet
hr̄e maculā neqꝫ i ūbo neqꝫ
i cogitatu neqꝫ i fcō neqꝫ ul
i opinione q̄a ibi ſūt pulcritudo
et uirtus ecclie et ſi mali fuerit
totam deturpat ecclīaz ¶ Sexto
debent hr̄e mūdiciam opacio
nis bone q̄ ſignat. p albos
pannos et mūdos q̄bus altare
opit. Apoc. iij. veſtimentis
albis induaris ut nō appeat
cōfuſio nuditatis tue Modi
cū em ualerz ascēdentibus ad
altare ſi herent dignitate ſumā
et vitā infimā Bernh. Monſtru
oſa res ē ſedes pma et vita
yma. gradus ſumus et ſtatus
infimus. Vultus grauis et actus
leuis. Sermo multus. fructus
nullus. Ingens auctoritas
et animi nutus inſtabilitas ¶
Secūdo notandū ē de eccīa q̄ſ
conſecrant. et ad hec plura cōcur
rūt Epus em ipam eccīaz ter
circuit et qualibz uice ueniens
ad ianuā percutit cū baculo paſ
torali dicens Tollite portas et c

Interius et exterius ipsa ecclesia
aqua benedicta irrigatur. In pa-
vimento fit crux de cinere et sabu-
lo extensa ab angulo orientis
usque ad angulum occidentis et ibi
litteris grecis et latinis scribitur al-
phabetum. In parietibus eciam cru-
ces depinguntur et ipse cruces il-
luminantur et consumate pinguntur.
Primum quod fit triplex circuitus qui
signat triplicem circuitum quem fecit xpus
propter ipsius ecclesie sanctificacionem. Primus
fuit quo de celo venit in hunc mun-
dum. Secundus quo de mundo descendit
ad lymbum inferni. Tercius quo
de lymbo rediens et surgens ascen-
dit in celum. Vel triplex circuitus
fit ad ostendendum quod eciam ipsa consecratur
ad honorem et gloriam sancte tri-
nitatis. Vel triplex circuitus sig-
nat triplicem statum salvandorum de ec-
clesia qui sunt virgines continentes et
coniugati quod eciam designatur in dis-
posicione materialis ecclesie sicut
ostendit richardus sancti victoris. Na
sanctuarium signat ordinem virginum
chorus ordinem continencium. ecclesia
ordinem coniugatorum. Strictius est
sanctuarium quam chorus et chorus
quam ecclesia quia pauciores sunt virgines
quam continentes et isti quam coniuga-
ti. Sanctior est eciam locus sanctua-
rii quam chorus quia dignior est sta-
tus virginum quam continencium et conti-
nencium quam coniugatorum. Hec richar-
dus. Quarto scilicet trina ad hosti-
um pulsacio signat triplex ius
quod habet in ecclesia xpus quare sibi
debetur a prima ex sua creacione re-
dempcione glorificacione et promissi-
one. De hoc triplici iure dicit ans-
helmus. Certe domine quia me fecisti
debeo amori tuo me ipsum totum. Quia
redemisti me debeo amori tuo

plus quam me ipsum. Immo tanto
amori tuo plus quam me ipsum quantu-
tu es maior me ipso pro quo dedis-
ti te ipsum. Trina autem proclama-
cio attollite portas etc signat
triplicem eius potenciam scilicet in celo in
mundo et in inferno. Sexto intus et
extus aqua benedicta aspergitur
quod fit triplici de causa. Primo propter
demonum expulsionem. Aqua enim
benedicta habet potenciam expellendi vir-
tute dyabolum. Unde in exorzis-
mo aque dicitur ut fias aqua
exorzisata ad effugandam omnem
potestatem inimici et ipsum inimicum
eradicare etc. Ista autem aqua be-
dicta fit fit ex quatuor rebus scilicet
ex aqua vino sale et cinere. quia
videlicet quatuor sunt que maxime in-
imicum expellunt. lacrimarum ef-
fusio quod per aquam. spiritualis exulta-
cio quod per vinum. matura discrecio
quod per sal. profunda humilitas que per
cinerem signatur. Secundo propter ipsius
ecclesie expiacionem. Omnia enim hec terre-
na propter peccatum corrupta sunt et fe-
data et ideo locus ipse aqua be-
dicta aspergitur ut ab omni feditate
et inmundicia purgetur et expietur.
Unde eciam est quod in lege omnia pene
mundabantur per aquam. Tercio propter
omnem removendam maledictionem
Accepit enim terra a principio ~~male-~~
~~dictionem eo quod ex fructu~~ ex fructu
suo maledictionem eo quod ex fructu eius
deceptio facta fuit. Aqua vero nullam
maledictionem subiacuit. Unde est
quod dominus comedit piscem sed non
legitur comedisse carnem nominatim
nisi de agno pascali propter preceptum
legis in exodo. scilicet aliis tamen diebus ali-
quando aliquibus aliquam carnem comede-
re ut quoque maledictio removeatur
omnis

et benedictio introducitur. Secundo bene-
dicta aqua aspergitur. ¶ Quarto
in pavimento alphabetum scribitur
quod quidem representat coniunctionem
utriusque populi. vel paginam utriusque
testamenti que fit per crucem christi vel
per articulos nostre fidei. Quod illud autem
alphabetum ex literis grecis et la-
tinis in cruce fit, representat u-
nionem in fide populi gentilis et iu-
dei per crucem christi factam. Unde et illa
crux ex transverso anguli orientis
usque ad angulum occidentis ducitur
ad significandum quod ille qui prius erat
dexter factus est sinister. Et qui erat
in capite factus est in cauda et econverso.
Secundo representat paginam utriusque
testamenti que per crucem christi adim-
pleta est. Unde christus moriens dixit
Consummatum est. Et crux ex transverso
ducitur quia unum testamentum in alio
continetur et rota erat in rota. Tercio
representat articulos fidei. Certe
enim pavimentum est nostre fidei fun-
damentum. elementa que ibi scribuntur
sunt articuli fidei. quibus rudes
et neophiti utriusque populi in ec-
clesia erudiuntur. qui se cinerem et
pulverem reputare debent. iuxta
illud Abraham Genesis xviii. Lo-
quar ad dominum meum cum sim pul-
vis et cinis. ¶ Quinto in ecclesia cruces
depinguntur. quod quidem fit triplici
ratione. Primo propter demonum terro-
rem scilicet demones qui inde expulsi
sunt videntes signum crucis ter-
reantur et illuc ingredi non pre-
sumant. Timent enim valde signum
crucis. Unde Crisostomus ubicumque
demones signum crucis viderint
fugiunt timentes baculum quo
plagam acceperunt. Secundo propter
triumphi ostensionem. Cruces enim

sunt vexilla christi et signum eius tri-
umphi. Unde ut ostendatur quod lo-
cus ille christo domino subiugatus est
ideo ibidem cruces depinguntur.
Nam et apud imperiales hanc
consuetudinem observant ut cum
aliqua civitas ei traditur imperi-
ale vexillum in ea erigitur. In huius
figuratione dicitur Genesis xxviii.
quod iacob lapidem quem supposue-
rat capiti suo erexit in titu-
lum per memorialem et triumphalem.
Tercio propter apostolorum representationem
nam illa xii luminaria ante cru-
ces posita significant xii apostolos
qui per fidem christi totum mundum illu-
minaverunt et ad cognitionem in-
flammaverunt ad amorem unde
sunt ad ecclesie nitorem quod fit per
oleum et ad bone fame odorem
quod fit per balsamum. ¶ De tercio
scilicet per quos prophanatur. Sciendum
quod templum domini dei per tres propha-
natum legimus scilicet per ieroboam
per nabuzardan per antiochum.
Ieroboam enim sicut legitur
regum xii. duos vitulos fecit
unum in dan et alium in bethel quod
dicitur domus dei. et hoc propter
avariciam fecit ne scilicet regnum
ad roboam rediret. Per hoc
significatur quod avaricia clericorum
multum ecclesiam contaminat quia in
ipsis clericis multum regnat.
Ieremias vi. a minimo usque ad maxi-
mum omnes avariciam sequuntur.
Bernardus. Que dabis domino pro po-
sitoris qui non magis invigilet
subditorum evacuandis marsu-
piis quam viciis extirpandis.
Vituli sunt repositi quos in be-
thel id est in domo dei ponunt

portat libent᷑ · ſ q ꝯſūit᷑ in
caritate amplectit᷑ · ca a...
ter · Iſte multi vident cruces
n̄ras ſ͡ nō vident vnctiones
n̄ras · Qui igr̄ ipſe hēbat ve
templū ad honoꝛ dei dedica
tū eēt dignus plene i q xp̄c
habitet pegrinum ut tande i co
habitac dignet᷑ p gloriam · Q
xp̄c nobis p̄ſtare dignetur
qui viuit et regnat deus p
omnia ſcla ſclo᷑ amen · paſtor

PAſtor i heremo multis annis
i abſtinencia magna ſe
affligens multa ſctitate & re
ligione pollebat · Cū autem
mr̄ eius ipm̄ & fr̄es ei9 vide
deſideraꝫ ſ͡ nō poſſ᷑ obſer
uauit diem et illis adeūtib
euntibus ſe eiſdē obtulit · At
illi fugientes & cellam i tran
tes in facie eius hoſtiū clau
ſerūt · Illa aūt ante hoſtiū
ſtans cū nimio fletu clama
bat · Abbas paſtor aūt ad hoſtium
veniens dixit ei · Quid ſic cla
mas ouetula · Que audiens
vocē ei9 amplius clamabat
flens & dicens · Volo vos vide
filij mei · quid em̄ ſi videam
vos · Nunq ego ſū m̄r vr̄a q
lactaui vos & iā tota canis
ſum plena · Cui filius hic
nos vis vide aut i alio ſe
culo · Que rn̄dit · Si nō vi
dero vos hic videbo vos il
lic fili · Qui ait · Si ēquanimi
ter ferre vales ut nō nos
hic nō videas illic p̄cul du
bio nos videbis · Que diſceſ
ſit gaudens & dicens · Si vos
viſura ſum illic nolo vos
vide hic · Quidā iudex puincie

cū abbate paſtore vide cupet
ſ͡ nequiuit filiū ſordis ſue
tamq malefactorē tenuit et
in carcerē poſuit dicens · Si paſ
tor venerit & p eo intercesserit
eū dimittam · Mater igr̄ pu
eri ad hoſtiū ſenis plorans
dū ille ſ᷑ nichil rnderet ait
Et miſericā ferrea hēs & nulla
compaſſione moueris ſaltē
miſeratio ſāgnis tui flectat
te & ex vnigenitus m̄ exiſtit
Ille aūt mandauit ei · Paſtor
filios nō genuit · qua cum
dolore diſcedente dixit ei iu
dex · Saltē vbo iubeat & ego
eū dimittam · Ille aūt remādi
uit ei dicens · Examina cauſa
ſcdm̄ legē & ſi dignus ē mor
te p̄tinus moriat᷑ · Si nō aūtē
fac quod t̄ placꝫ · Docebat om
fr̄es dicens · Cuſtodite & ſeꝑm
conſiderare & diſtrecōꝫ h̄re o
p̄tones ac ſūt · Abluſtens
tribulac̄o & diſtrecō ſūt opa
nes ſalutare vite · Scptū ē
em̄ ſi fuerit hij tres viri noe
Iob & daniel &c · Noe pſonā
hꝫ nichil poſſidenciū · Iob tri
bulatoꝝ · Daniel diſcretorū
Si duas res odit monachus
pt ab h̄ mundo lib' eſſe · Et
querenti que eſſet dixit car
nalis recompenſacio & vana glo
ria · Si vis requiem i venire
i h̄ ſclo & i futuro i omni cā dic
Quis ſū ego & nō iudicas a
quā · Cū quidā fr̄ de cōgre
gatione offendiſſꝫ abbas de
conſilio cuiuſdam ſalutaris ſoli
tarij eū expulit & eū diſ flen
do deſperaꝫ · Abbas paſtor

cum ad se duci fecit eum benigne
consolans misit ad illum solita-
rium dicens Audiens de te uide-
re desiderio fatigor igitur te usque
ad me. Qui cum uenisset dixit pas-
tor. Duo homines erant et am-
bo habebant mortuos suos Re-
liquit autem unus mortuum suum et
abiit plorare mortuum alterius
quod solitarius audiens et intelli-
gens in sermone eius compunctus est
Cum quidam frater pastori dixisset se per-
turbatum esse et locum uelle de-
serere eo quod uerba quedam de quo-
dam fratre audisset que eum non
edificauerunt Dixit pastor ne-
que uerba crederet quia uera non
essent Ille uero asserebat uera
esse quia fidelis ea retulit. Cui
pastor Non est fidelis qui ea tibi
dixit quia si fidelis esset nequa-
quam talia diceret Et ille Ego
audiui oculis meis Ille autem
interrogatus de festuca et de tra-
be quid esset Respondit de festuca quia fes-
tuca esset. et de trabe quia trabs
esset Et pastor Pone in corde tuo
quia peccata tua sunt sicut hec trabs
illius autem uelud hec palea
Frater quidam qui peccatum grande fecerat
uolens penitere triennio inter-
rogauit pastorem si multum esset
Qui dixit multum est Et quesiuit
si annum iuberet ait multum est
Adstantes autem dicebant usque
ad quadraginta dies Et ille
multum est. et adiecit Puto quia
si ex toto corde homo penituerit
et peccatum non iterauerit et per minus tri-
duanam suscipiet deus Interro-
gatus de illo uerbo qui irascitur
fratri suo sine causa respondit Ex
omni re qua te grauare uolu-

erit frater tuus ne irascaris
ad usus cum donec oculum dextrum
tibi extrahat. et si aliter feceris
si non irascaris ei aut ali-
quis noluerit separare te a deo
pro hoc irascere. Dixit item pas-
tor qui maliciam in corde suo
tenuerit monachus non est. Qui
elatus est et uerbosus monachus
non est. Qui uero uere est monachus
semper est humilis mansuetus et cari-
tate plenus et timorem dei sem-
per ubique pre oculis habet ut non pec-
cet. Dixit item quia si tres in
unum ex quibus unus bene quie-
scat alius autem infirmetur
et gratias agat. tercius uero mi-
nister eius sit ex sincera uo-
luntate hii tres similes sunt uelud
sit unius operis. Cum quidam
frater conquereretur quod multas
cogitaciones haberet in ipsis pericli-
taretur. cum sub aere nudo e-
iecit dicens Expande sinum et
apprehende uentum. Qui ait Non
possum. Et ille Nec cogitaciones
prohibere potes ne ingrediantur sed
tuum est resistere eis. Interroga-
tus a quodam fratre quid de he-
reditate sibi dimissa faceret
Dixit ut post tres dies ad se
rediret. Qui cum redisset ait
illi Si dixero da eam clericis fi-
ent inde conuiuia Si dixero
da eam parentibus non est merces
Si dixero da eam pauperibus
dicis securus eris. quicquid uis
fac ego enim non habeo curam Her-
[illegible] Sequitur de sancto Johanne Abbate

Iohannes abbas cum epy-
phanius per annos xl in
heremo habitasset interrogauit
eum quantum exhinc profecisset Et
ille dixit Ex quo solitarius

8

acepi esse numquam vidit me sol-
manducantem. Et iohannes numquam me
misericordiam. Similiter legitur
ibidem quod cum epyphanius episcopus
abbati ylarioni carnes daret
ille ait Ignosce mihi quia ex quo
accepi habitum heremiticum non
manducavi quicquam occisum. Cui
episcopus Ex quo accepi habitum hunc
non dimisi aliquem dormire qui
aliquid adversum me haberet. neque
dormivi habens aliquid adversum
aliquem. Cui ille Ignosce michi
quia melior es quam ego. Vo-
lens iohannes ad similitudinem an-
gelorum nichil operari sed deo sine
intermissione vacare se ipsum
expoliavit et unam ebdoma-
dam in heremo fecit. Cum autem fa-
me periclitaretur et aculeis mus-
carum et vesparum totus ulcera-
retur reversus ad hostium fratris
sui pulsavit. At ille Quis
es tu. Et ille Ego sum iohannes
frater autem dixit ei Nequaquam iohannes
enim angelus factus est et inter ho-
mines ultimus non est et non
aperiens ei dimisit eum affli-
gi usque mane. Postea aperi-
ens dixit ei Si homo es opus
habes iterum operari ut pascaris
et vivas si autem angelus quid
queris in tuam cellam. Et ille
dixit Ignosce mihi frater quia peccavi.
Cum autem moreretur rogaverunt
eum fratres ut aliquod verbum salutare
et compendiosum loco hereditatis
eis relinqueret. Qui ingemiscens
ait Numquam feci propriam voluntatem
nec aliquem docui quod ipse prius
non fecerim. Hec in vitis patrum

Moyses abbas dixit fratri
petenti a se sermonem
Sede in cella tua et do-
cebit te omnia.

Cum quidam se-
nex infirmatus in egiptum ire
vellet ne fratres nimis gravaret
Dixit ei abbas moyses Noli
vadas quia in fornicationem casu-
rus es. Qui contristatus dixit
Mortuum est corpus meum et tu
ista dicis. Cum ergo ivisset et
quedam virgo ex devotione sibi
serviret ille convalescens eam vi-
olavit. Que cum filium peperisset
senex puerum in ulnis suis acci-
piens in die magne festivi-
tatis que erat in scita coram mul-
titudine fratrum intravit. Cum-
que omnes flerent dixit. videtis
infantem hunc filius est inobedi-
entie. Cavete ergo vobis fratres quia
in senectute hoc feci et orate pro
me. Et pergens ad cellam ad pris-
tinum statum reversus est. Alius
senex cum dixisset alteri. ego
mortuus sum. Ille ait Non
confidas de te donec exeas
de corpore. Nam si dicas quia mor-
tuus es Zathanas tamen mortu-
us non est. Cum frater quidam pec-
casset miserunt ad abbatem mo-
ysen. Qui accepta sporta ple-
na arena venit ad eos. Quem
cum fratres quid vellet hoc esse interroga-
rent dixit. Peccata mea sunt post
me currentia et non video ea
et veni hodie iudicare aliena
peccata. Illi hoc audientes fratri pe-
percerunt. Simile legitur de abbate
priori qui cum fratres de quodam
fratre culpabili loquerentur ille
tacebat. Cum ergo accepisset sac-
culum plenum arena retro et
de eadem arena modicum an-
te se ferret. Interrogatus quid hoc
esset dixit. Multa arena sunt
peccata mea que post me sunt.

ipse non considero in speciis doleo
Modica arena sunt peccata fratris
mei ante me posita quas ego consi-
dero et ipsum iudico Cum tamen
peccata mea post me portare
debeam et de ipsis cogitare et ex
ipsis deum rogare Cum abbas
moyses frater fuisset clericus
et imposuisset ei superhumerale
episcopus dixit ei Abbas frater
es candidatus Et ille A foris
domine papa an intus Volens
autem episcopus eum probare dixit cle-
ricis suis ut cum ad altare ac-
cederet ipsum cum iniuria expel-
lerent deinde cum sequentes quid
loqueretur audiret Dicentes
igitur cum fratribus dixerunt Exi
foras ethiops Qui egredi-
ens dicebat Bene tibi fecerunt
cinerente et chacabate quia cum
homo non sis quid vis te in medio hominum
stare presumpsisti Hec in vitis patrum

De sancto Arsenio

Arsenius cum adhuc in pa-
lacio consisteret et ut ad sa-
lutem dirigeret oraret audi-
uit Arseni fuge homines et sal-
uaberis Accedens igitur ad mo-
nachalem vitam et idem orans
audiuit Arseni fuge et quiesce
tace Legitur enim ibidem de hac
quiete appetenda quod cum tres
fratres monachi facti fuissent unus
elegit discordantes ad pacem
reducere Secundus infirmos vi-
sitare Tercius in solitudine qui-
escere Primus igitur laborans pro
litibus hominum non potuit omnibus
placere et tedio victus ad secundum
venit quem invenit animo defici-
entem et mandatum perficere non
valentem et ~~confidentes~~ concor-
dantes ad tercium qui erat
in solitudine venerunt Cui cum

tribulaciones suas narrassent
Ille missa aqua in cypho dixit
Attendite in aquam et erat commota
et turbulenta et rursus dixit
Attendite modo quomodo quieta et
lympida facta est Qui cum intende-
rent et vultus suos viderent
ait Sic qui in medio hominum consistit
pre turba non videt peccata sua cum
autem quieuerit peccata sua videre
valebit ¶ Quidam eciam cum
invenisset quendam in heremo velud
bestiam herbas manducantem
et nudum currebat post ipsum fu-
gientem dicens Expecta me quia
propter deum sequor te Et ille
Et ego propter deum fugio te Cum
autem vestem proiecisset expectauit
eum dicens Quia materiam mun-
di proiecisti ante expectaui te
Cui ille Dic mihi quomodo saluus
efficiar Qui respondens ait Fu-
ge homines et tace ¶ Matrona que-
dam nobilis et senex venit ad
abbatem arsenium ut eum devocio-
ne videret Qui rogatus a the-
ophilo archiepiscopo ut se videri
permitteret nullatenus acquieuit
Tandem illa ad eius cellam properans
ipsum ante hostium celle invenit
et se ad pedes eius prostrauit Ille
autem cum indignacione nimia
eleuauit eam dicens Si faci-
em meam videre vis vide Illa
autem pre verecundia et confusione
faciem eius non considerauit Cui
senex Quomodo cum mulier sis tan-
tam navigacionem facere presumpsisti
Ecce cum romam redibis et quia
abbatem arsenium vidisti aliis
mulieribus enarrabis et ille
alie venient ut videant me
Et illa Si deo dante romam
rediero nullam huc venire

pmittā · ꝫ ſaltē obſecro ut
oreѕ p me ⁊ meoꝛ ſiѕ mei ſꝑ
Cui ille Oro dm̄ ut deleat
mēoriā tuā de corde meo Et
illa audiens ē bata nimium
i ciuitatē uenit et ꝑſtiam ſe
bribitatē cep̄t Quod epuѕ au
diens adeā ꝯſolandā acceſſit
Illa aūt dicebat Ecce ego con
ſtituta moriar Cui archiepuѕ
Neſciѕ q̄a mlier eѕ ⁊ īimicuѕ
pmliceѕ ſcōѕ impugnat ⁊ ꝑta
ſenex h̄ dix̄t Nā p aīa tua ſꝑ
orat · et ſic ꝯſolacōne recepta
cū gaudio ad ꝓpa remeauit ·
Dequodā alio ſe̅ꝫ · q̄a cū diſci
pulus ei⁹ ſ' diceret Venniſti ab
hīc · accedim⁹ pars īnē mūdū
Ille aūt ubi nō ē mlier ibi c
amꝰ Dix̄t ei diſcipluѕ Et ubi
ē locuѕ nō h̄nѕ mulierem niſi
forte ſolitudo Et ille q̄o i ſoli
tudine me tolle Aliuѕ qui
dam ſē qui cū m̄rē ſuā ueta
lam tn̄ſfluui⁹ portare deberē
ille man⁹ ſuaѕ pallio i uoluit
Cui illa ut q̄ ſic opuiſti man⁹
tuaѕ fili Et ille Corpuѕ mlie
riѕ eѕt ⁊ exeo q̄ contigebā aliaѕ
ſeiaѕ mēoria i meo adio ueni
ebat Arſeniuѕ aūt ꝓto⁹ ꝑpe
vite ſue ſedenѕ ad opuѕ manu
um ſuaѕ pāni h̄ebat i ſinu
ꝓpt lacrimaѕ q̄ crebro de oculiѕ
eiuѕ currebat Totā nocte in
ſopne ducebat̄ . Mane autem
cū ꝓpt laſſitudinē nāte dor
mire uellet dicebat ſompno
Veni ſerue male ⁊ ſurripie
bat paꝝ ſompni ſedendo et
ſtatim ſurgebat Dicebat̄ ſꝯ
ſufficit monacho ſi dormierit
una h̄oā ſi ē tamē pugnatoꝛ

Cū p̄r arſeniꝰ nobiliſſim⁹ ſe
natoꝝ vitā finiēs teſtamentū
faciens magnā h̄editatē arſe
nio dimiſiſſꝫ · magnari⁹ ꝓ ſeum
teſtamētū ad eū detulit · q̄ ille
accipiens uoluit illd̄ ſcindere
Magnari⁹ aūt ei⁹ pedib⁹ ꝓuolu
tuѕ rogauit ne h̄ faceret q̄a caput
ei⁹ ꝑicldr̄et Cui arſeniuѕ Prius
mortuuѕ ſū q̄m ille Ipe igit̄
cū modo mortuuѕ ſit quo me
fecit h̄edem Et remiſit teſtame
tū nichil accipe uolenѕ Qum
dam vice ſm̄ ē uox ad eū diceѕ
Veni ⁊ oñdam t̄ opa hominum
et eduxit eū i quedā locū oñdit
ꝗ ei ethyope inſcidentē ſarcinā
grandē q̄ portare nō poterat
Deinde ligna incidebat ⁊ ad
ſarcinā addebat̄ · et h̄ faciebat̄
diutiuѕ Oñditq ei rurſū h̄o
mīē hauriente de lacu aquā
⁊ effūdentē aquā i cyſternā ꝑ
tuſam que aq̄ refundebat̄ i la
cū · et ipaꝫ cyſternā implē uo
lentē Et oñdit ei itm̄ teplū
⁊ duoѕ viroѕ i equiѕ portanteѕ
lignū tn̄ſuſu Hij ſt qui por
tant cū iugū iuſticie cū ſup
bia ⁊ nō h̄umiliant̄ · ꝓpt̄ q̄ re
manet foriѕ a regno dei Qui
ligna incidit h̄o ē in pctīѕ mul
tiѕ ⁊ ꝓ eo ut agat ꝑniaꝫ non
ſubtrahit de pctīѕ ſꝫ addit in
iq̄tateѕ i iq̄tatib⁹ Qui autē
aquā haurit h̄o ē bona opa fa
cienѕ ſꝫ q̄a cū eiѕ ſt̄ ꝑmixta
mala ꝑdit opa ſua Veſpere
ſabbati ueniente dn̄ico relinq̄
bat poſt ſe ſolem ⁊ extendebat
man⁹ ſuaѕ ad celū donec
mane die dn̄ico ſol aſcendenѕ
faciem ei⁹ illuſtrabat̄ ⁊ ſic re

sedebat. Acer invenit primum. Deo gracias.

De sancto Agathon abbate.

Agathon abbas per triennium lapidem in os suum mittebat donec taciturnitatem disceret. Alius quoque frater cum intrasset congregacionem dixit intra se: tu et asinus unum esto. Sicut enim asinus vapulat et non loquitur, iniuriam patitur et non respondet, sic et tu. Alius quoque frater a mensa expulsus nichil respondit. Postmodum super hoc interrogatus ait: posui in corde meo quod equalis sum cani qui cum fugatur foras egreditur. Interrogatus Agathon que virtus plus haberet laboris, respondit: puto non esse talem laborem qualem orare deum. Nam inimicus semper laborat eius oracionem interrumpere. Nam in ceteris laboribus homo aliquam requiem possidet; oracio autem opus habet magni certaminis. Interrogatus Agathon a quodam fratre quomodo cum fratribus habitare debet, ait: sicut in prima die, et non assumas fiduciam. Non est peyor passio quam fiducia, genitrix enim omnium passionum est. Dixit item: iracundus si mortuos suscitet non placet alicui vel deo propter iracundiam suam. Et quidam iracundus intra se ait: si solus habitarem iracundia non cito moveretur. Quadam autem vice cum urceolum aqua implere, versatus est; implevit secundo, conversus est; tercio implevit, quem iratus commotus furore fregit vasculum. In se autem reversus cognovit quia a demone iracundie sit illusus, et dixit: ecce solus sum et tamen ira me vicit. Vadam ergo in congregacionem, quia ubique labor et ubique paciencia et adiutorio dei opus est.

Erant autem duo fratres qui multis annis invicem cohabitantibus numquam ad iracundiam poterant provocari. Quadam vice dixit unus alteri: faciamus et nos litem sicut homines de mundo faciunt. Et ille respondit: qualiter fiat lis? Et dixit: pono in medio laterculum et dico meum est, et inde fiet lis inter nos. Posita est ergo testa in medio; dixit: non tuum est sed meum est. Et ille respondit: et si tuum est tolle ergo et vade. Et discesserunt quia inter se contendere non poterant. Erat autem abbas Agathon sapiens ad intelligendum, impiger ad laborandum, parcus in cibo atque in vestimento. Dixit autem: secundum voluntatem meam numquam dormivi retinens in corde adversus aliquem dolorem. Non dimisi dormire aliquem habentem adversum me aliquid. Moriturus Agathon tribus diebus mansit immobilis apertos tenens oculos, et pulsaverunt eum fratres dicentes: abba ubi es? Et ille respondit: in conspectu divini iudicii assisto. Dicunt ei: et tu times? Et ille: in custodiendis mandatis dei virtute qua potui laboravi, sed homo sum, nescio utrum placuerint opera mea deo. Dicunt ei: et non confidis de operibus tuis que secundum deum sunt? Et ille: non presumo donec conveniam ad illum; aliter sunt iudicia dei, aliter iudicia hominum. Cumque adhuc eum vellent interrogare, ait: ostendite caritatem et nolite mecum loqui quia occupatus sum. Quo dicto statim cum gaudio spiritum emisit. Videbant enim eum colligentem spiritum quemadmodum solet quis salutare amicos suos dilectos. Hec in vitis patrum.

De sancto Barlaam.

Barlaam cuius historiam Iohannes Damascenus diligenti studio compilavit, operante in eo divina gracia sanctum Yosaphat

x

regem ad fidem convertit. Cum autem
cum universa yndia christianis et mo-
nachis plena esset surrexit qui-
dam rex prepotens nomine Avenir
qui christianos et precipue mona-
chos plurimum persequebatur. Accidit
autem ut quidam regis amicus et in
pallacio suo primus divina gracia motus
aulam regiam relinqueret et mo-
nasticum ordinem introiret. Quod
rex audiens et pre ira insaniens
cum per queque deserta inquiri fecit
et vix inventum ad se adduci man-
dasset vidensque eum vili tunica
coopertum et fame maceratum qui
splendidis vestibus ornabatur
et multis diviciis affluere consue-
verat dixit ei. O stulte ac men-
tis perdite cur honorem in contumeliam
commutasti et te ludibrium puerorum
fecisti. Cui ille. Si huius a me
racionem audire desideras inimi-
cos tuos a te procul abicias.
Rege autem qui essent huiusmodi
inimici querente ait. Ira et concupis-
tencia. Hec enim impediunt ne
veritas videatur. Assideat autem ad
audienciam dicendorum prudencia
et equitas. Cui rex. Fiat ut lo-
queris. Et ille. Insipientes ea
que sunt despiciunt quasi non sint.
Que vero non sunt quasi sint apprehen-
dere moliuntur. Qui autem non
gustavit eorum que sunt dulcedi-
nem non poterit eorum addiscere verita-
tem. Multa autem illo de misterio
incarnacionis et fidei prosequente
rex ait. Nisi a principio promi-
sissem quod de medio racionis iram
removerem nunc utique carnes
tuas igni traderem. Surge igitur
et fuge ab oculis meis ne ulte-
rius te videam et male te perdam. Vir autem

contristatus abscessit eo quod martirium perpessus
non esset. Interea dum rex liberos non
haberet puer ei pulcherrimus nas-
citur et Josaphat appellatur. Congre-
gante autem rege infinitam multitu-
dinem ut diis pro nato filio suo immo-
laret LX astrologos convocavit
quibus quid futurus esset de filio suo di-
ligenter quesivit. Cunctis autem ipsum
magnum in potencia et diviciis
futurum dicentibus unus sapiencior ex ipsis
dixit. Puer iste qui natus est tibi o
rex non in tuo erit regno sed in incom-
parabiliter meliori. Nam illius quam
persequeris ut existimo futurus
est cultor. Hoc non a se ipso sed a deo in-
spirante dixit. Audiens hoc rex et
plurimum expavescens extra civitatem seor-
sum pallacium speciosissimum construi
fecit et ibi puerum ad inhabitandum
posuit. Ibique iuvenes pulcherrimos
iuvenes collocavit. Precipiens eis
ut nec mortem nec senectutem nec in-
firmitatem nec paupertatem vel aliquid
quod possit ei afferre tristiciam nominaret
et sed omnia iocunda proponerent ut illi animus
mens eius leticiis occupata
nichil de futuris cogitare posset. Si
quem vero ministrancium infirmari contin-
geret hunc rex precipiebat eici et alium
loco eius incolumem subrogari. Pre-
cepit autem ne de Christo aliquid fa-
cerent mencionem. Eo tempore erat cum re-
ge vir quidam christianissimus occul-
tus qui inter nobiles regis princi-
pes primus erat. Hic dum aliquando cum
rege ad venandum pergeret invenit
quendam pauperem lesum a bestia
iacentem pedem et in terra iacentem qui eum
aliquo rogavit ut se suscipere debe-
at quia ipse forsitan in aliqua re prodes-
se posset. Cui miles. Ego quidem
te libenter suscipio sed in quo utilis
inveniaris ignoro. Et ille inquit.
Ego sum verborum medicus. Si quo

ꝯgruam medicinā adhibē si
quis ī ūbo ledat᷑. Miles aūt
ꝙ ille dicebat ꝯ nichilo ꝯputa-
uit. ꝓpt᷑ dm̄ eī ipm̄ ꝑ sapiens
eius curā eg᷑. Alii quoq ī-
uidi ⁊ malicōsi. inuidentes ꝓ-
dcm̄ pncipē ī tantā grām regis
esse ipm̄ apud regē accusa-
uerūt ꝙ nō solū ad xp̄ianoꝝ
fidē declinasset ſꝫ ī se ⁊ regnū
sibi conabat᷑ subripe turbā sol-
licitans et sibi conciliās. Sꝫ si
o rex inquiūt ita esse scire deside-
ras ipm̄ secreto aduoca ⁊ uitā
hanc cito finiendā comemora et
ideo gloriā regni uelle relinqre
⁊ monachoꝝ hitū assumē asseras
quos tu hactenus fuīs ignoranter
ꝑsecutus. et tūc uidebis qd̄ rūdit
Ergo cū rex ut illi suaserūt fecisset
ille doli ignarus ꝑfusus lacrimis
ꝓpositū regis laudauit uanita-
tem mūdi comemorās quā cicius
adimplendū ꝯsuluit. Quod rex
audiens ⁊ uerū esse ꝙ illi dixerāt
credens. furore repletus ē. nichil
tamen rn̄dit ei. Ille aūt ꝑpendēs ꝙ
rex grauit᷑ uba sua acceperit
tremens abscessit. et mediā ūbo-
rū recolens omia sibi ūba narra-
uit. Cui ille Notū sit t̄ ꝙ rex
suspicat᷑ ꝙ ꝓpt᷑ hc̄ dixis ꝙ eius
regnū uelis īuadē. surge igit᷑
et comā tuā tonde. uestimēta
abiciens ciliciū indue ⁊ summo
diluculo regē ingredē. Cūq rex
quid sibi hc̄ uelit īterogauit. Rn̄de-
bis. Ecce rex sū paratus seq̄ te.
nā ⁊ si via ꝑ quā uis ire sit dif-
ficilis tecū tn̄ existenti facilis
mı̄ erit. Sicut eni sociū hūisti ī ꝓs-
ꝑis sic hebis pit᷑ ī aduersis. Iur
igit᷑ ꝑsto sū ꝙ morieris. Quod

cū ille ꝑ ordinē fecisset rex obstu-
puit et falsarios arguens. uirū
ampliori honore ditauit. Filius
aūt eius ī pallacio educatus ad etatē
adultam ꝑuenit. et omi sapiā
plene edoctus fuit. Adultimum
aūt admirans cur pr̄ eū sic re-
clusisset unū de domesticis suis sibi fa-
miliarē secreto uocauit ⁊ de hac
re interrogauit dicens se ī multa
mesticia positū esse ꝓ eo ꝙ sibi fo-
ras egredi nō liceat adeo ut
nec cibus sapiet sibi nec potus. Quod
pr̄ audiens ⁊ dolens equos ydo-
neos sibi parari fecit ⁊ choros plau-
dentes ante eū mittens ne quid
sibi fedū occurreret diligent᷑ ꝓhibuit.
Procedēte igit᷑ iuuene sepius tali
ꝓcedente. quadā vice unus leprosus
et unus cecus sibi obuiauerūt quos
ille cernens ⁊ stupens qui sīt et
quid mā heant inquisiuit. Et
ministri dixerūt. Passiones iste
sūt que hominibus accidūt.
Et ille. Omibus hominibus hec
ꝯtingere solent. Negantibus illis
rndit Non sūt illi qui hc̄ debeāt
hr̄e an sic indefinite ꝓueniunt
Et illi Quis hominū scire futura ꝑ-
ualet. ualde igit᷑ anxius esse
cepit ꝓ incōsuetudine rei. Ali-
a aūt uice quēdā senē ualde
rugosam hntē faciem ⁊ dorsum
ī curuatū. ⁊ cadentibus dentibus
balbuciendo loquentē īuenit
Stupefactus igit᷑ discē cupit᷑ uisi
omis miraculum. Cūq didicisset
ꝙ ꝓpt᷑ annoꝝ multitudinē ad
talē statū uenisset. ait. Ergo
eius finis. Dicit ei. mors. Et
ille. Est ne mors omi ul aliquo-
rū. Cūq didicisset omis mori
debere. Interogauit ...

hec supervenit. Et illi in octu-
aginta vel centum annis senectus
induatur. deinde mors ipsa sub-
sequitur. Hec igitur iuvenis sub-
inde frequenter in corde suo revolvens
in nimia desolatione erat sed coram pre-
leticiam pretendebat plurimum desi-
derans in hiis dirigi et doceri.
Igitur quidam monachus vita
et opinione perfectus habitans in
deserto terre Sennaar nomine Bar-
laam hic que circa regis filium
agebantur per spiritum cognovit et
mercatoris habitum assumens ad ci-
vitatem illam devenit. Accedensque
pedagogo filii regis locutus
est dicens. Ego mercator cum sim
lapidem preciosum venalem habeo qui
cecis lumen tribuit. surdis au-
res aperit. mutos loqui facit. In-
sipientibus sapienciam infundit. Nunc
igitur duc me ad filium regis et
hunc ei tradam. Cui ille: Videris
homo mature prudencie. sed verba
tua prudencie non concordant. Ve-
rumptamen cum lapidum prudenciam
habeam. ipsum lapidem michi ostende
et si talis ut asseris fuerit com-
probatus honores maximos a fi-
lio regis consequeris. Ad quem ille
lapis meus insuper hanc habet virtutem. quia
qui non habet sanos oculos sanie
et qui non servat integram casti-
tatem quam habet visibilem perdit
ipsam virtutem si forte illum asper-
erit. Ego autem medicinalis
artis non expers video sanos
oculos non habere. Filium autem re-
gis pudicum esse audivi et ocu-
los pulcherrimos et sanos habere.
Cui ille: Si sic est noli michi
ostendere quia et oculos sanos non
habeo et impuritatis sordesco. Nunci-
ans igitur hec filio regis ipsum ci-
cius introduxit. Cumque introductus fuisset et rex eum reverenter
suscepisset ait Barlaam. Hoc rex
bene fecisti quia de foris parvitati non
attendisti. Nam rex quidam mag-
nus in curru aurato procedens
cum quibusdam attritis vestibus
indutis et macie attenuatis
obviasset continuo de curru exili-
ens ad eos procidens pedes ipsos
adoravit et surgens in oscula eos
ruit. Proceres autem eius indigne
ferentes sed regem super hoc arguere
formidantes fratri retulerunt
quod rex magnificencie regali in-
digna fecisset. Frater autem super hoc
redarguit regem. Erat autem re-
gis consuetudo ut cum aliquis mor-
ti traderetur vel tradendus erat rex
ante eius ianuam preconem cum tu-
ba ad hoc deputatam mittebat.
Vespere igitur veniente ante fratris
ianuam tubam sonari fecit. Mane
autem frater indutus vestibus lugubribus
cum uxore et filiis ad fores pallacii
accessit. Quem rex ad se faciens
ingredi dixit. O stulte si preconem
fratris tui cui nichil te deliquisse
cognoscis adeo timuisti. quomodo
precones domini mei in quem adeo pecca-
vi timere non debeam qui sonabili-
us in tuba mortem significant
et terribilem iudicis adventum
denunciant. Deinde quatuor cap-
sas fecit fieri et duas earum auro
undique operiri et ossibus mor-
tuorum et putredine impleri.
Duas alias pice liniri et ge-
mmis et margaritis preciosis im-
pleri fecit. Vocansque illos mag-
nates quos sciebat querimoniam
apud fratrem suum deposuisse.
quatuor illas capsas ante eos
posuit et que preciosiores essent

inquisiuit. Illi vero duas capsas
de auratas magni esse precij iudi-
cauerunt. Precepit igitur rex deau-
ratas aperiri et continuo inde fetor
intollerabilis emanauit. Quibus rex
hee sunt similes illis qui gloriosis ves-
tibus sunt amicti, intus vero in im-
mundicia viciorum pleni. Deinde alias
aperiri fecit et ecce odor mirabilis
inde exalauit. Quibus rex Iste
illis pauperrimis viris quos hono-
raui similes sunt qui et si vilibus vesti-
bus operiuntur intus tamen omni odore
virtutum resplendent. Vos solum que
foris sunt attenditis et que deintus
sunt non consideratis. Sed cum igitur illa
rege tu quidem bene fecisti sicut sapiens
me Incipiens autem barlahm de
mundi creacione et hominis preuari-
cacione ac filij dei incarnacione
passione resurreccione cepit ei loqui
plurima retexere necnon et de die iudi-
cij et retribucione bonorum et malorum
multa proferre et seruientes ydol[is]
plurimum exprobrare ac de eorum fatu-
itate tale exemplum ponere dicens Sa-
gittarius aviculam paruam nomine phy-
lomenam capiens cum vellet eam
occidere vox data est phylomene et
ait Quid tibi proderit o homo si occideris
me neque enim ventrem tuum de me
implere valebis sed si me dimittere
velles tria tibi mandata darem que si
diligenter conseruares magnam vti-
litatem consequi posses Ille vero
ad eius loquelam stupefactus promi-
sit ei quod eam dimitteret si hec sibi man-
data proferret Et illa Numquam rem
que apprehendi non potest apprehendere stude-
as De re perdita et irrecuperabi-
li non doleas Verbum incredibile
numquam credas hec tria custodi et bene
tibi erit Ille autem ut promiserat eam
dimisit Phylomena igitur per aerem
volitans dixit ei Ve homo vero

quia malum consilium habuisti et quod mag-
num thezaurum hodie perdidisti. Est enim in
meis visceribus margarita que
que struccionis ouum sua vincit mag-
nitudine Quod ille audiens val-
de contristatus est quod eam dimiserat
et eam capere temptabat apprehendere dicens
Veni in domum meam et omnem tibi huma-
nitatem exhibebo et honorifice te
dimittam Cui phylomena Nunc
pro certo cognoui te fatuum esse Nam
ex hijs que dixi tibi nullum profectum
habuisti. quia de re perdita et irrecu-
perabili doles et me tenere conaris cum
tenere cum meo nequeas itinere pergere
et insuper margaritam tam grandem
in meis visceribus credidisti esse
cum ego tota ad magnitudinem oui
struccionis nequam pertingere Sic sunt
stulti sunt hij illi qui confidunt in
ydolis. quia plasmatores adorant
et custoditos a se custodes suos
appellant Cepitque contra fallacem
mundi delectacionem et vanitatem mul-
ta disputare et plura ad hoc exempla
adducere dicens Qui delectaciones
corporales desiderant et animas suas
fame mori permittunt similes sunt
cuidam homini qui dum a facie vnicor-
nis ne ab eo deuoraretur velociter
fugeret in quoddam baratrum magnum
cecidit ut cecidit dum autem caderet
manibus arbustulam quandam appre-
hendit et in base quadam lubrica
et instabili pedes fixit Respiciens
vero vidit duos mures vnum al-
bum et alium nigrum incessanter ra-
dicem arbuscule quam apprehende-
rat corrodentes et iam prope erat
ut ipsam absciderent In fundo autem
baratri vidit draconem terribilem
spirantem ignem et aperto ore ipsum
deuorare cupientem Super basem
vero ubi pedes tenebat vidit
quatuor aspidum capita inde pro

Demonia. L. Leonis autem oculos
vidit exiguum mellis dormiens
illius arbuscule distillans. Ob-
litus est periculi in quo positus erat
se ipsum dulcedini illius modici mel-
lis totum dedit. Unicornis autem mor-
tis tenet figuram que hominem semper persequitur
et apprehendere cupit. ~~et apprehendere cupit~~ et apprehendere
cupit. Baratrum vero mundus est omnibus
malis plenus. Arbuscula est unius-
cuiusque vita que per horas diei et noc-
tis quasi per mures album et nigrum
incessanter consumitur et excisioni appro-
pinquat. Basis quatuor aspidum est
corpus ex quatuor elementis compositum
quibus inordinatis compa-
gio corporis dissolvitur. Draco
terribilis est os inferni cunctos
devorare cupiens. Dulcedo ramus-
culi dulcedo fallax mundi per quam
homo seducitur ut periculum suum
minime intueatur. Addidit quoque di-
cens. Similes iterum sunt mundi ama-
tores homini qui tres amatores habuit
quorum unum plus quam se, secundum
quam se, tercium minus quam se et quasi non
dilexit. In magno itaque periculo
positus et a rege citatus cucurrit
ad primum amicum eius auxilium que-
rens et qualiter eum dilexit semper
commemorans. Cui ille: Nescio
quis sis o homo. Habeo alios amicos
cum quibus oportet me letari
hodie quos et amicos amodo pos-
sidebo. Prebebo tibi tamen duo cetu-
lola quibus valeas operiri. Con-
fusus igitur ad secundum amicum abiit
et similiter eius auxilium postulavit.
Cui ille: Non vacat mihi subire te-
cum agonem curis etenim multis
circumdor. Modicum tamen usque ad hos-
tium pallacii te sociabo et statim
domum revertar propriis vacans ne-
gociis. Tristis igitur et desperatus
ad tercium perrexit amicum sibique fa-
cie demissa dixit: Non habeo os
loquendi ad te quia te ut debui non
amavi sed in tribulacione positus
et circumdatus et ab amicis destitu-
tus te rogo ut mihi auxilium feras
et mihi veniam prebeas. Et ille hylari
vultu dixit ei: Certe amicum caris-
simum te fateor esse et tui licet mo-
dici non immemor precedam te et apud
regem intercedam ne te inter mani-
bus inimicorum tradet
te. Primus igitur amicus est divici-
arum possessio pro quibus homo mul-
tis periculis subiacet. Veniente
autem mortis termino nichil ex hiis
omnibus nisi viles accipit ad se
pelliendum panniculos. Secundus ami-
cus est uxor, filii et parentes qui tamen
ad monumentum pergentes secum
protinus revertuntur suis vacantes
curis. Tercius amicus est fides
spes caritas et eleemosina et cetera
bona opera que nos cum corpore ex-
imus possunt precedere et pro nobis apud
deum intervenire et nos ab inimi-
cis demonibus liberare. Hoc in
super addidit dicens: In quadam
magna civitate consuetudo fuit
ut extraneum et ignotum omni anno
in principem eligebant. Cui omni
potestate accepta quicquid volebat
facere licitum erat et sine constitucione
terram regebat. Illo igitur in omnibus
deliciis permanente et semper sic esse
existimante repente cives in eum
insurgebant et inde per totum mundum
trahentes in remotam insulam ex-
ulem transmittebant ubi nec cibum
nec vestimentum inveniens fame et
frigore urgebatur. Tandem quidam
alius sublimatus in regno cum
illorum civium consuetudinem didicisset
infinitos thezauros ad illam

insulam transmisit ubi per annum in exilium relegatus ceteris fame deficientibus ille in mensis deliciis habundavit. Civitas hec mundus iste est. Cives tenebrarum principes qui nos de delectatione mundi alliciunt nobisque insperantibus mors supervenit et in locum tenebrarum dimergunt(ur). Divitiarum vero ad eternum locum premissio fit manibus egenorum. Postquam igitur cum Barlaam perfecte filium regis docuisset et ipse eum in relicto patre sequi vellet dixit ad eum Barlaam: Si hoc feceris similis eris cuidam iuveni cui cum pater nobilis quandam nobilem vellet desponsare uxorem ipse renuens aufugit et in quendam locum deveniens virginem quandam cuiusdam senis filiam pauperis laborantem et ore deum laudantem vidit. Ad quam ille: Quid est quod agis mulier? Cum enim ita pauper sis gratias agis deo ac si magna recepisses ab eo. Ad quem illa: Sicut parva medicina sepe a magno languore liberat sic gratiarum actio in parvis donis magnorum efficitur auctor donorum. Hec tamen que extrinsecus nostra non sunt sed ea que in nobis sunt nostra sunt. Adeo enim magna accepi quia ad suam ymaginem me fecit et intellectum mihi dedit et ad suam gloriam vocavit et ianuam regni sui mihi aperuit. Pro tantis ergo et tam magnis donis ipsum laudare convenit.

Videns igitur iuvenis eius prudentiam a patre suo petiit in uxorem. Cui ille: Filiam meam accipere non vales quia divitum et nobilium filius es ego autem pauper sum. Cum ille adhuc instaret ait senex: Non possum tibi eam dare ut in domum patris tui inducas eam cum unica mihi sit. Et ille: Apud vos manebo et vobis me in omnibus conformabo. Deponens igitur pretiosum ornamentum habitum senis induit et apud eum manens ipsam in uxorem accepit. Postquam enim senex eum diutius probavit in thalamum eum duxit et immensum divitiarum pondus quod numquam viderat ei ostendit et omnia ei dedit. Dixit autem Yosaphat: Convenienter me tangit ista narratio et a te hoc esse dictum de me existimo. Sed dic mihi pater quot annorum es et ubi conversaris quia a te numquam volo separari. Et ille: Annorum sum xlv in deserto Senaar degens. Ad quem Yosaphat: Amplius mihi pater appares lxx annorum. Et ille: Si a nativitate mea omnes annos meos queris discere bene existimasti sed nullo modo in mensura a me computantur quecumque in vanitate mundi expensi sunt. Tunc enim in interiori homine mortuus eram et annos mortis numquam vite nominabo. Cum igitur Yosaphat eum in deserto sequi vellet dixit Barlaam: Si hoc feceris et tuo consortio carebo et fratribus meis auctor persecutionis existam. Sed cum opportunum tempus videris ad me venies. Barlaam autem filium regis baptizans et in fide Christi optime instructum osculatus est et ad locum suum reversus est. Postquam autem rex filium christianum audivit in dolore positus est. Quem quidam amicus suus nomine Arachis consolans ait: Cognosco rex senem quendam heremitam qui de nostra secta qui per omnia Barlaam similis est. Hic igitur Barlaam se simulans primo christianorum fidem defendet deinde se superari permittet et omnia que docuit revocabit et sic filius regis ad nos redibit. Assumpto igitur predicto principe magno exercitu ad querendum Barlaam ivit et heremitam illum capiens se Barlaam cepisse dixit. Quod filius regis audiens captum scilicet suum magistrum

et amare flevit. Sed postmodum per
dei revelationem scivit non esse grave-
ut. Ingressus igitur pater ad filium
ait: Fili, tristicia magna me
posuisti et meam caniciem inhono-
rasti et lumen oculorum meorum
extinxisti. Quare, fili, hoc fecisti et
deorum meorum cultum dereliquisti? Cui
ille: Tenebras, pater, fugi et ad
lumen cucurri et errorem dese-
rui et veritatem agnovi. Noli autem
frustra laborare, quia numquam me
a Christo posses separare. Sicut enim
impossibile est altitudinem celi ma-
nu tangere aut maximum siccare
pelagus, sic et istud esse cognoscite.
Magus autem quidam nomine The-
odas hic que gerebantur audiens
ad regem venit et promisit filium suum
ad leges paternas redire facere.
Cui ille: Si hoc feceris, sta-
tuam auream erigam et ipsi sicut diis
sacrificium offeram. Et ille: A filio
tuo omnes remove et mulieres
decoras et ornatas introduci
precipe, ut semper cum eo sint et
ministrent ei et conversentur semper
et morentur. Ego autem unum de
spiritibus meis dirigam qui eum ad li-
bidinem inflammabit. Nichil
enim iuvenes sic poterit seducere sicut
facies mulierum. Rex autem quidam cum
filium habuisset, dixerunt peritissimi
medici quod si infra decem annos
solem vel lunam videret, lumine ocu-
lorum privabitur. Rex autem in quadam
petra speluncam excisa filium suum
usque ad annos decem manere fecit,
quibus finitis iussit rex ut
omnium rerum genera ante eum addu-
cerentur, ut omnium nomina et nominatim
scire posset. Adductis igitur au-
rum auro et argento et lapidibus
preciosis, mulieribus, vestibus splen-
didis, equis regalibus et omnium
rerum generibus, cum de singulis eum sin-
gulorum nomine interrogaret, ministri
omnium nomina indicabant. Cum autem
nomen mulierum disceret anxie quereret,
spatarius regis ludendo dixit
demones eas esse qui homines sedu-
cunt. Rege autem eum interrogante
quid de omnibus que videat plus
amaret: Quid, inquit, pater, aliud quam
demones qui seducunt homines?
In nullo enim sicut in hiis exarsit
anima mea. Non igitur te putes fi-
lium tuum superare nisi hoc modo. Rex
autem omnibus ministris amotis
puellas decoras ei sociavit, que
eum semper ad libidinem provocabant.
Nec habebat aliquem ad quem respiceret
vel cum quo loqueretur vel cum quo
vesceretur. Malignus vero spiritus a ma-
go missus in iuvenem irruit et
magnum intus caminum accendit.
Puelle autem exterius dirum exci-
tabant ardorem. Qui se tam forti-
ter vexari sentiens turbabatur
et deo se totum commendans divinam
consolationem recepit et omnis
temptatio ab eo abscessit. Dein-
de quandam puellam pulcherri-
mam cuiusdam regis filiam
sed patre orbatam ad eum misit. Quam
cum vir dei predicaret, illa vidit:
Si me a cultura ydolorum salvare
desideras, coniunge me nuptiali co-
pula. Nam et christiani coniugia non
abhorrent sed laudant, quoniam
patriarche et prophete et petrus co-
apostolus uxores habuerunt. Ad
quam ille: Inaniter, mulier, ista
mihi proponis. Permittitur enim christianis
uxores ducere, sed non hiis qui promi-
serunt Christo virginitatem servare.

Et illa Sit ita ut vis si a-
nimam meam salvare desideras
unam tantum minimam petitionem perfice
Concumbe mecum tantum hac nocte
promitto et quod summo diluculo
efficiar christiana. Nam si ut dicitis
gaudium est angelis dei super uno pec-
catore penitentiam agente auctori
conversionis nonne magna merces
debetur. Semel igitur tantum consenti-
mihi et sic salvabis me. Illa autem
agere fortiter turrim illius ani-
me cepit. Quod demon videns
sociis suis dixit. Videtis quomodo pu-
ella ista concussit quem nos non potu-
imus commovere. Venite ergo et in eum
fortiter irruamus ex quo aptum
tempus invenimus. Cernens igitur
sanctus iuvenis se tam fortiter cap-
tivatum quia et concupiscentia incitabat
et salus virginis puelle dyabolo
suggerente ipsum commovebat lac-
rimis infusus orationi se dedit.
In qua oratione obdormiens vidit
se duci in quoddam pratum decoris
floribus exornatum. Ubi folia ar-
borum dulcem sonum reddebant au-
ra quadam agitata odor miri-
ficus emanabat. Ubi ubi fructus
speciosissimi visu et gustu delecta-
biles. Ubi sedes posite erant au-
ro et gemmis fabricate. Lectuli splen-
didissimi cum preciosis ornamentis
aque limpidissime perfluentes
Deinde introduxerunt ipsum in quandam ci-
vitatem cuius muri ex auro obrizo
erant et claritate mirifica reful-
gebant. Ubi etherei quidam exerci-
tus cantica cantabant que auris
mortalium numquam audivit. Dictum
est illi. Iste est locus beatorum. Cum
autem illi eum vellent reducere
rogabat ut se ibi cum manere
permitterent. Qui dixerunt Cum

labore multo adhuc venies huc
si tamen tibi vim inferre poteris. De-
inde ad loca deterrima omni infeli-
citate plena. Dixerunt Iste est locus
iniustorum. Cum ergo evigilasset pulcri-
tudo illius puelle et ceterarum stercore
fetidior ei videbatur. Ubique cum
maligni spiritus ad Theodam re-
dissent et ipse eos exprobrasset
dixerunt. Prius quam signo crucis
signaretur super eum irruentes et for-
titer ipsum conturbavimus et contur-
bavimus. ut autem a signo crucis
se munivit nos persecutus est cum
ira. Tunc Theodas cum rege ad
eum intravit sperans quod ei persua-
dere posset sed prius magus cap-
tus ab eo quem capere voluit et ab
eo conversus baptisma suscepit
et laudabilem vitam duxit. Rex
igitur desperans consilio amicorum
ei dimisit dimidium regni sui.
Ille autem licet desertum tota men-
te desideraret tamen propter fidei di-
latationem ad tempus ipsum susce-
pit. ac in suis civitatibus templa
et cruces erexit et omnes ad christum
convertit. Pater autem tandem filii ra-
tionibus et predicationibus assensum
prebens fidem christi recepit et bap-
tismum recipiens et totum regnum
dimittens filio ipse penitentie operibus
vacabat et postea laudabiliter
vitam finivit. Iosaphat autem
Barachiam regem pronuncians plu-
ries fugere voluit sed semper a populo
raptus vix tandem valuit. Cum
ergo per desertum pergeret cuidam pau-
peri regalem habitum dedit et ipse
in paupertima veste remansit.
Dyabolus autem ei multas in-
sidias parabat. Aliquando enim cum gla-
dio evaginato incurrebat et se
Aliquando in forma ferarum se apparebat





salve Ad te
ostende
Recordare virgo mater dum steteris in conspectu dei ut lo[quaris] pro nobis

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.